Сенека. Письма к Луцилию

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM

I

[1] Ita fac, mi Lucili: vindica te tibi, et tempus quod adhuc aut auferebatur aut subripiebatur aut excidebat collige et serva. Persuade tibi hoc sic esse ut scribo: quaedam tempora eripiuntur nobis, quaedam subducuntur, quaedam effluunt. Turpissima tamen est iactura quae per neglegentiam fit. Et si volueris attendere, magna pars vitae elabitur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota vita aliud agentibus.	(1) Так и поступай, мой Луцилий! Отвоюй себя для себя самого, береги и копи время, которое прежде у тебя отнимали или крали, которое зря проходило. Сам убедись в том, что я пишу правду: часть времени у нас отбирают силой, часть похищают, часть утекает впустую. Но позорнее всех потеря по нашей собственной небрежности. Вглядись-ка пристальней: ведь наибольшую часть жизни тратим мы на дурные дела, немалую - на безделье, и всю жизнь - не на те дела, что нужно.
[2] Quem mihi dabis qui aliquod pretium tempori ponat, qui diem aestimet, qui intellegat se cotidie mori? In hoc enim fallimur, quod mortem prospicimus: magna pars eius iam praeter"t; quidquid aetatis retro est mors tenet. Fac ergo, mi Lucili, quod facere te scribis, omnes horas complectere; sic fiet ut minus ex crastino pendeas, si hodierno manum inieceris. Dum differtur vita transcurrit	(2) Укажешь ли ты мне такого, кто ценил бы время, кто знал бы, чего стоит день, кто понимал бы, что умирает с каждым часом? В том-то и беда наша, что смерть мы видим впереди; а большая часть ее у нас за плечами, - ведь сколько лет жизни минуло, все принадлежат смерти. Поступай же так, мой Луцилий, как ты мне пишешь: не упускай ни часу. Удержишь в руках сегодняшний день - меньше будешь зависеть от завтрашнего. Не то, пока будешь откладывать, вся жизнь и промчится..
[3] Omnia, Lucili, aliena sunt, tempus tantum nostrum est; in huius rei unius fugacis ac lubricae possessionem natura nos misit, ex qua expellit quicumque vult. Et tanta stultitia mortalium est ut quae minima et vilissima sunt, certe reparabilia, imputari sibi cum impetravere patiantur, nemo se iudicet quicquam debere qui tempus accepit, cum interim hoc unum est quod ne gratus quidem potest reddere.	(3) Все у нас, Луцилий, чужое, одно лишь время наше. Только время, ускользающее и текучее, дала нам во владенье природа, но и его кто хочет, тот и отнимает. Смертные же глупы: получив что-нибудь ничтожное, дешевое и наверняка легко возместимое, они позволяют предъявлять себе счет; а вот те, кому уделили время, не считают себя должниками, хотя единственно времени и не возвратит даже знающий благодарность.
[4] Interrogabis fortasse quid ego faciam	(4) Быть может, ты спросишь, как

qui tibi ista praecipio. Fatebor ingenue: quod apud luxuriosum sed diligentem evenit, ratio mihi constat impensae. Non possum dicere nihil perdere, sed quid perdam et quare et quemadmodum dicam; causas paupertatis meae reddam. Sed evenit mihi quod plerisque non suo vitio ad inopiam redactis: omnes ignoscunt, nemo succurrit.	поступаю я, если смею тебя поучать? Признаюсь чистосердечно: как расточитель, тщательный в подсчетах, я знаю, сколько растратил. Не могу сказать, что не теряю ничего, но сколько теряю, и почему, и как, скажу и назову причины моей бедности. Дело со мною обстоит так же, как с большинством тех, кто не через собственный порок дошел до нищеты; все меня прощают, никто не помогает.
[5] Quid ergo est? non puto pauperem cui quantulumcumque superest sat est; tu tamen malo serves tua, et bono tempore incipies. Nam ut visum est maioribus nostris, 'sera parsimonia in fundo est'; non enim tantum minimum in imo sed pessimum remanet. Vale.	(5) Ну так что ж? По-моему, не беден тот, кому довольно и самого малого остатка. Но ты уж лучше береги свое достояние сейчас: ведь начать самое время! Как считали наши предки поздно быть бережливым, когда осталось на донышке. Да к тому же остается там не только мало, но и самое скверное. Будь здоров.

II

[1] Ex iis quae mihi scribis et ex iis quae audio bonam spem de te concipio: non discurris nec locorum mutationibus inquietaris. Aegri animi ista iactatio est: primum argumentum compositae mentis existimo posse consistere et secum morari.	(1) И то, что ты мне писал, и то, что я слышал, внушает мне на твой счет немалую надежду. Ты не странствуешь, не тревожишь себя переменою мест. Ведь такие метания - признак больной души. Я думаю, первое доказательство спокойствия духа - способность жить оседло и оставаться с самим собою.
[2] Illud autem vide, ne ista lectio auctorum multorum et omnis generis voluminum habeat aliquid vagum et instabile. Certis ingeniis immorari et innutriri oportet, si velis aliquid trahere quod in animo fideliter sedeat. Nusquam est qui ubique est. Vitam in peregrinatione exigentibus hoc evenit, ut multa hospitia habeant, nullas amicitias; idem accidat necesse est iis qui nullius se ingenio familiariter applicant sed omnia cursim et properantes transmittunt.	(2) Но взгляни: разве чтенье множества писателей и разнообразнейших книг не сродни бродяжничеству и непоседливости? Нужно долго оставаться с тем или другим из великих умов, питая ими душу, если хочешь извлечь нечто такое, что в ней бы осталось. Кто везде - тот нигде. Кто проводит жизнь в странствиях, у тех в итоге гостеприимцев множество, а друзей нет. То же самое непременно будет и с тем, кто ни С одним из великих умов не освоится, а пробегает все второпях и наспех.
[3] Non prodest cibus nec corpori accedit qui statim sumptus emittitur; nihil aeque sanitatem impedit quam	(3) Не приносит пользы и ничего не дает телу пища, если ее извергают, едва проглотивши. Ничто так не вредит

remediorum crebra mutatio; non venit vulnus ad cicatricem in quo medicamenta temptantur; non convalescit planta quae saepe transfertur; nihil tam utile est ut in transitu prosit. Distringit librorum multitudo; itaque cum legere non possis quantum habueris, satis est habere quantum legas.	здоровью, как частая смена лекарств. Не зарубцуется рана, если пробовать на ней разные снадобья. Не окрепнет растение, если часто его пересаживать. Даже самое полезное не приносит пользы на лету. Во множестве книги лишь рассеивают нас. Поэтому, если не можешь прочесть все, что имеешь, имей столько, сколько прочтешь - и довольно.
[4] 'Sed modo' inquis 'hunc librum evolvere volo, modo illum.' Fastidientis stomachi est multa degustare; quae ubi varia sunt et diversa, inquinant non alunt. Probatos itaque semper lege, et si quando ad alios deverti libuerit, ad priores redi. Aliquid cotidie adversus paupertatem, aliquid adversus mortem auxili compara, nec minus adversus ceteras pestes; et cum multa percurreris, unum excerpe quod illo die concoquas.	(4) "Но, - скажешь ты, - иногда мне хочется развернуть эту книгу, иногда другую". - Отведывать от множества блюд - признак пресыщенности, чрезмерное же разнообразие яств не питает, но портит желудок. Потому читай всегда признанных писателей, а если вздумается порой отвлечься на другое, возвращайся к оставленному. Каждый день запасай что-нибудь против бедности, против смерти, против всякой другой напасти и, пробежав многое, выбери одно, что можешь переварить сегодня.
[5] Hoc ipse quoque facio; ex pluribus quae legi aliquid apprehendo. Hodiernum hoc est quod apud Epicurum nanctus sum - soleo enim et in aliena castra transire, non tamquam transfuga, sed tamquam explorator -: 'honesta' inquit 'res est laeta paupertas'.	(5) Я и сам так делаю: из многого прочитанного что-нибудь одно запоминаю. Сегодня вот на что натолкнулся я у Эпикура (ведь я частенько перехожу в чужой стан, не как перебежчик, а как лазутчик):
[6] Illa vero non est paupertas, si laeta est; non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est. Quid enim refert quantum illi in arca, quantum in horreis iaceat, quantum pascat aut feneret, si alieno imminet, si non acquisita sed acquirenda computat? Quis sit divitiarum modus quaeris? primus habere quod necesse est, proximus quod sat est. Vale.	(6) "Веселая бедность, - говорит он, - вещь честная". Но какая же это бедность, если она веселая? Беден не тот, у кого мало что есть, а тот, кто хочет иметь больше. Разве ему важно, сколько у него в ларях и в закромах, сколько он пасет и сколько получает и сотню, если он зарится на чужое и считает не приобретенное а то что надобно еще приобрести? Ты спросишь, каков предел богатства? Низший - иметь необходимое, высший - иметь столько, сколько с тебя довольно. Будь здоров.

III

[1] Epistulas ad me perferendas	(1) Ты пишешь, что письма для

tradidisti, ut scribis, amico tuo; deinde admones me ne omnia cum eo ad te pertinentia communicem, quia non soleas ne ipse quidem id facere: ita eadem epistula illum et dixisti amicum et negasti. Itaque si proprio illo verbo quasi publico usus es et sic illum amicum vocasti quomodo omnes candidatos 'bonos viros' dicimus, quomodo obvios, si nomen non succurrit, 'dominos' salutamus, hac abierit.	передачи мне отдал другу, а потом предупреждаешь, чтобы не всем, тебя касающимся, я с ним делился, потому что и сам ты не имеешь обыкновения делать так. Выходит, в одном письме ты и признаешь, и не признаешь его своим другом. Ладно еще, если ты употребил это слово как расхожее и назвал его "другом" так же, как всех соискателей на выборах мы называем "доблестными мужами", или как встречного если не можем припомнить его имени, приветствуем обращением "господин".
[2] Sed si aliquem amicum existimas cui non tantundem credis quantum tibi, vehementer erras et non satis nosti vim verae amicitiae. Tu vero omnia cum amico delibera, sed de ipso prius: post amicitiam credendum est, ante amicitiam iudicandum. Isti vero praepostero officia permiscent qui, contra praecepta Theophrasti, cum amaverunt iudicant, et non amant cum iudicaverunt. Diu cogita an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit. Cum placuerit fieri, toto illum pectore admitte; tam audaciter cum illo loquere quam tecum.	(2) Но если ты кого-нибудь считаешь другом и при этом не веришь ему, как самому себе, значит, ты заблуждаешься и не ведаешь, что есть истинная дружба. Во всем старайся разобраться вместе с другом, но прежде разберись в нем самом. Подружившись, доверяй, суди же до того, как подружился. Кто вопреки наставлению Феофраста судит, полюбив, вместо того, чтобы любить, составив суждение", те путают, что должно делать раньше, что позже. Долго думай, стоит ли становиться другом тому или этому, но решившись, принимай друга всей душой и говори с ним так же смело, как с собою самим.
[3] Tu quidem ita vive ut nihil tibi committas nisi quod committere etiam inimico tuo possis; sed quia interveniunt quaedam quae consuetudo fecit arcana, cum amico omnes curas, omnes cogitationes tuas misce. Fidelem si putaveris, facies; nam quidam fallere docuerunt dum timent falli, et illi ius peccandi suspicando fecerunt. Quid est quare ego ulla verba coram amico meo retraham? quid est quare me coram illo non putem solum?	(3) Живи так, чтобы и себе самому не приводилось признаваться в чем-нибудь, чего нельзя доверить даже врагу. но раз есть вещи, которые принято держать в тайне, делись лишь с другом всеми заботами, всеми мыслями. Будешь считать его верным - верным и сделаешь. Нередко учат обману тем, что обмана боятся, и подозрениями дают право быть вероломным. Почему не могу я произнести те или иные слова в присутствии друга? Почему мне не думать, что в его присутствии я все равно что наедине с собой?
[4] Quidam quae tantum amicis committenda sunt obviis narrant, et in quaslibet aures quidquid illos urit exonerant; quidam rursus etiam carissimorum conscientiam reformidant et, si possent, ne sibi quidem credituri interius premunt	(4) Одни первому встречному рассказывают о том, что можно поведать только другу, и всякому, лишь бы он слушал, выкладывают все, что у них накипело. Другом боязно, чтобы и самые близкие что-нибудь о них знали; эти, если бы могли, сами себе не

omne secretum. Neutrum faciendum est; utrumque enim vitium est, et omnibus credere et nulli, sed alterum honestius dixerim vitium, alterum tutius.	доверяли бы, потому они и держат все про себя. Делать не следует ни так, ни этак: ведь порок - и верить всем, и никому не верить, только, я сказал бы, первый порок благороднее, второй - безопаснее.
[5] Sic utrosque reprehendas, et eos qui semper inquieti sunt, et eos qui semper quiescunt. Nam illa tumultu gaudens non est industria sed exagitatae mentis concursatio, et haec non est quies quae motum omnem molestiam iudicat, sed dissolutio et languor.	(5) Точно так же порицанья заслуживают и те, что всегда обеспокоены, и те, что всегда спокойны. Ведь и страсть к суете признак не деятельного, но мятущегося в постоянном возбуждении духа, и привычка считать каждое движение тягостным - признак не безмятежности, но изнеженности и распущенности.
[6] Itaque hoc quod apud Pomponium legi animo mandabitur: 'quidam adeo in latebras refugerunt ut putent in turbido esse quidquid in luce est'. Inter se ista miscenda sunt: et quiescenti agendum et agenti quiescendum est. Cum rerum natura delibera: illa dicet tibi et diem fecisse se et noctem. Vale.	(6) Поэтому удержи в душе слова, которые вычитал я у Помпония: "Некоторые до того забились во тьму, что неясно видят все освещенное". Все должно сочетаться: и любителю покоя нужно действовать, и деятельному - побыть в покое. Спроси совета у природы: она скажет тебе, что создала и день и ночь. Будь здоров.

IV

[1] Persevera ut coepisti et quantum potes propera, quo diutius frui emendato animo et composito possis. Frueris quidem etiam dum emendas, etiam dum componis: alia tamen illa voluptas est quae percipitur ex contemplatione mentis ab omni labe purae et splendidae.	(1) Упорно продолжай то, что начал, и поспеши сколько можешь, чтобы подольше наслаждаться совершенством и спокойствием твоей души. Есть наслаждение и в том, чтобы совершенствовать ее, чтобы стремиться к спокойствию; но совсем иное наслаждение ты испытаешь, созерцая дух, свободный от порчи и безупречный.
[2] Tenes utique memoria quantum senseris gaudium cum praetexta posita sumpsisti virilem togam et in forum deductus es: maius expecta cum puerilem animum deposueris et te in viros philosophia transscripserit. Adhuc enim non pueritia sed, quod est gravius, puerilitas remanet; et hoc quidem peior est, quod auctoritatem habemus senum, vitia puerorum, nec puerorum tantum sed infantum: illi levia, hi falsa formidant, nos utraque.	(2) Ты, верно, помнишь, какую радость испытал ты, когда, сняв претексту, надел на себя мужскую тогу и был выведен на форум? Еще большая: радость ждет тебя, когда ты избавишься от ребяческого нрава и философия запишет тебя в число мужей. Ведь и до сей поры остается при нас уже не ребяческий возраст, но, что гораздо опаснее, ребячливость. И это - тем хуже, что нас чтут как стариков, хотя в нас живут пороки мальчишек, и не только мальчишек, но и младенцев;

	ведь младенцы боятся вещей пустяшных, мальчишки - мнимых, а мы - и того и другого.
[3] Profice modo: intelleges quaedam ideo minus timenda quia multum metus afferunt. Nullum malum magnum quod extremum est. Mors ad te venit: timenda erat si tecum esse posset: necesse est aut non perveniat aut transeat.	(3) Сделай шаг вперед - и ты поймешь, что многое не так страшно как раз потому, что больше всего пугает. Никакое зло не велико, если оно последнее. Пришла к тебе смерть? Она была бы страшна, если бы могла оставаться с тобою, она же или не явится, или скоро будет позади, никак не иначе. -
[4] 'Difficile est' inquis 'animum perducere ad contemptionem animae.' Non vides quam ex frivolis causis contemnatur? Alius ante amicae fores laqueo pependit, alius se praecipitavit e tecto ne dominum stomachantem diutius audiret, alius ne reduceretur e fuga ferrum adegit in viscera: non putas virtutem hoc effecturam quod efficit nimia formido? Nulli potest secura vita contingere qui de producenda nimis cogitat, qui inter magna bona multos consules numerat.	(4) "Нелегко, - скажешь ты, - добиться, чтобы дух презрел жизнь". - Но разве ты не видишь, по каким ничтожным причинам от нее с презреньем отказываются? Один повесился перед дверью любовницы, другой бросился с крыши, чтобы не слышать больше, как бушует хозяин, третий, пустившись в бега, вонзил себе клинок в живот, только чтобы его не вернули. Так неужели, по-твоему, добродетели не под силу то, что делает чрезмерный страх? Спокойная жизнь - не для тех, кто слишком много думает о ее продлении, кто за великое благо считает пережить множество консульств
[5] Hoc cotidie meditare, ut possis aequo animo vitam relinquere, quam multi sic complectuntur et tenent quomodo qui aqua torrente rapiuntur spinas et aspera. Plerique inter mortis metum et vitae tormenta miseri fluctuantur et vivere nolunt, mori nesciunt.	(5) Каждый день размышляй об этом, чтобы ты мог равнодушно расстаться с жизнью, за которую многие цепляются и держатся, словно уносимые потоком - за колючие кусты и острые камни. Большинство так и мечется между страхом смерти и мученьями жизни; жалкие, они и жить не хотят, и умереть не умеют.
[6] Fac itaque tibi iucundam vitam omnem pro illa sollicitudinem deponendo. Nullum bonum adiuvat habentem nisi ad cuius amissionem praeparatus est animus; nullius autem rei facilior amissio est quam quae desiderari amissa non potest. Ergo adversus haec quae incidere possunt etiam potentissimis adhortare te et indura.	(6) Сделай же свою жизнь приятной, оставив всякую тревогу о ней. Никакое благо не принесет радости обладателю, если он в душе не готов его утратить, и всего безболезненней утратить то, о чем невозможно жалеть, утратив. Поэтому укрепляй мужеством и закаляй свой дух против того, что может произойти даже с самыми могущественными.
[7] De Pompei capite pupillus et spado tulere sententiam, de Crasso crudelis	(7) Смертный приговор Помпею вынесли мальчишка и скопец, Крассу -

et insolens Parthus; Gaius Caesar iussit Lepidum Dextro tribuno praebere cervicem, ipse Chaereae praestitit; neminem eo fortuna provexit ut non tantum illi minaretur quantum permiserat. Noli huic tranquillitati confidere: momento mare evertitur; eodem die ubi luserunt navigia sorbentur.	жестокий и наглый парфянин. Гай Цезарь приказал Лепиду подставить шею под меч трибуна Декстра - и сам подставил ее под удар Хереи. Никто не был так высоко вознесен фортуной, чтобы угрозы ее были меньше ее попустительства. Не верь затишью: в один миг море взволнуется и поглотит только что резвившиеся корабли.
[8] Cogita posse et latronem et hostem admovere iugulo tuo gladium; ut potestas maior absit, nemo non servus habet in te vitae necisque arbitrium. Ita dico: quisquis vitam suam contempsit tuae dominus est. Recognosce exempla eorum qui domesticis insidiis perierunt, aut aperta vi aut dolo: intelleges non pauciores servorum ira cecidisse quam regum. Quid ad te itaque quam potens sit quem times, cum id propter quod times nemo non possit?	(8) Подумай о том, что и разбойник и враг могут приставить тебе меч к горлу. Но пусть не грозит тебе высокая власть - любой раб волен распоряжаться твоей жизнью и смертью. Я скажу так: кто презирает собственную жизнь, тот стал хозяином твоей. Вспомни пример тех, кто погиб от домашних козней, извещенный или силой, или хитростью, - и ты поймешь, что гнев рабов погубил не меньше людей, чем царский гнев. Так какое тебе дело до могущества того, кого ты боишься, если то, чего ты боишься, может сделать всякими?
[9] At si forte in manus hostium incideris, victor te duci iubebit - eo nempe quo duceris. Quid te ipse decipis et hoc nunc primum quod olim patiebaris intellegis? Ita dico: ex quo natus es, duceris. Haec et eiusmodi versanda in animo sunt si volumus ultimam illam horam placidi exspectare cuius metus omnes alias inquietas facit.	(9) Вот ты попал в руки врага, и он приказал вести тебя на смерть. Но ведь и так идешь ты к той же цели! Зачем же ты обманываешь себя самого, будто лишь сейчас постиг то, что всегда с тобой происходило? Говорю тебе: с часа твоего рождения идешь ты к смерти. Об этом должны мы думать и помнить постоянно, если хотим безмятежно дожидаться последнего часа, страх перед которым лишает нас покоя во все остальные часы.
[10] Sed ut finem epistulae imponam, accipe quod mihi hodierno die placuit - et hoc quoque ex alienis hortulis sumptum est: 'magnae divitiae sunt lege naturae composita paupertas'. Lex autem illa naturae scis quos nobis terminos statuat? Non esurire, non sitire, non algere. Ut famem sitimque depellas non est necesse superbis assidere liminibus nec supercilium grave et contumeliosam etiam humanitatem pati, non est necesse maria temptare nec sequi castra: parabile est quod natura desiderat et appositum.	(10) А чтобы мог я закончить письмо, - узнай, что приглянулось мне сегодня (и это сорвано в чужих садах: "Бедность, сообразная закону природы, - большое богатство". Знаешь ты, какие границы ставит нам этот закон природы? Не терпеть ни жажды, ни голода, ни холода. А чтобы прогнать голод и жажду, тебе нет нужды обивать надменные пороги, терпеть хмурую спесь или оскорбительную приветливость, нет нужды пытать счастье в море или идти следом за войском. То, чего требует природа, доступно и достижимо, потеем мы лишь ради избытка.

[11] Ad supervacua sudatur; illa sunt quae togam conterunt, quae nos senescere sub tentorio cogunt, quae in aliena litora impingunt: ad manum est quod sat est. Cui cum paupertate bene convenit dives est. Vale.	(11) Ради него изнашиваем мы тогу, ради него старимся в палатках лагеря, ради него заносит нас на чужие берега. А то, чего с нас довольно, у нас под рукой. Кому и в бедности хорошо, тот богат. Будь здоров.

V

[1] Quod pertinaciter studes et omnibus omissis hoc unum agis, ut te meliorem cotidie facias, et probo et gaudeo, nec tantum hortor ut perseveres sed etiam rogo. Illud autem te admoneo, ne eorum more qui non proficere sed conspici cupiunt facias aliqua quae in habitu tuo aut genere vitae notabilia sint;	(1) Я радуюсь твоему упорству в занятиях и рвению, которое побуждает тебя, забросив все, только о том и стараться, чтобы с каждым днем становиться все лучше, и хвалю тебя за них. Будь и впредь так же упорен, тут я не только поощряю тебя, но и прошу. Об одном лишь хочу предупредить тебя: не поступай подобно тем, кто желает не усовершенствоваться, а только быть на виду, и не делай так, чтобы в одежде твоей или в образе жизни что-нибудь бросалось в глаза.
[2] asperum cultum et intonsum caput et neglegentiorem barbam et indictum argento odium et cubile humi positum et quidquid aliud ambitionem perversa via sequitur evita. Satis ipsum nomen philosophiae, etiam si modeste tractetur, invidiosum est: quid si nos hominum consuetudini coeperimus excerpere? Intus omnia dissimilia sint, frons populo nostra conveniat.	(2) Избегай появляться неприбранным, с нестриженной головой и запущенной бородой, выставлять напоказ ненависть к серебру, стелить постель на голой земле, - словом, всего, что делается ради извращенного удовлетворения собственного тщеславия. Ведь само имя философии вызывает достаточно ненависти, даже если приверженцы ее ведут себя скромно; что же будет, если мы начнем жить наперекор людским обычаям? Пусть изнутри мы будем иными во всем - снаружи мы не должны отличаться от людей.
[3] Non splendeat toga, ne sordeat quidem; non habeamus argentum in quod solidi auri caelatura descenderit, sed non putemus frugalitatis indicium auro argentoque caruisse. Id agamus ut meliorem vitam sequamur quam vulgus, non ut contrariam: alioquin quos emendari volumus fugamus a nobis et avertimus; illud quoque efficimus, ut nihil imitari velint nostri, dum timent ne imitanda sint omnia.	(3) Пусть не будет блистательной тога - но и грязной тоже; пусть не для нас серебряная утварь с украшениями из литого золота - но не надо считать лишь отсутствие золота и серебра свидетельством умеренности. Будем делать все, чтобы жить лучше, чем толпа, а не наперекор толпе, иначе мы отпугнем от себя и обратим в бегство тех, кого хотим исправить. Из страха, что придется подражать нам во всем, они не пожелают подражать нам ни в чем - только этого мы и добьемся.
[4] Hoc primum philosophia	(4) Первое, что обещает дать философия,

promittit, sensum communem, humanitatem et congregationem; a qua professione dissimilitudo nos separabit. Videamus ne ista per quae admirationem parare volumus ridicula et odiosa sint. Nempe propositum nostrum est secundum naturam vivere: hoc contra naturam est, torquere corpus suum et faciles odisse munditias et squalorem appetere et cibis non tantum vilibus uti sed taetris et horridis.	- это умение жить среди людей, благожелательность и общительность; но несходство с людьми не позволит нам сдержать это обещание. Позаботимся же, чтобы то, чем мы хотим вызвать восхищение, не вызывало смеха и неприязни. Ведь у нас нет другой цели, как только жить в согласии с природой. Но противно природе изнурять свое тело, ненавидеть легко доступную опрятность, предпочитая ей нечистоплотность, избирать пищу не только дешевую, но и грубую и отвратительную.
[5] Quemadmodum desiderare delicatas res luxuriae est, ita usitatas et non magno parabiles fugere dementiae. Frugalitatem exigit philosophia, non poenam; potest autem esse non incompta frugalitas. Hic mihi modus placet: temperetur vita inter bonos mores et publicos; suspiciant omnes vitam nostram sed agnoscant.	(5) Только страсть к роскоши желает одного лишь изысканного, - но только безумие избегает недорогого и общеупотребительного. Философия требует умеренности - не пытки; а умеренность не должна быть непременно неопрятной. Вот мера, которая мне по душе: пусть в нашей жизни сочетаются добрые нравы с нравами большинства, пусть люди удивляются ей, но признают. -
[6] 'Quid ergo? eadem faciemus quae ceteri? nihil inter nos et illos intererit?' Plurimum: dissimiles esse nos vulgo sciat qui inspexerit propius; qui domum intraverit nos potius miretur quam supellectilem nostram. Magnus ille est qui fictilibus sic utitur quemadmodum argento, nec ille minor est qui sic argento utitur quemadmodum fictilibus; infirmi animi est pati non posse divitias.	(6) "Как же так? Неужто и мы будем поступать, как все прочие, и между ними и нами не будет никакого различия?" - Будет, и очень большое. Пусть тот, кто приглядится к нам ближе, знает, насколько отличаемся мы от толпы. Пусть вошедший в наш дом дивится нам, а не нашей посуде. Велик тот человек, кто глиняной утварью пользуется как серебряной, но не менее велик и тот, кто серебряной пользуется как глиняной. Слаб духом тот, кому богатство не по силам.
[7] Sed ut huius quoque diei lucellum tecum communicem, apud Hecatonem nostrum inveni cupiditatum finem etiam ad timoris remedia proficere. 'Desines' inquit 'timere, si sperare desieris.' Dices, 'quomodo ista tam diversa pariter sunt?' Ita est, mi Lucili: cum videantur dissidere, coniuncta sunt. Quemadmodum eadem catena et custodiam et militem copulat, sic ista quae tam dissimilia sunt pariter incedunt: spem metus sequitur.	(7) Но хочу и сегодня поделиться с тобой моим небольшим доходом: я нашел у нашего Гекатона, что покончить со всеми желаниями полезно нам для исцеления от страха. "Ты перестанешь бояться, - говорит он, - если и надеяться перестанешь". Ты спросишь, как можно уравнивать столь разные вещи. Но так оно и есть, мой Луцилий: хотя кажется, что между ними нет ничего общего, на самом деле они связаны. Как одна цепь связывает стража и пленного, так страх и надежда, столь несхожие между собой, приходят заодно: вслед за надеждой

	является страх.
[8] Nec miror ista sic ire: utrumque pendentis animi est, utrumque futuri exspectatione solliciti. Maxima autem utriusque causa est quod non ad praesentia aptamur sed cogitationes in longinqua praemittimus; itaque providentia, maximum bonum condicionis humanae, in malum versa est.	(8) Я и не удивляюсь этому: ведь оба они присущи душе неуверенной, тревожимой ожиданием будущего. А главная причина надежды и страха - наше неуменье приноравливаться к настоящему и привычка засылать наши помыслы далеко вперед. Так предвиденье, величайшее из данных человеку благ, оборачивается во зло.
[9] Ferae pericula quae vident fugiunt, cum effugere, securae sunt: nos et venturo torquemur et praeterito. Multa bona nostra nobis nocent; timoris enim tormentum memoria reducit, providentia anticipat; nemo tantum praesentibus miser est. Vale.	(9) Звери бегут только при виде опасностей, а убежав от них, больше не испытывают страха. Нас же мучит и будущее и прошедшее. Из наших благ многие нам вредят: так память возвращает нас к пережитым мукам страха, а предвиденье предвосхищает муки будущие. И никто не бывает несчастен только от нынешних причин. Будь здоров.

VI

[1] Intellego, Lucili, non emendari me tantum sed transfigurari; nec hoc promitto iam aut spero, nihil in me superesse quod mutandum sit. Quidni multa habeam quae debeant colligi, quae extenuari, quae attolli? Et hoc ipsum argumentum est in melius translati animi, quod vitia sua quae adhuc ignorabat videt; quibusdam aegris gratulatio fit cum ipsi aegros se esse senserunt.	(1) Я понимаю, Луцилий, что не только меняюсь к лучшему, но и становлюсь другим человеком. Я не хочу сказать, будто во мне уже нечего переделывать, да и не надеюсь на это. Как может больше не быть такого, что надо было бы исправить, поубавить или приподнять? Ведь если душа видит свои недостатки, которых прежде не знала, это свидетельствует, что она обратилась к лучшему. Некоторых больных надо поздравлять и с тем, что они почувствовали себя больными.
[2] Cuperem itaque tecum communicare tam subitam mutationem mei; tunc amicitiae nostrae certiorem fiduciam habere coepissem, illius verae quam non spes, non timor, non utilitatis suae cura divellit, illius cum qua homines moriuntur, pro qua moriuntur.	(2) Я хочу, чтобы эта так быстро совершающаяся во мне перемена передалась и тебе: тогда я бы еще крепче поверил в нашу дружбу - истинную дружбу, которой не расколют ни надежда, ни страх, ни корысть, такую, которую хранят до смерти, ради которой идут на смерть.
[3] Multos tibi dabo qui non amico sed amicitia caruerint: hoc non potest accidere cum animos in societatem honesta cupiendi par voluntas trahit. Quidni non possit? sciunt enim ipsos omnia habere communia, et quidem	(3) Я назову тебе многих, кто лишен не друзей, но самой дружбы. Такого не может быть с теми, чьи души объединяет общая воля и жажда честного. Как же иначе? Ведь они знают, что тогда у них все общее,

magis adversa.	особенно невзгоды. Ты и представить себе не можешь, насколько каждый день, как я замечаю, движет меня вперед. -
[4] Concipere animo non potes quantum momenti afferri mihi singulos dies videam. 'Mitte' inquis 'et nobis ista quae tam efficacia expertus es.' Ego vero omnia in te cupio transfundere, et in hoc aliquid gaudeo discere, ut doceam; nec me ulla res delectabit, licet sit eximia et salutaris, quam mihi uni sciturus sum. Si cum hac exceptione detur sapientia, ut illam inclusam teneam nec enuntiem, reiciam: nullius boni sine socio iucunda possessio est.	(4) "Но если ты что нашел и узнал его пользу по опыту, поделись со мною!" - скажешь ты. - Да ведь я и сам хочу все перелить в тебя и, что-нибудь выучив, радуюсь лишь потому, что смогу учить. И никакое знание, пусть самое возвышенное и благотворное, но лишь для меня одного, не даст мне удовольствия. Если бы мне подарили мудрость, но с одним условием: чтобы я держал ее при себе и не делился ею, - я бы от нее отказался. Любое благо нам не на радость, если мы обладаем им в одиночку.
[5] Mittam itaque ipsos tibi libros, et ne multum operae impendas dum passim profutura sectaris, imponam notas, ut ad ipsa protinus quae probo et miror accedas. Plus tamen tibi et viva vox et convictus quam oratio proderit; in rem praesentem venias oportet, primum quia homines amplius oculis quam auribus credunt, deinde quia longum iter est per praecepta, breve et efficax per exempla.	(5) Пошлю я тебе и книги, а чтобы ты не тратил труда на поиски вещей полезных, сделаю пометки, по которым ты сразу найдешь все, что я одобряю и чем восхищаюсь. Но больше пользы, чем слова, принесли бы тебе живой голос мудрецов и жизнь рядом с ними. Лучше прийти и видеть все на месте, во-первых, потому, что люди верят больше глазам, чем ушам ', во-вторых, потому, что долог путь наставлений, краток и убедителен путь примеров.
[6] Zenonem Cleanthes non expressisset, si tantummodo audisset: vitae eius interfuit, secreta perspexit, observavit illum, an ex formula sua viveret. Platon et Aristoteles et omnis in diversum itura sapientium turba plus ex moribus quam ex verbis Socratis traxit; Metrodorum et Hermarchum et Polyaenum magnos viros non schola Epicuri sed contubernium fecit. Nec in hoc te accerso tantum, ut proficias, sed ut prosis; plurimum enim alter alteri conferemus.	(6) Не стал бы Клеанф точным подобьем Зенона 2, если бы он только слышал его. Но ведь он делил с ним жизнь, видел скрытое, наблюдал, живет ли Зенон в согласии со своими правилами. И Платон, и Аристотель3, и весь сонм мудрецов, которые потом разошлись в разные стороны, больше почерпнули из нравов Сократа, чем из слов его. Метродора и Гермарха, и Полнена4 сделали великими людьми не уроки Эпикура, а жизнь с ним вместе. Впрочем, зову я тебя не только ради той пользы, которую ты получишь, но и ради той, которую принесешь; вдвоем мы больше дадим друг другу.
[7] Interim quoniam diurnam tibi mercedulam debeo, quid me hodie apud Hecatonem delectaverit dicam. 'Quaeris' inquit 'quid profecerim?	(7) Кстати, за мной ежедневный подарочек. Вот что понравилось мне нынче у Гекатона: "Ты спросишь, чего я достиг? Стал самому себе другом!"

amicus esse mihi coepi.' Multum profecit: numquam erit solus. Scito esse hunc amicum omnibus. Vale.	Достиг он немалого, ибо теперь никогда не останется одинок. И знай: такой человек всем будет другом. Будь здоров.

VII

[1] Quid tibi vitandum praecipue existimes quaeris? turbam. Nondum illi tuto committeris. Ego certe confitebor imbecillitatem meam: numquam mores quos extuli refero; aliquid ex eo quod composui turbatur, aliquid ex iis quae fugavi redit. Quod aegris evenit quos longa imbecillitas usque eo affecit ut nusquam sine offensa proferantur, hoc accidit nobis quorum animi ex longo morbo reficiuntur.	(1) Ты спрашиваешь, чего тебе следует больше всего избегать? Толпы? Ведь к ней не подступиться без опасности! Признаюсь тебе в своей слабости: никогда не возвращаюсь я таким же, каким вышел. Что я успокоил, то вновь приходит в волнение, что гнал от себя - возвращается. Как бывает с больными, когда долгая слабость доводит их до того, что они и выйти не могут без вреда для себя, так случается и с нами, чьи души выздоравливают после долгого недуга.
[2] Inimica est multorum conversatio: nemo non aliquod nobis vitium aut commendat aut imprimit aut nescientibus allinit. Utique quo maior est populus cui miscemur, hoc periculi plus est. Nihil vero tam damnosum bonis moribus quam in aliquo spectaculo desidere; tunc enim per voluptatem facilius vitia subrepunt.	(2) Нет врага хуже, чем толпа, в которой ты трешься. Каждый непременно либо прельстит тебя своим пороком, либо заразит, либо незаметно запачкает. Чем сборище многолюдней, тем больше опасности. И нет ничего гибельней для добрых нравов, чем зрелища: ведь через наслаждение еще легче подкрадываются к нам пороки.
[3] Quid me existimas dicere? avarior redeo, ambitiosior, luxuriosior? immo vero crudelior et inhumanior, quia inter homines fui. Casu in meridianum spectaculum incidi, lusus exspectans et sales et aliquid laxamenti quo hominum oculi ab humano cruore acquiescant. Contra est: quidquid ante pugnatum est misericordia fuit; nunc omissis nugis mera homicidia sunt. Nihil habent quo tegantur; ad ictum totis corporibus ex positi numquam frustra manum mittunt.	(3) Что я, по-твоему, говорю? Возвращаюсь я более скупым, более честолюбивым, падким до роскоши и уж наверняка более жестоким и бесчеловечным: и все потому, что побыл среди людей. Случайно попал я на полуденное представление ', надеясь отдохнуть и ожидая игр и острот - того, на чем взгляд человека успокаивается после вида человеческой крови. Какое там! Все прежнее было не боем, а сплошным милосердием, зато теперь - шутки в сторону - пошла настоящая резня! Прикрываться нечем, все тело подставлено под удар, ни разу ничья рука не поднялась понапрасну.
[4] Hoc plerique ordinariis paribus et postulaticiis praeferunt. Quidni praeferant? non galea, non scuto repellitur ferrum. Quo munimenta? quo	(4) И большинство предпочитает это обычным парам и самым любимым бойцам!2 А почему бы и нет? Ведь нет ни шлема, ни щита, чтобы отразить

artes? omnia ista mortis morae sunt. Mane leonibus et ursis homines, meridie spectatoribus suis obiciuntur. Interfectores interfecturis iubent obici et victorem in aliam detinent caedem; exitus pugnantium mors est. Ferro et igne res geritur.	меч! Зачем доспехи? Зачем приемы? Все это лишь оттягивает миг смерти. Утром люди отданы на растерзанье львам и медведям, в полдень - зрителям. Это они велят убившим идти под удар тех, кто их убьет, а победителей щадят лишь для новой бойни. Для сражающихся нет иного выхода, кроме смерти. В дело пускают огонь и железо, и так покуда не опустеет арена3. -
[5] Haec fiunt dum vacat harena. 'Sed latrocinium fecit aliquis, occidit hominem.' Quid ergo? quia occidit, ille meruit ut hoc pateretur: tu quid meruisti miser ut hoc spectes? 'Occide, verbera, ure! Quare tam timide incurrit in ferrum? quare parum audacter occidit? quare parum libenter moritur? Plagis agatur in vulnera, mutuos ictus nudis et obviis pectoribus excipiant.' Intermissum est spectaculum: 'interim iugulentur homines, ne nihil agatur'. Age, ne hoc quidem intellegitis, mala exempla in eos redundare qui faciunt? Agite dis immortalibus gratias quod eum docetis esse crudelem qui non potest discere.	(5) "Но он занимался разбоем, убил человека"4. - Кто убил, сам заслужил того же. Но ты, несчастный, за какую вину должен смотреть на это? - "Режь, бей, жги! Почему он так робко бежит на клинок? Почему так несмело убивает? Почему так неохотно умирает?" - Бичи гонят их на меч, чтобы грудью, голой грудью встречали противники удар. В представлении перерыв? Так пусть тем временем убивают людей, лишь бы что-нибудь происходило. Как вы не понимаете, что дурные примеры оборачиваются против тех, кто их подает? Благодарите бессмертных богов за то, что вы учите жестокости неспособного ей выучиться.
[6] Subducendus populo est tener animus et parum tenax recti: facile transitur ad plures. Socrati et Catoni et Laelio excutere morem suum dissimilis multitudo potuisset: adeo nemo nostrum, qui cum maxime concinnamus ingenium, ferre impetum vitiorum tam magno comitatu venientium potest.	(6) Дальше от народа пусть держится тот, в ком душа еще не окрепла и не стала стойкой в добре: такой легко переходит на сторону большинства. Даже Сократ, Катои и Лелий5 отступились бы от своих добродетелей посреди несхожей с ними толпы, а уж из нас, как ни совершенствуем мы свою природу, ни один не устоит перед натиском со всех сторон подступающих пороков.
[7] Unum exemplum luxuriae aut avaritiae multum mali facit: convictor delicatus paulatim enervat et mollit, vicinus dives cupiditatem irritat, malignus comes quamvis candido et simplici rubiginem suam affricuit: quid tu accidere his moribus credis in quos publice factus est impetus?	(7) Много зла приносит даже единственный пример расточительности и скупости; изба лованный приятель и нас делает слабыми и изнеженными, богатый сосед распаляет нашу жадность, лукавый товарищ даже самого чистого и простодушного заразит своей ржавчиной. Что же, по-твоему, будет с нашими нравами, если на них ополчился целый народ? Непременно

	ты или станешь ему подражать, или его возненавидишь.
[8] Necesse est aut imiteris aut oderis. Utrumque autem devitandum est: neve similis malis fias, quia multi sunt, neve inimicus multis, quia dissimiles sunt. Recede in te ipse quantum potes; cum his versare qui te meliorem facturi sunt, illos admitte quos tu potes facere meliores. Mutuo ista fiunt, et homines dum docent discunt.	(8) Между тем и того, и другого надо избегать: нельзя уподобляться злым оттого, что их много, нельзя ненавидеть многих оттого, что им не уподобляешься. Уходи в себя, насколько можешь; проводи время только с теми, кто сделает тебя лучше, допускай к себе только тех, кого ты сам можешь сделать лучше. И то и другое совершается взаимно, люди учатся, обучая.
[9] Non est quod te gloria publicandi ingenii producat in medium, ut recitare istis velis aut disputare; quod facere te vellem, si haberes isti populo idoneam mercem: nemo est qui intellegere te possit. Aliquis fortasse, unus aut alter incidet, et hic ipse formandus tibi erit instituendusque ad intellectum tui. 'Cui ergo ista didici?' Non est quod timeas ne operam perdideris, si tibi didicisti.	(9) Значит, незачем тебе ради честолюбивого желанья выставлять напоказ свой дар, выходить на середину толпы и читать ей вслух либо рассуждать перед нею; по-моему, это стоило бы делать, будь твой товар ей по душе, а так никто тебя не поймет. Может быть, один-два человека тебе и попадутся, но и тех тебе придется образовывать и наставлять, чтобы они тебя поняли. "Но чего ради я учился?" - Нечего бояться, что труд твой пропал даром: ты учился ради себя самого.
[10] Sed ne soli mihi hodie didicerim, communicabo tecum quae occurrunt mihi egregie dicta circa eundem fere sensum tria, ex quibus unum haec epistula in debitum solvet, duo in antecessum accipe. Democritus ait, 'unus mihi pro populo est, et populus pro uno'.	(10) Но я-то не ради себя одного учился сегодня и потому сообщу тебе, какие мне попались три замечательных изречения - все почти что об одном и том же. Первое пусть погасит долг в атом письме, два других прими в уплату вперед. Демокрит пишет: "Для меня один человек - что целый народ, а народ - что один человек".
[11] Bene et ille, quisquis fuit - ambigitur enim de auctore -, cum quaereretur ab illo quo tanta diligentia artis spectaret ad paucissimos perventurae, 'satis sunt' inquit 'mihi pauci, satis est unus, satis est nullus'. Egregie hoc tertium Epicurus, cum uni ex consortibus studiorum suorum scriberet: 'haec' inquit 'ego non multis, sed tibi; satis enim magnum alter alteri theatrum sumus'.	(11) И тот. кто на вопрос, зачем он с таким усердием занимается искусством, которое дойдет лишь до немногих, отвечал: "Довольно с меня и немногих, довольно с меня и одного, довольно с меня и ни одного", - сказал тоже очень хорошо, кто бы он ни был6 (на этот счет есть разные мнения). Превосходно и третье изречение - Эпикура, писавшего одному из своих товарищей по ученым занятиям: "Это я говорю для тебя, а не для толпы: ведь каждый из нас для другого стоит битком набитого театра".
[12] Ista, mi Lucili, condenda in	(12) Вот что, мой Луцилий, нужно

animum sunt, ut contemnas voluptatem ex plurium assensione venientem. Multi te laudant: ecquid habes cur placeas tibi, si is es quem intellegant multi ? introrsus bona tua spectent. Vale.	сберечь в душе, чтобы пренебречь удовольствием, доставляемым похвалами большинства. Многие тебя одобряют. Так есть ли у тебя причины быть довольным собой, если многим ты понятен? Вовнутрь должны быть обращены твои достоинства! Будь здоров.

VIII

[1] 'Tu me' inquis 'vitare turbam iubes, secedere et conscientia esse contentum? ubi illa praecepta vestra quae imperant in actu mori?' Quid? ego tibi videor inertiam suadere? In hoc me recondidi et fores clusi, ut prodesse pluribus possem. Nullus mihi per otium dies exit; partem noctium studiis vindico; non vaco somno sed succumbo, et oculos vigilia fatigatos cadentesque in opere detineo.	(1) "Ты приказываешь мне избегать толпы, - пишешь ты, - уединиться и довольствоваться собственной совестью. А как же ваши наставления, повелевающие трудиться до самой смерти?" - Но то, к чему я тебя склоняю скрыться и запереть двери, - я сам сделал, чтобы многим принести пользу. Ни одного дня я не теряю в праздности, даже часть ночи отдаю занятиям. Я не иду спать, освободившись: нет, сон одолевает меня, а я сижу, уставившись в свою работу усталыми от бодрствования, слипающимися глазами.
[2] Secessi non tantum ab hominibus sed a rebus, et in primis a meis rebus: posterorum negotium ago. Illis aliqua quae possint prodesse conscribo; salutares admonitiones,velut medicamentorum utilium compositiones, litteris mando, esse illas efficaces in meis ulceribus expertus, quae etiam si persanata non sunt, serpere desierunt.	(2) Я удалился не только от людей, но и от дел, прежде всего - моих собственных, и занялся делами потомков. Для них я записываю то, что может помочь им. Как составляют полезные лекарства, так я заношу на листы спасительные наставления, в целительности которых я убедился на собственных ранах: хотя мои язвы не закрылись совсем, но расползаться вширь перестали.
[3] Rectum iter, quod sero cognovi et lassus errando, aliis monstro. Clamo: 'vitate quaecumque vulgo placent, quae casus attribuit; ad omne fortuitum bonum suspiciosi pavidique subsistite: et fera et piscis spe aliqua oblectante decipitur. Munera ista fortunae putatis? insidiae sunt. Quisquis vestrum tutam agere vitam volet, quantum plurimum potest ista viscata beneficia devitet in quibus hoc quoque miserrimi fallimur: habere nos putamus, haeremus.	(3) Я указываю другим тот правильный путь, который сам нашел так поздно, устав от блужданий. Я кричу: "Избегайте всего, что любит толпа, что подбросил вам случай! С подозрением и страхом остановитесь перед всяким случайным благом! Ведь и рыбы, и звери ловятся на приманку сладкой надежды! Вы думаете, это дары фортуны? Нет, это ее козни. Кто из вас хочет прожить жизнь насколько возможно безопаснее, тот пусть бежит от этих

	вымазанных птичьим клеем благодеяний, обманывающих нас, несчастных, еще и тем, что мы, возомнив, будто добыча наша, сами становимся добычей. Погоня за ними ведет в пропасть.
[4] In praecipitia cursus iste deducit; huius eminentis vitae exitus cadere est. Deinde ne resistere quidem licet, cum coepit transversos agere felicitas, aut saltim rectis aut semel ruere: non vertit fortuna sed cernulat et allidit.	(4) Исход высоко вознесшейся жизни один - паденье. К тому же нельзя и сопротивляться, когда счастье начинает водить нас вкривь и вкось. Или уж плыть прямо, или разом ко дну! Но фортуна не сбивает с пути - она опрокидывает и кидает на скалы.
[5] Hanc ergo sanam ac salubrem formam vitae tenete, ut corpori tantum indulgeatis quantum bonae valetudini satis est. Durius tractandum est ne animo male pareat: cibus famem sedet, potio sitim exstinguat, vestis arceat frigus, domus munimentum sit adversus infesta temporis. Hanc utrum caespes erexerit an varius lapis gentis alienae, nihil interest: scitote tam bene hominem culmo quam auro tegi. Contemnite omnia quae supervacuus labor velut ornamentum ac decus ponit; cogitate nihil praeter animum esse mirabile, cui magno nihil magnum est.'	(5) Угождайте же телу лишь настолько, насколько нужно для поддержания его крепости, и такой образ жизни считайте единственно здоровым и целебным. Держите тело в строгости, чтобы оно не перестало повиноваться душе: пусть пища лишь утоляет голод, питье - жажду, пусть одежда защищает тело от холода, а жилище - от всего ему грозящего. А возведено ли жилище из дерна или из пестрого заморского камня, разницы нет: знайте, под соломенной кровлей человеку не хуже, чем под золотой. Презирайте все, что ненужный труд создает ради украшения или напоказ. Помните: ничто, кроме души, недостойно восхищения, а для великой души все меньше нее".
[6] Si haec mecum, si haec cum posteris loquor, non videor tibi plus prodesse quam cum ad vadimonium advocatus descenderem aut tabulis testamenti anulum imprimerem aut in senatu candidato vocem et manum commodarem? Mihi crede, qui nihil agere videntur maiora agunt: humana divinaque simul tractant.	(6) И когда я беседую так с самим собою, беседую с потомками, неужели, по-твоему, я приношу меньше пользы, чем отправляясь в суд ходатаем, или припечатывая перстнем таблички с завещанием, или в сенате1 отдавая руку и голос соискателю должности? Поверь мне, кто кажется бездельником, тот занят самыми важными делами, и божественными и человеческими вместе.
[7] Sed iam finis faciendus est et aliquid, ut institui, pro hac epistula dependendum. Id non de meo fiet: adhuc Epicurum compilamus, cuius hanc vocem hodierno die legi: 'philosophiae servias oportet, ut tibi	(7) Однако пора кончать и, по моему правилу, чем-нибудь расквитаться с тобой и в этом письме. Уплачу я не из собственных запасов; я до сих пор все просматриваю Эпикура и сегодня вычитал у него такие слова: "Стань

contingat vera libertas'. Non differtur in diem qui se illi subiecit et tradidit: statim circumagitur; hoc enim ipsum philosophiae servire libertas est.	рабом философии, чтобы добыть подлинную свободу". И если ты предался и подчинился ей, твое дело не будет откладываться со дня на день: сразу же ты получишь вольную. Потому что само рабство у философии есть свобода.
[8] Potest fieri ut me interroges quare ab Epicuro tam multa bene dicta referam potius quam nostrorum: quid est tamen quare tu istas Epicuri voces putes esse, non publicas? Quam multi poetae dicunt quae philosophis aut dicta sunt aut dicenda! Non attingam tragicos nec togatas nostras - habent enim hae quoque aliquid severitatis et sunt inter comoedias ac tragoedias mediae -: quantum disertissimorum versuum inter mimos iacet! quam multa Publilii non excalceatis sed coturnatis dicenda sunt!	(8) Может статься, ты спросишь меня, отчего я беру столь много прекрасных изречений у Эпикура, а не у наших. Но почему ты думаешь, что подобные слова принадлежат одному Эпикуру, а не всем людям? Ведь как много поэты говорят такого, что или сказано, или должно быть сказано философами! Я не беру ни трагедии, ни нашей тогаты2, которая тоже не лишена серьезности и стоит посре дине между трагедией и комедией; но и в мимах столько есть красноречивых строк! Сколько стихов Публилия3 надо бы произносить не обутым в сандалии, но выступающим на котурнах!4
[9] Unum versum eius, qui ad philosophiam pertinet et ad hanc partem quae modo fuit in manibus, referam, quo negat fortuita in nostro habenda:	(9) Я приведу один его стих, имеющий касательство к философии, и как раз к той ее части, которой мы только что занимались; в нем поэт утверждает, что случайно доставшееся нельзя считать своим:
alienum est omne quidquid optando evenit.	*Чужое, что по вашему хотенью вдруг Свалилось нам.*
[10] Hunc sensum a te dici non paulo melius et adstrictius memini:	(10) Но ты, я помню, говорил другой стих, намного лучше и короче: Не наше то, что нам дано фортуною.
non est tuum fortuna quod fecit tuum. Illud etiam nunc melius dictum a te non praeteribo:	А это твое изречение (я не пропущу и его) даже еще лучше:
dari bonum quod potuit auferri potest.	*Все, что дано нам, может быть и отнято.*
Hoc non imputo in solutum: de tuo tibi. Vale.	Но этого я не зачту в погашение долга: я лишь отдал тебе твое же Будь здоров.

IX

[1] An merito reprehendat in quadam epistula Epicurus eos qui dicunt sapientem se ipso esse contentum et	(1) Ты хочешь знать, справедливо ли Эпикур в одном из писем порицал тех, кто утверждает, будто мудрецу никто,

propter hoc amico non indigere, desideras scire. Hoc obicitur Stilboni ab Epicuro et iis quibus summum bonum visum est animus in patiens.	кроме него самого, не нужен и потому ничьей дружбы не требуется. Этот упрек Эпикур бросает Стильпону1 и тем, кто думает, что высшее благо - когда душа ничего не терпит.
[2] In ambiguitatem incidendum est, si exprimere 'ap‡theian" uno verbo cito voluerimus et impatientiam dicere; poterit enim contrarium ei quod significare volumus intellegi. Nos eum volumus dicere qui respuat omnis mali sensum: accipietur is qui nullum ferre possit malum. Vide ergo num satius sit aut invulnerabilem animum dicere aut animum extra omnem patientiam positum.	(2) Впрочем, мы неизбежно впадаем в двусмысленность, если для краткости переводим слово awa&eia2, прибегая к слову "терпеть". Ведь можно подумать, будто смысл тут противоположен тому, что мы имеем в виду. Мы хотели сказать: "душа, которой безразлична любая боль", а понять можно так: "душа, которая не может вытерпеть никакой боли". Погляди же сам, не лучше ли будет сказать "неуязвимая душа" или "душа, недоступная для любого страдания"?
[3] Hoc inter nos et illos interest: noster sapiens vincit quidem incommodum omne sed sentit, illorum ne sentit quidem. Illud nobis et illis commune est, sapientem se ipso esse contentum. Sed tamen et amicum habere vult et vicinum et contubernalem, quamvis sibi ipse sufficiat.	(3) В том и разница между ними и нами: наш мудрец побеждает все неприятное, но чувствует его, а их мудрец даже и не чувствует. Общее же и у нас и у них вот что: мудрому никто, кроме него самого, не нужен. Но хоть с него и довольно самого себя, ему все же хочется иметь и друга, и соседа, и товарища.
[4] Vide quam sit se contentus: aliquando sui parte contentus est. Si illi manum aut morbus aut hostis exciderit, si quis oculum vel oculos casus excusserit, reliquiae illi suae satisfacient et erit imminuto corpore et amputato tam laetus quam [in] integro fuit; sed quae sibi desunt non desiderat, non deesse mavult.	(4) Сам посуди, до какой степени довольствуется сам собой тот, кто порой довольствуется и частью самого себя. Если болезнь или враг лишат его руки, если случай отнимет у него глаз3, мудрецу хватает того, что осталось, он и с искалеченным телом будет так же весел, как был до увечий. Но хоть он и не тоскует о потерянном, однако предпочел бы обойтись без потерь.
[5] Ita sapiens se contentus est, non ut velit esse sine amico sed ut possit; et hoc quod dico 'possit' tale est: amissum aequo animo fert. Sine amico quidem numquam erit: in sua potestate habet quam cito reparet. Quomodo si perdiderit Phidias statuam protinus alteram faciet, sic hic faciendarum amicitiarum artifex substituet alium in locum amissi.	(5) Так же точно никто, кроме него самого, не нужен мудрецу не потому, что он хочет жить без друзей, а потому, что может. Говоря "может", я имею в виду вот что: со спокойной душой перенесет он потерю. Ведь без друзей он не останется никогда, и в его власти решать, сколь быстро найти замену. Фидий, если бы потерял статую, сразу сделал бы другую. Так же и он - мастер завязывать дружбу - заместил бы утраченного друга новым.

[6] Quaeris quomodo amicum cito facturus sit? Dicam, si illud mihi tecum convenerit, ut statim tibi solvam quod debeo et quantum ad hanc epistulam paria faciamus. Hecaton ait, 'ego tibi monstrabo amatorium sine medicamento, sine herba, sine ullius veneficae carmine: si vis amari, ama'. Habet autem non tantum usus amicitiae veteris et certae magnam voluptatem sed etiam initium et comparatio novae.	(6) Ты спросишь, как можно быстро приобрести чью-нибудь дружбу; я отвечу, если мы договоримся, что я сейчас отдам тебе долг и по этому письму мы будем в расчете. Гекатон говорит: "Я укажу приворотное средство без всяких снадобий, без трав, без заклинаний знахарки. Если хочешь, чтоб тебя любили, - люби". Не только старая, испытанная дружба приносит нам великое наслаждение, но и начало новой, только лишь приобретаемой.
[7] Quod interest inter metentem agricolam et serentem, hoc inter eum qui amicum paravit et qui parat. Attalus philosophus dicere solebat iucundius esse amicum facere quam habere, 'quomodo artifici iucundius pingere est quam pinxisse'. Illa in opere suo occupata sollicitudo ingens oblectamentum habet in ipsa occupatione: non aeque delectatur qui ab opere perfecto removit manum. Iam fructu artis suae fruitur: ipsa fruebatur arte cum pingeret. Fructuosior est adulescentia liberorum, sed infantia dulcior.	(7) Между приобретшим друга и приобретающим его та же разница, что между жнецом и сеятелем. Философ Аттал не раз говорил, что приятнее добиваться дружбы, чем добиться ее, как художнику приятнее писать картину, чем ее окончить. Кто занимается своим произведением с душевным беспокойством, тот в самом занятии находит великую усладу. Выпуская из рук законченное произведение, он уже не будет так наслаждаться: теперь он радуется плодам своего искусства, а пока он писал, его радовало само искусство. Отрочество наших детей щедрее плодами, но их младенчество нам милее.
[8] Nunc ad propositum revertamur. Sapiens etiam si contentus est se, tamen habere amicum vult, si nihil aliud, ut exerceat amicitiam, ne tam magna virtus iaceat, non ad hoc quod dicebat Epicurus in hac ipsa epistula, 'ut habeat qui sibi aegro assideat, succurrat in vincula coniecto vel inopi', sed ut habeat aliquem cui ipse aegro assideat, quem ipse circumventum hostili custodia liberet. Qui se spectat et propter hoc ad amicitiam venit male cogitat. Quemadmodum coepit, sic desinet: paravit amicum adversum vincla laturum opem; cum primum crepuerit catena, discedet.	(8) Но вернемся к нашему предмету. Пусть мудрому никто, кроме него самого, не нужен, он все-таки желает иметь друга, хотя бы ради деятельной дружбы, чтобы не оставалась праздной столь великая добродетель, и не ради того, чтобы, как говорит Эпикур в том же письме, "было кому ухаживать за ним в болезни, помогать в оковах или в нужде", но чтобы самому было за кем ухаживать в болезни, кого вызволять из-под вражеской стражи. Плохи мысли того, кто подружился, видя лишь самого себя; как он начал, так и кончит. Кто завел друга, чтобы тот выручал из цепей, тот покинет его, едва загремят оковы.
[9] Hae sunt amicitiae quas temporarias populus appellat; qui utilitatis causa assumptus est tamdiu	(9) Таковы дружеские союзы, которые народ называет временными. С кем мы сошлись ради пользы, мил нам, лишь

placebit quamdiu utilis fuerit. Hac re florentes amicorum turba circumsedet, circa eversos solitudo est, et inde amici fugiunt ubi probantur; hac re ista tot nefaria exempla sunt aliorum metu relinquentium, aliorum metu prodentium. Necesse est initia inter se et exitus congruant: qui amicus esse coepit quia expedit ; placebit aliquod pretium contra amicitiam, si ullum in illa placet praeter ipsam.	покуда полезен. Вот почему вокруг того, чьи дела процветают, - толпа друзей, а вокруг потерпевших крушение - пустыня. Друзья бегут оттуда, где испытывается дружба. Вот почему видим мы так много постыдных примеров, когда одни из страха бросают друзей, другие из страха предают их. Каково начало, таков конец, иначе и быть не может. Кто подружился ради выгоды, тому будет дорога награда за измену дружбе, коль скоро и в ней было дорого ему что-нибудь, кроме нее самой.
[10] 'In quid amicum paras?' Ut habeam pro quo mori possim, ut habeam quem in exsilium sequar, cuius me morti et opponam et impendam: ista quam tu describis negotiatio est, non amicitia, quae ad commodum accedit, quae quid consecutura sit spectat.	(10) Для чего приобретаю я друга? Чтобы было за кого умереть, за кем пойти в изгнанье, за чью жизнь бороться и отдать жизнь. А дружба, о которой ты пишешь, та, что заключается ради корысти и смотрит, что можно выгадать, - это не дружба, а сделка.
[11] Non dubie habet aliquid simile amicitiae affectus amantium; possis dicere illam esse insanam amicitiam. Numquid ergo quisquam amat lucri causa? numquid ambitionis aut gloriae? Ipse per se amor, omnium aliarum rerum neglegens, animos in cupiditatem formae non sine spe mutuae caritatis accendit. Quid ergo? ex honestiore causa coit turpis affectus?	(11) Нет сомнения, страсть влюбленных имеет с дружбой нечто общее, ее можно бы даже назвать безрассудной дружбой. Но разве любит кто-нибудь ради прибыли? Ради честолюбия и славы? Любовь сама по себе, пренебрегая всем остальным, зажигает души вожделением к красоте, не чуждым надежды на ответную нежность. Как же так? Неужели причина более честная родит постыдную страсть? -
[12] 'Non agitur' inquis 'nunc de hoc, an amicitia propter se ipsam appetenda sit.' Immo vero nihil magis probandum est; nam si propter se ipsam expetenda est, potest ad illam accedere qui se ipso contentus est. 'Quomodo ergo ad illam accedit?' Quomodo ad rem pulcherrimam, non lucro captus nec varietate fortunae perterritus; detrahit amicitiae maiestatem suam qui illam parat ad bonos casus.	(12) Ты возразишь мне: "Не о том сейчас речь, надо ли искать дружбы ради нее самой или ради иной цели". Наоборот, как раз это и надобно доказать5. Ведь если надо искать ее ради нее самой, значит, и тот, кто ни в ком, кроме себя, не нуждается, может искать ее. - "Как же он будет ее искать?" - Как ищут самое прекрасное, не прельщаясь прибылью, не боясь переменчивости фортуны. Кто заводит друзей на всякий случай,тот лишает дружбу ее величия.
[13] 'Se contentus est sapiens.' Hoc, mi Lucili, plerique perperam interpretantur: sapientem undique	(13) Мудрому никто, кроме него самого, не нужен. Многие, Луцилий, толкуют эту мысль превратно:

submovent et intra cutem suam cogunt. Distinguendum autem est quid et quatenus vox ista promittat: se contentus est sapiens ad beate vivendum, non ad vivendum; ad hoc enim multis illi rebus opus est, ad illud tantum animo sano et erecto et despiciente fortunam.	изгоняют мудреца отовсюду и заставляют его замкнуться в своей скорлупе. Между тем следует разобраться, много ли обещает это изречение и что обещает. Мудрому довольно самого себя для того, чтобы жить блаженно, а не для того, чтобы жить. Для жизни ему многое потребно, а для блаженства только высокий и здоровый дух, презирающий фортуну.
[14] Volo tibi Chrysippi quoque distinctionem indicare. Ait sapientem nulla re egere, et tamen multis illi rebus opus esse: 'contra stulto nulla re opus est - nulla enim re uti scit - sed omnibus eget'. Sapienti et manibus et oculis et multis ad cotidianum usum necessariis opus est, eget nulla re; egere enim necessitatis est, nihil necesse sapienti est.	(14) Я хочу сослаться на Хрисиппа6, какое он принимает разделение7. Он говорит, что мудрец ни в чем не терпит нужды, хотя потребно ему многое, глупому же ничего не требуется, потому что он ничем не умеет пользоваться, зато нужду он терпит во всем. Мудрецу нужны и руки, и глаза, и еще многое, без чего не обойтись в повседневной жизни, а нужды он не терпит ни в чем. Ведь нужда - это необходимость, а для мудрого необходимости нет.
[15] Ergo quamvis se ipso contentus sit, amicis illi opus est; hos cupit habere quam plurimos, non ut beate vivat; vivet enim etiam sine amicis beate. Summum bonum extrinsecus instrumenta non quaerit; domi colitur, ex se totum est; incipit fortunae esse subiectum si quam partem sui foris quaerit.	(15) Значит, хотя мудрец и довольствуется самим собой, в друзьях он все же имеет потребность и хочет иметь их как можно больше, но не для блаженной жизни, - ведь жить блаженно может он и без друзей. Высшее благо не ищет орудий вовне: оно создастся дома и возникает только само из себя. Если же хоть какая-то часть его заимствуется извне, оно уже зависит от фортуны. -
[16] 'Qualis tamen futura est vita sapientis, si sine amicis relinquatur in custodiam coniectus vel in aliqua gente aliena destitutus vel in navigatione longa retentus aut in desertum litus eiectus?' Qualis est Iovis, cum resoluto mundo et dis in unum confusis paulisper cessante natura acquiescit sibi cogitationibus suis traditus. Tale quiddam sapiens facit: in se reconditur, secum est.	(16) "А как будет жить мудрец, если он, взятый под стражу, переселенный на чужбину, замешкавшийся в долгом плавании, выброшенный на пустынный берег, останется без друзей?" - Как Юпитер в ту пору, когда мир расточится8, боги сольются воедино, природа замрет в неподвижности, а сам он успокоится, предавшись думам. Нечто подобное делает и мудрый: он замыкается в себе, остается с самим собой.
[17] Quamdiu quidem illi licet suo arbitrio res suas ordinare, se contentus est et ducit uxorem; se contentus et liberos tollit; se contentus est et tamen	(17) Покуда, однако, он может вершить дела по своему усмотрению, он, хоть ни в ком, кроме себя, не нуждается, берет жену, хоть ни в ком не нуждается,

non viveret si foret sine homine victurus. Ad amicitiam fert illum nulla utilitas sua, sed naturalis irritatio; nam ut aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic amicitiae. Quomodo solitudinis odium est et appetitio societatis, quomodo hominem homini natura conciliat, sic inest huic quoque rei stimulus qui nos amicitiarum appetentes faciat.	родит детей, хоть ни в ком не нуждается, не станет жить, если придется жить, не видя ни единого человека. К дружбе влечет его не собственная польза, а естественная тяга. Ведь от роду заложено в нас влечение ко многим вещам, в их числе и к дружбе. Подобно тому как всем ненавистно одиночество, подобно тому как стремление жить сообща естественно объединяет человека с человеком, так есть и здесь некое побуждение, заставляющее нас стремиться к дружбе.
[18] Nihilominus cum sit amicorum amantissimus, cum illos sibi comparet, saepe praeferat, omne intra se bonum terminabit et dicet quod Stilbon ille dixit, Stilbon quem Epicuri epistula insequitur. Hic enim capta patria, amissis liberis, amissa uxore, cum ex incendio publico solus et tamen beatus exiret, interroganti Demetrio, cui cognomen ab exitio urbium Poliorcetes fuit, num quid perdidisset, 'omnia' inquit 'bona mea mecum sunt'.	(18) Но, хоть мудрец и любит как никто друзей, хотя он ставит их наравне с собой, а часто и выше себя, - все же он будет верить, что все его благо в нем самом, и повторит слова Стильпона, того .самого, на которого нападает в письме Эпикур. Когда родной город Стильпона был захвачен, когда он потерял жену, потерял детей, а сам вышел из охватившего все пожара один, но по-прежнему блаженный, Деметрий, прозванный из-за множества уничтоженных им городов Полиоркетом9, спросил его, потерял ли Стильпон что-нибудь, и тот ответил: "Все мое благо со мною!"
[19] Ecce vir fortis ac strenuus! ipsam hostis sui victoriam vicit. 'Nihil' inquit 'perdidi': dubitare illum coegit an vicisset. 'Omnia mea mecum sunt': iustitia, virtus, prudentia, hoc ipsum, nihil bonum putare quod eripi possit. Miramur animalia quaedam quae per medios ignes sine noxa corporum transeunt: quanto hic mirabilior vir qui per ferrum et ruinas et ignes inlaesus et indemnis evasit! Vides quanto facilius sit totam gentem quam unum virum vincere? Haec vox illi communis est cum Stoico: aeque et hic intacta bona per concrematas urbes fert; se enim ipse contentus est; hoc felicitatem suam fine designat.	(19) Вот человек смелый и решительный! Он победил даже победившего врага. Он сказал: "Я ничего не потерял", - и заставил того сомневаться в собственной победе. "Все мое со мной" - со мной справедливость, добродетель4, разумность, сама способность не считать благом то, что можно отнять. Мы дивимся животным, которые могут пройти сквозь огонь без вреда для тела; но насколько удивительнее этот человек, который прошел сквозь вооруженный строй, огонь и развалины без ущерба и вреда для себя! Видишь, насколько легче победить целый народ, чем одного человека? Его речь - это речь стоика, который тоже проносит свое благо нетронутым через сожженные города. Ведь никто, кроме него самого, ему не нужен, - таковы

	для него пределы счастья.
[20] Ne existimes nos solos generosa verba iactare, et ipse Stilbonis obiurgator Epicurus similem illi vocem emisit, quam tu boni consule, etiam si hunc diem iam expunxi. 'Si cui' inquit 'sua non videntur amplissima, licet totius mundi dominus sit, tamen miser est.' Vel si hoc modo tibi melius enuntiari videtur - id enim agendum est ut non verbis serviamus sed sensibus -, 'miser est qui se non beatissimum iudicat, licet imperet mundo'.	(20) А чтоб ты не думал, будто мы одни бросаемся высокими словами, - знай, что и сам упрекавший Стильпона Эпикур написал сходное изречение, которое ты и соблаговоли принять, хотя сегодняшний мой долг уже погашен. "Кому не кажется верхом изобилия то, что есть, тот останется бедняком, даже сделавшись хозяином всего мира". Или же так, если, по-твоему, это звучит лучше (ведь сохранять верность надо не словам, а мыслям): "Кто не считает себя блаженней всех, тот несчастен, даже если повелевает миром".
[21] Ut scias autem hos sensus esse communes, natura scilicet dictante, apud poetam comicum invenies:	(21) Знай, что мысли эти принадлежат всем и, значит, подсказаны природой, так что их же ты найдешь и у комического поэта:
non est beatus, esse se qui non putat.	*Несчастен, кто счастливым не сочтет себя.*
Quid enim refert qualis status tuus sit, si tibi videtur malus '	Имеет ли значение, как тебе живется, если ты полагаешь, что плохо?
[22] 'Quid ergo?' inquis 'si beatum se dixerit ille turpiter dives et ille multorum dominus sed plurium servus, beatus sua sententia fiet?' Non quid dicat sed quid sentiat refert, nec quid uno die sentiat, sed quid assidue. Non est autem quod verearis ne ad indignum res tanta perveniat: nisi sapienti sua non placent; omnis stultitia laborat fastidio sui. Vale.	(22) "Так что же, - спросишь ты, - если объявит себя блаженным и бесчестно разбогатевший, и хозяин сотен рабов, рабствующий у тысячи хозяев, значит, он и станет блаженным по собственному приговору?" - Нет, важно не то, что он говорит, а что чувствует, и не то, что чувствует сегодня, а то, что всегда. Потому тебе нет причины бояться, что столь великое благо достанется и на долю недостойных. Только мудрому по душе то, что есть, глупость же постоянно страдает, гнушаясь тем, что имеет. Будь здоров.

X

[1] Sic est, non muto sententiam: fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam unum. Non habeo cum quo te communicatum velim. Et vide quod iudicium meum habeas: audeo te tibi credere. Crates, ut aiunt, huius ipsius Stilbonis auditor, cuius mentionem priore epistula feci, cum vidisset adulescentulum secreto ambulantem,	(1) Так оно и есть, я не меняю своего мнения: избегай толпы, избегай немногих, избегай даже одного. Нет никого, с кем я хотел бы видеть тебя вместе. Убедись же воочию, как высоко я сужу о тебе, если отваживаюсь доверить тебя тебе самому. Говорят, Кратет', слушатель того самого Стильпона, о котором я

interrogavit quid illic solus faceret. 'Mecum' inquit 'loquor.' Cui Crates 'cave' inquit 'rogo et diligenter attende: cum homine malo loqueris'.	упомянул в предыдущем письме, увидал однажды гуляющего в одиночку юнца и спросил его, что он тут делает один. - "Разговариваю с самим собой", - был ответ. На это Кратет сказал: "Будь осторожен, прошу тебя, и гляди как следует: ведь твой собеседник - дурной человек!"
[2] Lugentem timentemque custodire solemus, ne solitudine male utatur. Nemo est ex imprudentibus qui relinqui sibi debeat; tunc mala consilia agitant, tunc aut aliis aut ipsis futura pericula struunt, tunc cupiditates improbas ordinant; tunc quidquid aut metu aut pudore celabat animus exponit, tunc audaciam acuit, libidinem irritat, iracundiam instigat. Denique quod unum solitudo habet commodum, nihil ulli committere, non timere indicem, per"t stulto: ipse se prodit. Vide itaque quid de te sperem, immo quid spondeam mihi - spes enim incerti boni nomen est -: non invenio cum quo te malim esse quam tecum.	(2) Обычно мы стережем тех, кто в горе или в страхе, чтобы не дать им использовать во зло свое одиночество. Да и никого из людей неразумных не следует предоставлять самим себе: тут-то и обуревают их дурные замыслы, тут и готовят они опасности себе и другим, тут к ним и приходят чередой постыдные вожделения. Тут-то все, что стыд и страх заставляли скрывать, выносится на поверхность души, тут-то она и оттачивает дерзость, подхлестывает похоть, горячит гневливость. Есть у одиночества одно преимущество: возможность никому ничего не открывать и не бояться обличителя; но это и губит глупого, ибо он выдает сам себя. Вот видишь, как я надеюсь на тебя, вернее, как я за тебя ручаюсь (потому что "надеждой" зовется благо, которое либо будет, либо нет): лучшего товарища, чем ты сам, я для тебя не нахожу.
[3] Repeto memoria quam magno animo quaedam verba proieceris, quanti roboris plena: gratulatus sum protinus mihi et dixi, 'non a summis labris ista venerunt, habent hae voces fundamentum; iste homo non est unus e populo, ad salutem spectat'.	(3) Я возвращаюсь памятью к тем полным силы словам, которые ты произносил с таким благородством. Тогда я поздравил себя и сказал: "Эти слова не просто слетели с языка, у них есть прочное основание. Этот человек - не один из многих, он стремится к спасению".
[4] Sic loquere, sic vive; vide ne te ulla res deprimat. Votorum tuorum veterum licet deis gratiam facias, alia de integro suscipe: roga bonam mentem, bonam valetudinem animi, deinde tunc corporis. Quidni tu ista vota saepe facias? Audacter deum roga: nihil illum de alieno rogaturus es.	(4) Так и говори, так и живи. Смотри только, чтобы ничто тебя не поработило. Прежние твои моления предоставь воле богов, а сам моли их заново и о другом: о ясности разума и здоровье душевном, а потом только - телесном. Почему бы тебе не молить об этом почаще? Смело проси бога: ничего чужого ты у него не просишь.
[5] Sed ut more meo cum aliquo	(5) Но хочу, как у нас заведено,

munusculo epistulam mittam, verum est quod apud Athenodorum inveni: 'tunc scito esse te omnibus cupiditatibus solutum, cum eo perveneris ut nihil deum roges nisi quod rogare possis palam'. Nunc enim quanta dementia est hominum! turpissima vota dis insusurrant; si quis admoverit aurem, conticiscent, et quod scire hominem nolunt deo narrant. Vide ergo ne hoc praecipi salubriter possit: sic vive cum hominibus tamquam deus videat, sic loquere cum deo tamquam homines audiant. Vale.	послать тебе с этим письмом небольшой подарок. Правдивые слова нашел я у Афинодора2: "Знай, что тогда ты будешь свободен от всех вожделений, когда тебе придется молить богов лишь о том, о чем можно молить во всеуслышанье"3. А ведь до чего люди безумны! Шепотом возносят они богам постыднейшие мольбы, чуть кто приблизит ухо - смолкают, но богу рассказывают то, что скрывают от людей. Так смотри, чтобы это наставление нельзя было с пользой прочесть и тебе: живи с людьми так, будто на тебя смотрит бог, говори с богом так, будто тебя слушают люди. Будь здоров.

XI

[1] Locutus est mecum amicus tuus bonae indolis, in quo quantum esset animi, quantum ingenii, quantum iam etiam profectus, sermo primus ostendit. Dedit nobis gustum, ad quem respondebit; non enim ex praeparato locutus est, sed subito deprehensus. Ubi se colligebat, verecundiam, bonum in adulescente signum, vix potuit excutere; adeo illi ex alto suffusus est rubor. Hic illum, quantum suspicor, etiam cum se confirmaverit et omnibus vitiis exuerit, sapientem quoque sequetur. Nulla enim sapientia naturalia corporis aut animi vitia ponuntur: quidquid infixum et ingenitum est lenitur arte, non vincitur. [2] Quibusdam etiam constantissimis in conspectu populi sudor erumpit non aliter quam fatigatis et aestuantibus solet, quibusdam tremunt genua dicturis, quorundam dentes colliduntur, lingua titubat, labra concurrunt: haec nec disciplina nec usus umquam excutit, sed natura vim suam exercet et illo vitio sui etiam robustissimos admonet. [3] Inter haec esse et ruborem scio, qui gravissimis quoque viris subitus affunditur. Magis quidem in	(1) Со мною беседовал твой друг, юноша с хорошими задатками; какова его душа, каков ум, каковы успехи - все стало мне ясно, чуть он заговорил. Каким он показал себя с первой пробы, таким и останется: ведь он говорил без подготовки, застигнутый врасплох. И даже собравшись с мыслями, он едва мог преодолеть застенчивость (а это хороший признак в молодом человеке), - до того он залился краской'. Я подозреваю, что это останется при нем и тогда, когда он, окрепнув и избавившись от всех пороков, достигнет мудрости. Никакая мудрость не устраняет природных изъянов тела или души2: что заложено в нас рождением, то можно смягчить, но не победить искусством. (2) Некоторых, даже очень стойких людей при виде толпы народа бросает в пот, как будто они устали или страдают от зноя: у некоторых, когда им предстоит выступать с речью, дрожат колени, у других стучат зубы, заплетается язык, губы слипаются. Тут не поможет ни выучка, ни привычка, тут природа являет свою силу, через этот изъян напоминая о себе самым здоровым и крепким.(3) К числу таких изъянов, я знаю, принадлежит и краска, вдруг заливающая лицо даже самым

iuvenibus apparet, quibus et plus caloris est et tenera frons; nihilominus et veteranos et senes tangit. Quidam numquam magis quam cum erubuerint timendi sunt, quasi omnem verecundiam effuderint; [4] Sulla tunc erat violentissimus cum faciem eius sanguis invaserat. Nihil erat mollius ore Pompei; numquam non coram pluribus rubuit, utique in contionibus. Fabianum, cum in senatum testis esset inductus, erubuisse memini, et hic illum mire pudor decuit. [5] Non accidit hoc ab infirmitate mentis sed a novitate rei, quae inexercitatos, etiam si non concutit, movet naturali in hoc facilitate corporis pronos; nam ut quidam boni sanguinis sunt, ita quidam incitati et mobilis et cito in os prodeuntis. [6] Haec, ut dixi, nulla sapientia abigit: alioquin haberet rerum naturam sub imperio, si omnia eraderet vitia. Quaecumque attribuit condicio nascendi et corporis temperatura, cum multum se diuque animus composuerit, haerebunt; nihil horum vetari potest, non magis quam accersi. [7] Artifices scaenici, qui imitantur affectus, qui metum et trepidationem exprimunt, qui tristitiam repraesentant, hoc indicio imitantur verecundiam. Deiciunt enim vultum, verba summittunt, figunt in terram oculos et deprimunt: ruborem sibi exprimere non possunt; nec prohibetur hic nec adducitur. Nihil adversus haec sapientia promittit, nihil proficit: sui iuris sunt, iniussa veniunt, iniussa discedunt.[8] Iam clausulam epistula poscit. Accipe, et quidem utilem ac salutarem, quam te affigere animo volo: 'aliquis vir bonus nobis diligendus est ac semper ante oculos habendus, ut sic tamquam illo spectante vivamus et omnia tamquam illo vidente faciamus'. [9] Hoc, mi Lucili, Epicurus praecepit; custodem nobis et paedagogum	степенным людям. Чаще всего это бывает у юношей, - у них и жар сильнее, и кожа на лице тоньше; но не избавлены от такого изъяна и пожилые, и старые. Некоторых больше всего и надо опасаться, когда они покраснеют: тут-то их и покидает всякий стыд.(4) Сулла был особенно жесток тогда, когда к лицу его приливала кровь. Никто так легко не менялся в лице, как Помпеи, который непременно краснел на людях, особенно во время сходок. Я помню, как Фабиан3, когда его привели в сенат свидетелем, покраснел, и этот румянец стыда чудо как его красил. (5) Причина этому - не слабость духа, а новизна, которая хоть и не пугает, но волнует неопытных и к тому же легко краснеющих из-за природной предрасположенности тела. Ведь если у одних кровь спокойная, то у других она горячая и подвижная и тотчас бросается в лицо. (6) От этого, повторяю, не избавит никакая мудрость: иначе, если б она могла искоренять любые изъяны, ей была бы подвластна сама природа. Что заложено в нас рожденьем и строением тела, останется, как бы долго и упорно ни совершенствовался наш дух. И помешать этим вещам так же невозможно, как и вызвать их насильно. (7) Актеры на подмостках, когда подражают страстям, когда хотят изобразить страх или трепет либо представить грусть, подражают лишь некоторым признакам смущения: опускают голову, говорят тихим голосом, смотрят в землю с понурым видом, а вот покраснеть не могут, потому что румянец нельзя ни подавить, ни заставить появиться. Тут мудрость ничего не сулит, ничем не поможет: такие вещи никому не подвластны - без приказа приходят, без приказа исчезают.(8) Но письмо это уже просит завершения. Получи от меня нечто полезное и целительное и навсегда сохрани в душе: "Следует выбрать кого-нибудь из людей добра4 и всегда иметь его перед глазами, - чтобы жить так, словно он смотрит на нас, и так поступать, словно он видит нас". (9)

dedit, nec immerito: magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistit. Aliquem habeat animus quem vereatur, cuius auctoritate etiam secretum suum sanctius faciat. O felicem illum qui non praesens tantum sed etiam cogitatus emendat! O felicem qui sic aliquem vereri potest ut ad memoriam quoque eius se componat atque ordinet! Qui sic aliquem vereri potest cito erit verendus. [10] Elige itaque Catonem; si hic tibi videtur nimis rigidus, elige remissioris animi virum Laelium. Elige eum cuius tibi placuit et vita et oratio et ipse animum ante se ferens vultus; illum tibi semper ostende vel custodem vel exemplum. Opus est, inquam, aliquo ad quem mores nostri se ipsi exigant: nisi ad regulam prava non corriges. Vale.	Этому, мой Луцилий, учит Эпикур. Он дал нам охранителя и провожатого - и правильно сделал. Многих грехов удалось бы избегнуть, будь при нас, готовых согрешить, свидетель. Пусть душа найдет кого-нибудь, к кому бы она испытывала почтение, чей пример помогал бы ей очищать самые глубокие тайники. Счастлив тот, кто, присутствуя лишь в мыслях другого, исправит его! Счастлив и тот, кто может так чтить другого, что даже память о нем служит образцом для совершенствования! Кто может так чтить другого, тот сам вскоре внушит почтение. (10) Выбери же себе Катона, а если он покажется тебе слишком суровым, выбери мужа не столь непреклонного - Лелия. Выбери того, чья жизнь и речь, и даже лицо, в котором отражается душа, тебе приятны; и пусть он всегда будет у тебя перед глазами, либо как хранитель, либо как при мер. Нам нужен, я повторяю, кто-нибудь, по чьему образцу складывался бы наш нрав. Ведь криво проведенную черту исправишь только по линейке. Будь здоров.

XII

[1] Quocumque me verti, argumenta senectutis meae video. Veneram in suburbanum meum et querebar de impensis aedificii dilabentis. Ait vilicus mihi non esse neglegentiae suae vitium, omnia se facere, sed villam veterem esse. Haec villa inter manus meas crevit: quid mihi futurum est, si tam putria sunt aetatis meae saxa?	(1) Куда я ни оглянусь - всюду вижу свидетельства моей старости, Приехал я в свою загородную и стал жаловаться, что дорого обходится ветхая постройка, а управляющий отвечает мне, что тут виною не его небрежность - он делает все, да усадьба стара. Усадьба эта выросла под моими руками; что же меня ждет, если до того искрошились камни - мои ровесники?
[2] Iratus illi proximam occasionem stomachandi arripio. 'Apparet' inquam 'has platanos neglegi: nullas habent frondes. Quam nodosi sunt et retorridi rami, quam tristes et squalidi trunci! Hoc non accideret si quis has circumfoderet, si irrigaret.' Iurat per genium meum se omnia facere, in nulla re cessare curam suam, sed illas vetulas esse. Quod intra nos sit, ego	(2) В сердцах я ухватился за первый попавшийся повод разбранить его: "А об этих платанах явно никто не заботился: на них и листвы нет, и сучья такие высохшие и узловатые, и стволы такие жалкие и облезлые! Не было бы этого, если бы кто-нибудь их окапывал и поливал!" - Он же клянется моим гением', что все делает, ухаживает за ними, ничего не упуская,

illas posueram, ego illarum primum videram folium.	- но деревья-то старые! А платаны эти, между нами говоря, сажал я сам, я видел на них первый лист.
[3] Conversus ad ianuam 'quis est iste?' inquam 'iste decrepitus et merito ad ostium admotus? foras enim spectat. Unde istunc nanctus es ? quid te delectavit: alienum mortuum tollere?' At ille 'non cognoscis me?' inquit: 'ego sum Felicio, cui solebas sigillaria afferre; ego sum Philositi vilici filius, deliciolum tuum'. 'Perfecte' inquam 'iste delirat: pupulus, etiam delicium meum factus est? Prorsus potest fieri: dentes illi cum maxime cadunt.'	(3) Поворачиваюсь к дверям. "А это кто, - спрашиваю, - такой дряхлый? Правильно сделали, что поместили его в сенях: ведь он уже смотрит за двери. Откуда ты его взял? Какая тебе радость выносить чужого мертвеца?" А тот в ответ: "Ты что, не узнал меня? Ведь я - Фелицион, это мне ты всегда дарил кукол на сатурналии; я сын управляющего Филосита, твой любимец". - "Ясное дело, - говорю я, - он бредит! Это он-то еще малышом стал моим любимцем? Впрочем, очень может быть: ведь у него как раз выпадают зубы".
[4] Debeo hoc suburbano meo, quod mihi senectus mea quocumque adverteram apparuit. Complectamur illam et amemus; plena voluptatis, si illa scias uti. Gratissima sunt poma cum fugiunt; pueritiae maximus in exitu decor est; deditos vino potio extrema delectat, illa quae mergit, quae ebrietati summam manum imponit;	(4) Вот чем обязан я своей загородной: куда бы ни оглянулся, - все показывало мне, как я стар. Что ж, встретим старость с распростертыми объятиями: ведь она полна наслаждений, если знать, как ею пользоваться. Плоды для нас вкуснее всего, когда они на исходе; дети красивей всего, когда кончается детство. Любителям выпить милее всего последняя чаша, от которой они идут ко дну, которая довершает опьянение.
[5] quod in se iucundissimum omnis voluptas habet in finem sui differt. Iucundissima est aetas devexa iam, non tamen praeceps, et illam quoque in extrema tegula stantem iudico habere suas voluptates; aut hoc ipsum succedit in locum voluptatium, nullis egere. Quam dulce est cupiditates fatigasse ac reliquisse!	(5) Всякое наслажденье свой самый отрадный миг приберегает под конец. И возраст самый приятный тот, что идет под уклон, но еще не катится в пропасть. Да и тот, что стоит у последней черты, не лишен, по-моему, своих наслаждений, - либо же все наслажденья заменяет отсутствие нужды в них. Как сладко утомить все свои вожделенья и отбросить их!
[6] 'Molestum est' inquis 'mortem ante oculos habere.' Primum ista tam seni ante oculos debet esse quam iuveni - non enim citamur ex censu -; deinde nemo tam sene est ut improbe unum diem speret. Unus autem dies gradus vitae est. Tota aetas partibus constat et orbes habet circumductos maiores minoribus: est aliquis qui omnis complectatur et cingat - hic pertinet a	(6) Ты возразишь мне: "Тягостно видеть смерть перед глазами". Но, во-первых, она должна быть перед глазами и у старика, и у юноши - ведь вызывают нас не по возрастному списку. Во-вторых, нет стариков столь дряхлых, чтобы им зазорно было надеяться на лишний день. Каждый день - это ступень жизни, весь наш век разделен на части и состоит из кругов,

natali ad diem extremum -; est alter qui annos adulescentiae excludit; est qui totam pueritiam ambitu suo adstringit; est deinde per se annus in se omnia continens tempora, quorum multiplicatione vita componitur; mensis artiore praecingitur circulo; angustissimum habet dies gyrum, sed et hic ab initio ad exitum venit, ab ortu ad occasum.	меньших и больших, охватывающих меньшие. Один из них обнимает все прочие - он тянется от дня рождения до дня смерти; еще один выделяет годы отрочества; есть и такой, что заключает в себе наше детство; есть, наконец, просто год с его четырьмя временами; годовые круги, умножаясь, составляют жизнь. Месяц очерчен меньшей окружностью, теснее всех круг одного дня, но и тот идет от начала к концу, от восхода к закату.
[7] Ideo Heraclitus, cui cognomen fecit orationis obscuritas, 'unus' inquit 'dies par omni est'. Hoc alius aliter excepit. Dixit enim *** parem esse horis, nec mentitur; nam si dies est tempus viginti et quattuor horarum, necesse est omnes inter se dies pares esse, quia nox habet quod dies perdidit. Alius ait parem esse unum diem omnibus similitudine; nihil enim habet longissimi temporis spatium quod non ct in uno die invenias, lucem et noctem, et in alternas mundi vices plura facit ista, non : *** alias contractior, alias productior.	(7) Поэтому Гераклит, получивший прозвище из-за темного смысла своих речей2, говорит: "Один день равен всякому другому". Каждый понимает это на свой лад. Один говорит, что дни равны по числу часов, и не лжет: ведь коль скоро день - это двадцать четыре часа, то все дни непременно равны между собой, так как к ночи прибавляется столько часов, на сколько убывает день. Другой говорит, что любой день равен всем прочим по сходству: в самом протяженном времени нет ничего такого, чего нельзя найти в одних сутках, то есть ничего, кроме дня и ночи, которые оно в череде обращений мира множит, но не изменяет, разве что делает день короче, ночь длиннее или наоборот. (3i(i)'rai, рвВютсч. - Он прожил жизнь (греч.). И каждый день он устраивал себе такой вынос.
[8] Itaque sic ordinandus est dies omnis tamquam cogat agmen et consummet atque expleat vitam. Pacuvius, qui Syriam usu suam fecit, cum vino et illis funebribus epulis sibi parentaverat, sic in cubiculum ferebatur a cena ut inter plausus exoletorum hoc ad symphoniam caneretur: 'beb'Ttai, beb'Ttai".	(8) Потому каждый день нужно проводить так, словно он замыкает строй, завершает число дней нашей жизни. Когда Пакувий3, присвоивший Сирию, пировал и пьянствовал, справляя по самому себе поминки, его уносили от стола в спальню под рукоплескания его любовников, певших под музыку: ,8е
[9] Nullo non se die extulit. Hoc quod ille ex mala conscientia faciebat nos ex bona faciamus, et in somnum ituri laeti hilaresque dicamus,	(9) Мы же то, что он делал от нечистой совести, должны делать с чистой душой и, отправляясь ко сну, говорить весело и радостно:
vixi et quem dederat cursum fortuna peregi.	*Прожита жизнь, и пройден весь путь, что судьбой мне отмерен.*
Crastinum si adiecerit deus, laeti	А если бог подарит нам и завтрашний

recipiamus. Ille beatissimus est et securus sui possessor qui crastinum sine sollicitudine exspectat; quisquis dixit 'vixi' cotidie ad lucrum surgit.	день, примем его с радостью. Счастливей всех тот, кто без тревоги ждет завтрашнего дня: он уверен, что принадлежит сам себе. Кто сказал "прожита жизнь", тот каждое утро просыпается с прибылью.
[10] Sed iam debeo epistulam includere. 'Sic' inquis 'sine ullo ad me peculio veniet?' Noli timere: aliquid secum fert. Quare aliquid dixi? multum. Quid enim hac voce praeclarius quam illi trado ad te perferendam? 'Malum est in necessitate vivere, sed in necessitate vivere necessitas nulla est.' Quidni nulla sit? patent undique ad libertatem viae multae, breves faciles. Agamus deo gratias quod nemo in vita teneri potest: calcare ipsas necessitates licet.	(10) Но пора уже кончать письмо. Ты спросишь: "Неужели оно придет ко мне без подарка?" Не бойся: что-нибудь оно да' принесет. Нет, как мог я так сказать? Не что-нибудь, а много! Ведь что лучше изречения, которое я ему вручаю для передачи тебе: "Жить в нужде плохо, но только нет нужды жить в нужде". А почему нет нужды? Потому что к свободе повсюду открыты дороги, короткие и легкие. Поблагодарим бога за то, что никто не может навязать нам жизнь и мы в силах посрамить нужду. -
[11] 'Epicurus' inquis 'dixit: quid tibi cum alieno?' Quod verum est meum est; perseverabo Epicurum tibi ingerere, ut isti qui in verba iurant nec quid dicatur aestimant, sed a quo, sciant quae optima sunt esse communia. Vale.	(11) Ты возразишь мне: "Это слова Эпикура; на что тебе чужое?" - Что истинно, то мое. Я не устану потчевать тебя Эпикуром, и пусть знают все, кто слепо твердит его слова и ценит их не за то, что в них сказано, а за то, кем они сказаны: лучшее принадлежит всем. Будь здоров.

XIII

[1] Multum tibi esse animi scio; nam etiam antequam instrueres te praeceptis salutaribus et dura vincentibus, satis adversus fortunam placebas tibi, et multo magis postquam cum illa manum conseruisti viresque expertus es tuas, quae numquam certam dare fiduciam sui possunt nisi cum multae difficultates hinc et illinc apparuerunt, aliquando vero et propius accesserunt. Sic verus ille animus et in alienum non venturus arbitrium probatur; haec eius obrussa est.	(1) Я знаю, что у тебя довольно мужества. Ведь и не вооружившись еще спасительными наставлениями, побеждающими все невзгоды, тм уже рассчитывал на себя в борьбе с судьбой - и тем более после того, как схватился с нею вплотную и испытал свою мощь, на которую нельзя полагаться наверняка, покуда не появилось отовсюду множество трудностей, а порой и покуда они не подступили совсем близко. На них испытывается подлинное мужество, которое не потерпит чужого произвола, они проверяют его огнем.
[2] Non potest athleta magnos spiritus ad certamen afferre qui numquam suggillatus est: ille qui sanguinem suum vidit, cuius dentes crepuere sub	(2) Не знавший синяков атлет не может идти в бой с отвагою. Только тот, кто видал свою кровь, чьи зубы трещали под кулаком, кто, получив подножку,

pugno, ille qui subplantatus ad versarium toto tulit corpore nec proiecit animum proiectus, qui quotiens cecidit contumacior resurrexit, cum magna spe descendit ad pugnam.	всем телом выдерживал тяжесть противника, кто, упав, не падал духом и, опрокинутый, всякий раз вставал еще более непреклонным, - только тот, вступая в бой, не расстается с надеждой.
[3] Ergo, ut similitudinem istam prosequar, saepe iam fortuna supra te fuit, nec tamen tradidisti te, sed subsiluisti et acrior constitisti; multum enim adicit sibi virtus lacessita. Tamen, si tibi videtur, accipe a me auxilia quibus munire te possis.	(3) Так вот, чтобы продолжить это сравнение: часто фортуна подминала тебя, но ты не сдавался, а вскакивал с еще большим пылом и стоял твердо, потому что доблесть сама по себе возрастает, если ей бросают вызов. Однако, если тебе угодно, прими от меня помощь, которая может укрепить тебя.
[4] Plura sunt, Lucili, quae nos terrent quam quae premunt, et saepius opinione quam re laboramus. Non loquor tecum Stoica lingua, sed hac summissiore; nos enim dicimus omnia ista quae gemitus mugitusque exprimunt levia esse et contemnenda. Omittamus haec magna verba, sed, di boni, vera: illud tibi praecipio, ne sis miser ante tempus, cum illa quae velut imminentia expavisti fortasse numquam ventura sint, certe non venerint.	(4) Не столь многое мучит нас, сколь многое пугает, и воображение, мой Луцилий, доставляет нам больше страданий, чем действительность. Я говорю с тобою не на языке стоиков, а по-своему, намного мягче. Мы ведь утверждаем, что все исторгающее у нас вопли и стоны ничтожно и достойно презрения. Но оставим эти громкие, хотя, клянусь богами, и справедливые, слова. Я учу тебя только не быть несчастным прежде времени, когда то, чего ты с тревогой ждешь сейчас же, может и вовсе не наступить и уж наверняка не наступило.
[5] Quaedam ergo nos magis torquent quam debent, quaedam ante torquent quam debent, quaedam torquent cum omnino non debeant; aut augemus dolorem aut praecipimus aut fingimus. Primum illud, quia res in controversia est et litem contestatam habemus, in praesentia differatur. Quod ego leve dixero tu gravissimum esse contendes; scio alios inter flagella ridere, alios gemere sub colapho. Postea videbimus utrum ista suis viribus valeant an imbecillitate nostra.	(5) Многое мучит нас больше, чем нужно, многое прежде, чем нужно, многое - вопреки тому, что мучиться им вовсе не нужно. Мы либо сами увеличиваем свои страданья, либо выдумываем их, либо предвосхищаем. Первое мы сейчас разбирать не будем: дело это спорное, тяжба только началась. То, что я назову легким, ты - наперекор мне - назовешь мучительным. Я знаю таких, которые смеются под бичами, "и таких, которые стонут от оплеухи. Позже мы увидим, в том ли дело, что сами вещи эти сильны, или в том, что мы слабы.
[6] Illud praesta mihi, ut, quotiens circumsteterint qui tibi te miserum esse persuadeant, non quid audias sed quid sentias cogites, et cum patientia tua deliberes ac te ipse interroges, qui	(6) Обещай мне одно: когда тебя со всех сторон начнут убеждать, будто ты несчастен, думай не о том, что ты слышишь, а о том, что чувствуешь, терпеливо размысли о своих делах (ведь

tua optime nosti, 'quid est quare isti me complorent? quid est quod trepident, quod contagium quoque mei timeant, quasi transilire calamitas possit? est aliquid istic mali, an res ista magis infamis est quam mala?' Ipse te interroga, 'numquid sine causa crucior et maereo et quod non est malum facio?'	ты знаешь их лучше всех) и спроси себя: "Почему они меня оплакивают? Почему дрожат и боятся даже моего прикосновения, словно невзгода может перейти на них? В самом ли деле это беда или больше слывет бедою?" Расспроси самого себя: "А вдруг я терзаюсь и горюю без причины, и считаю бедою то, что вовсе не беда?"
[7] 'Quomodo' inquis 'intellegam, vana sint an vera quibus angor?' Accipe huius rei regulam: aut praesentibus torquemur aut futuris aut utrisque. De praesentibus facile iudicium est: si corpus tuum liberum et sanum est, nec ullus ex iniuria dolor est, videbimus quid futurum sit: hodie nihil negotii habet.	(7) Ты спросишь: "Откуда мне знать, напрасны мои тревоги или не напрасны?" - Вот тебе верное мерило! Мучит нас или настоящее, или будущее, или то и другое вместе. О настоящем судить нетрудно: лиш^> бы ты был здоров телом и свободен, лишь бы не томила болью никакая обида. Теперь посмотрим, что такое будущее.
[8] 'At enim futurum est.' Primum dispice an certa argumenta sint venturi mali; plerumque enim suspicionibus laboramus, et illudit nobis illa quae conficere bellum solet fama, multo autem magis singulos conficit. Ita est, mi Lucili: cito accedimus opinioni; non coarguimus illa quae nos in metum adducunt nec excutimus, sed trepidamus et sic vertimus terga quemadmodum illi quos pulvis motus fuga pecorum exuit castris aut quos aliqua fabula sine auctore sparsa conterruit.	(8) Сегодняшнему дню нет до него дела. "Но ведь будущее-то наступит!" - А ты взгляни, есть ли верные признаки приближения беды. Ведь страдаем мы по большей части от подозрений, нас морочит та, что нередко оканчивает войны, а еще чаще приканчивает людей поодиночке, - молва. Так оно и бывает, мой Луцилий: мы сразу присоединяемся к общему мнению, не проверяя, что заставляет нас бояться, и, ни в чем не разобравшись, дрожим и бросаемся в бегство, словно те, кого выгнала из лагеря пыль, поднятая пробегающим стадом овец, или те, кого запугивают неведомо кем распространяемые небылицы.
[9] Nescio quomodo magis vana perturbant; vera enim modum suum habent: quidquid ex incerto venit coniecturae et paventis animi licentiae traditur. Nulli itaque tam perniciosi, tam inrevocabiles quam lymphatici metus sunt; ceteri enim sine ratione, hi sine mente sunt.	(9) Не знаю как, но только вымышленное тревожит сильнее. Действительное имеет свою меру, а о том, что доходит неведомо откуда, пугливая душа вольна строить догадки. Нет ничего гибельней и непоправимей панического страха: всякий иной страх безрассуден, а этот - безумен.
[10] Inquiramus itaque in rem diligenter. Verisimile est aliquid futurum mali: non statim verum est. Quam multa non exspectata venerunt! quam multa exspectata nusquam comparuerunt! Etiam si futurum est, quid iuvat dolori suo occurrere? satis	(10) Рассмотрим же это дело повнимательней. Вероятно, что случится беда. Но не сей же миг! И как часто нежданное случается! Как часто ожидаемое не сбывается! Даже если нам предстоит страданье, что пользы бежать ему навстречу? Когда оно

cito dolebis cum venerit: interim tibi meliora promitte.	придет, ты сразу начнешь страдать, а покуда рассчитывай на лучшее. Что ты на этом выгадаешь? Время!
[11] Quid facies lucri? tempus. Multa intervenient quibus vicinum periculum vel prope admotum aut subsistat aut desinat aut in alienum caput transeat: incendium ad fugam patuit; quosdam molliter ruina deposuit; aliquando gladius ab ipsa cervice revocatus est; aliquis carnifici suo superstes fuit. Habet etiam mala fortuna levitatem. Fortasse erit, fortasse non erit: interim non est; meliora propone.	(11) Ведь нередко вмешивается нечто такое, из-за чего надвигающаяся беда, как она ни близка, или задерживается в пути, или рассеется, или падет на голову другому. Среди пожара открывалась дорога к бегству, рухнувший дом мягко опускал некоторых на землю, рука, поднесшая к затылку меч, порой отводила его, и жертве удавалось пережить палача. Ведь и злая судьба непостоянна. Может быть, беда случится, а может, и не случится; пока же ее нет, и ты рассчитывай на лучшее.
[12] Nonnumquam, nullis apparentibus signis quae mali aliquid praenuntient, animus sibi falsas imagines fingit: aut verbum aliquod dubiae significationis detorquet in peius aut maiorem sibi offensam proponit alicuius quam est, et cogitat non quam iratus ille sit, sed quantum liceat irato. Nulla autem causa vitae est, nullus miseriarum modus, si timetur quantum potest. Hic prudentia prosit, hic robore animi evidentem quoque metum respue; si minus, vitio vitium repelle, spe metum tempera. Nihil tam certum est ex his quae timentur ut non certius sit et formidata subsidere et sperata decipere.	(12) Иногда, даже когда нет явных признаков, предвещающих недоброе, душа измышляет мнимые, или толкует к худшему слова, которые можно понять двояко, или преувеличивает чью-нибудь обиду и думает не о том, сильно ли обиженный рассержен, а о том, много ли может сделать рассерженный. Но ведь если бояться всего, что может случиться, то незачем нам и жить, и горестям нашим не будет предела. Тут пусть поможет тебе рассудительность, тут собери все душевные силы, чтобы отбросить даже очевидный страх, а не сможешь, так одолей порок пороком умерь страх надеждой. Пусть наверняка придет пугающее нас - еще вернее то, что ожидаемое с ужасом - утихнет, а ожидаемое с надеждой - обманет.
[13] Ergo spem ac metum examina, et quotiens incerta erunt omnia, tibi fave: crede quod mavis. Si plures habebit sententias metus, nihilominus in hanc partem potius inclina et perturbare te desine ac subinde hoc in animo volve, maiorem partem mortalium, cum illi nec sit quicquam mali nec pro certo futurum sit, aestuare ac discurrere. Nemo enim resistit sibi, cum coepit impelli, nec timorem suum redigit ad verum; nemo dicit 'vanus auctor est, vanus [est]: aut finxit aut credidit'. Damus nos aurae	(13) Поэтому взвесь надежды и страхи и всякий раз, когда ясного ответа не будет, решай в свою пользу - верь в то, что считаешь для себя лучшим. Но пусть даже страх соберет больше голосов, ты все-таки склоняйся в другую сторону и перестань тревожиться, думая про себя о большинстве людей, которые мечутся в волнении, даже если ничего плохого с ними и не происходит, и не грозит им наверное. Ведь всякий, однажды потеряв покой, готов дать себе волю и не станет поверять испуг

ferendos; expavescimus dubia pro certis; non servamus modum rerum, statim in timorem venit scrupulus.	действительностью. Никто не скажет: "Кто это говорит - говорит пустое, он либо сам все выдумал, либо другим поверил". Нет, мы сдаемся переносчикам слухов1
[14] Pudet me ?ibi? sic tecum loqui et tam lenibus te remediis focilare. Alius dicat 'fortasse non veniet': tu dic 'quid porro, si veniet? videbimus uter vincat; fortasse pro me venit, et mors ista vitam honestabit'. Cicuta magnum Socratem fecit. Catoni gladium assertorem libertatis extorque: magnam partem detraxeris gloriae.	(14) и трепещем перед неизвестным как перед неотвратимым, забывая меру настолько, что малейшее сомнение превращается в ужас. Но мне стыдно так разговаривать с тобою и подносить тебе такие слабые лекарства. Пусть другие говорят: "Может, это и не случится!" Ты говори: "Что с того, если случится? Посмотрим, кто победит! А может быть, все будет мне на пользу и такая смерть прославит всю мою жизнь. Цикута окончательно сделала Сократа великим. Вырви у Катона2 меч, отстоявший его свободу, - и ты отнимешь у него немалую часть славы".
[15] Nimium diu te cohortor, cum tibi admonitione magis quam exhortatione opus sit. Non in diversum te a natura tua ducimus: natus es ad ista quae dicimus; eo magis bonum tuum auge et exorna.	(15) Впрочем, я слишком долго тебя уговариваю, хотя нужны тебе не уговоры, а лишь напоминанье. Я не увожу тебя прочь от твоей природы, - ты рожден для того, о чем я толкую. Но тем более должен ты умножать и украшать данное тебе благо.
[16] Sed iam finem epistulae faciam, si illi signum suum in pressero, id est aliquam magnificam vocem perferendam ad te mandavero. 'Inter cetera mala hoc quoque habet stultitia: semper incipit vivere.' Considera quid vox ista significet, Lucili virorum optime, et intelleges quam foeda sit hominum levitas cotidie nova vitae fundamenta ponentium, novas spes etiam in exitu inchoantium.	(16) Кончаю это письмо, только припечатаю его своей печатью, то есть поручу ему передать тебе какое-нибудь прекрасное изречение. "Беда глупости еще и в том, что она все время начинает жизнь сначала". Вдумайся сам, Луцилий, лучший из людей, в смысл изречения - и ты поймешь, до чего противно легкомыслие тех, кто ежедневно закладывает основания новой жизни, кто перед кончиной начинает надеяться заново.
[17] Circumspice tecum singulos: occurrent tibi senes qui se cum maxime ad ambitionem, ad peregrinationes, ad negotiandum parent. Quid est autem turpius quam senex vivere incipiens? Non adicerem auctorem huic voci, nisi esset secretior nec inter vulgata Epicuri dicta, quae mihi et laudare et adoptare permisi. Vale.	(17) Огляди всех поодиночке - и сразу попадутся тебе на глаза старики, что с особым усердием готовятся занимать должности, путешествовать, торговать. Что гнуснее старика, начинающего жизнь сначала? Я не прибавил бы имени того, кем эти слова сказаны, если бы они не были так мало известны и принадлежали бы к тем расхожим изречениям Эпикура, которые я позволил себе и хвалить, и присваивать.

	Будь здоров.

XIV

[1] Fateor insitam esse nobis corporis nostri caritatem; fateor nos huius gerere tutelam. Non nego indulgendum illi, serviendum nego; multis enim serviet qui corpori servit, qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert.	(1) Я согласен, что нам от природы свойственна любовь к собственному телу, что мы должны беречь его, не отрицаю, что можно его и холить, но отрицаю, что нужно рабски ему служить. Слишком многое порабощает раба собственного тела - того, кто слишком за него боится и все мерит его меркой.
[2] Sic gerere nos debemus, non tamquam propter corpus vivere debeamus, sed tamquam non possimus sine corpore; huius nos nimius amor timoribus inquietat, sollicitudinibus onerat, contumeliis obicit; honestum ei vile est cui corpus nimis carum est. Agatur eius diligentissime cura, ita tamen ut, cum exiget ratio, cum dignitas, cum fides, mittendum in ignes sit.	(2) Мы должны вести себя не так, словно обязаны жить ради своего тела, а так, словно не можем жить без него. Чрезмерная любовь к нему тревожит нас страхами, обременяет заботами, обрекает на позор. Кому слишком дорого тело, тому честность недорога. Нет запрета усердно о нем заботиться, но когда потребует разум, достоинство, верность, - надо ввергнуть его в огонь.
[3] Nihilominus quantum possumus evitemus incommoda quoque, non tantum pericula, et in tutum nos reducamus, excogitantes subinde quibus possint timenda depelli. Quorum tria, nisi fallor, genera sunt: timetur inopia, timentur morbi, timentur quae per vim potentioris eveniunt.	(3) И все же, насколько возможно, будем избегать не только опасностей, но и неудобств и скроемся под надежной защитой, исподволь обдумав, как можно прогнать то, что внушает страх. Таких вещей три, если я не ошибаюсь: мы боимся бедности, боимся болезней, боимся насилия тех, кто могущественней нас.
[4] Ex his omnibus nihil nos magis concutit quam quod ex aliena potentia impendet; magno enim strepitu et tumultu venit. Naturalia mala quae rettuli, inopia atque morbus, silentio subeunt nec oculis nec auribus quicquam terroris incutiunt: ingens alterius mali pompa est; ferrum circa se et ignes habet et catenas et turbam ferarum quam in viscera immittat humana.	(4) В наибольший трепет приводит нас то, чем грозит чужое могущество: ведь такая беда приходит с великим шумом и смятением. Названные мною естественные невзгоды - бедность и болезни - подкрадываются втихомолку, не внушая ужаса ни слуху, ни зрению, зато у третьей беды пышная свита: она приходит с мечами и факелами, с цепями и зверьми, натравив их стаю на нашу плоть.
[5] Cogita hoc loco carcerem et cruces et eculeos et uncum et adactum per medium hominem qui per os emergeret stipitem et distracta in diversum actis curribus membra, illam tunicam alimentis ignium et illitam et	(5) Вспомни тут же и о темницах, и о крестах, и о дыбе, и о крюке, и о том, как выходит через рот насквозь пропоровший человека кол, как разрывают тело мчащиеся в разные стороны колесницы, как напитывают

textam, et quidquid aliud praeter haec commenta saevitia est.	горючей смолой тунику из горючей ткани, - словом, обо всем, что выдумала жестокость.
[6] Non est itaque mirum, si maximus huius rei timor est cuius et varietas magna et apparatus terribilis est. Nam quemadmodum plus agit tortor quo plura instrumenta doloris exposuit - specie enim vincuntur qui patientiae restitissent -, ita ex iis quae animos nostros subigunt et domant plus proficiunt quae habent quod ostendant. Illae pestes non minus graves sunt - famem dico et sitim et praecordiorum suppurationes et febrem viscera ipsa torrentem - sed latent, nihil habent quod intentent, quod praeferant: haec ut magna bella aspectu paratuque vicerunt.	(6) Так нечего и удивляться, если сильнее всего ужас перед бедствием, столь многоликим и так страшно оснащенным. Как палач, чем больше он выложит орудий, тем большего достигнет, ибо один их вид побеждает даже способного вытерпеть пытку, - так нашу душу легче всего подчиняет и усмиряет та угроза, которой есть что показать. Ведь и остальные напасти не менее тяжелы - я имею в виду голод и жажду, и нагноения в груди, и лихорадку, иссушающую внутренности, - но они скрыты, им нечем грозить издали, нечего выставлять напоказ. А тут, как в большой войне, побеждает внушительность вида и снаряжения.
[7] Demus itaque operam, abstineamus offensis. Interdum populus est quem timere debeamus; interdum, si ea civitatis disciplina est ut plurima per senatum transigantur, gratiosi in eo viri; interdum singuli quibus potestas populi et in populum data est. Hos omnes amicos habere operosum est, satis est inimicos non habere. Itaque sapiens numquam potentium iras provocabit, immo [nec] declinabit, non aliter quam in navigando procellam.	(7) Постараемся поэтому никого больно не задевать. Иногда нам следует бояться народа, иногда, если порядки в государстве таковы, что большинство дел проводится через сенат, тех сенаторов, что в милости, иногда же - тех людей, кому на погибель народу отдана власть над народом. Сделать всех этих людей друзьями слишком хлопотно - довольно и того, чтобы они не были тебе врагами. Поэтому никогда мудрец не станет гневить власть имущих, - наоборот, он будет уклоняться от их гнева, как мореход от бури.
[8] Cum peteres Siciliam, traiecisti fretum Temerarius gubernator contempsit austri minas - ille est enim qui Siculum pelagus exasperet et in vertices cogat -; non sinistrum petit litus sed id a quo propior Charybdis maria convolvit. At ille cautior peritos locorum rogat quis aestus sit, quae signa dent nubes; longe ab illa regione verticibus infami cursum tenet. Idem facit sapiens: nocituram potentiam vitat, hoc primum cavens, ne vitare videatur; pars enim securitatis et in hoc est, non ex professo eam petere, quia quae quis fugit damnat.	(8) Ты, когда ехал в Сицилию, пересек пролив. Неосторожный кормчий пренебрег угрозами южного ветра, от которого становится опасным завиваемое воронками Сицилийское море, и направился не к левому берегу, а к тому, близ которого бушует водоворот Харибды1. Зато более осмотрительный кормчий спросит знающих эти места людей, силен ли прибой и не предвещают ли чего облака, - и держит путь подальше от мест, стяжавших дурную славу из-за водоворотов. То же сделает и мудрый: опасного властителя он избегает, но прежде всего стараясь избегать его

	незаметно. Один из залогов безопасности - в том, чтобы не стремиться к ней открыто: ведь от чего мы держимся дальше, то осуждаем.
[9] Circumspiciendum ergo nobis est quomodo a vulgo tuti esse possimus. Primum nihil idem concupiscamus: rixa est inter competitores. Deinde nihil habeamus quod cum magno emolumento insidiantis eripi possit; quam minimum sit in corpore tuo spoliorum. Nemo ad humanum sanguinem propter ipsum venit, aut admodum pauci; plures computant quam oderunt. Nudum latro transmittit; etiam in obsessa via pauperi pax est.	(9) Еще следует нам обдумать, как обезопасить себя от черни. Тут первое дело - не желать того же самого: где соперничество - там и разлад. Во-вторых, пусть не будет у нас ничего такого, что злоумышляющему было бы выгодно отнять: пусть твой труп не даст богатой добычи. Никто не станет или мало кто станет проливать человеческую кровь ради нее самой. Голого и разбойник пропустит, бедному и занятая шайкой дорога не опасна.
[10] Tria deinde ex praecepto veteri praestanda sunt ut v itentur: odium, invidia, contemptus. Quomodo hoc fiat sapientia sola monstrabit; difficile enim temperamentum est, verendumque ne in contemptum nos invidiae timor transferat, ne dum calcare nolumus videamur posse calcari. Multis timendi attulit causas timeri posse. Undique nos reducamus: non minus contemni quam suspici nocet.	(10) Старинное наставление называет три вещи, которых надо избегать: это - ненависть, зависть и презрение. А как этого добиться, научит только мудрость. Тут бывает трудно соблюсти меру: нужно опасаться, как бы, страшась зависти, не вызвать презрения, как бы, не желая, чтобы нас топтали, не дать повода думать, будто нас можно топ тать. Многим пришлось бояться оттого, что их можно было бояться. Так что будем умеренны во всем: ведь так же вредно вызывать презренье, как и подозренье.
[11] Ad philosophiam ergo confugiendum est; hae litterae, non dico apud bonos sed apud mediocriter malos infularum loco sunt. Nam forensis eloquentia et quaecumque alia populum movet adversarios habet: haec quieta et sui negotii contemni non potest, cui ab omnibus artibus etiam apud pessimos honor est. Numquam in tantum convalescet nequitia, numquam sic contra virtutes coniurabitur, ut non philosophiae nomen venerabile et sacrum maneat. Ceterum philosophia ipsa tranquille modesteque tractanda est.	(11) Вот и выходит, что нужно обратиться к философии: ведь эти писания не только для хороших людей, но и для не слишком дурных, все равно что жреческие повязки2. И публичное красноречие, и все, что волнует народ, вызывает вражду, а это занятие, мирное и ни во что не вмешивающееся, никто не презирает, ибо даже у худших из людей его чтят все искусства. Никогда испорченность не окрепнет настолько, никогда не составится такого заговора против добродетели, чтобы имя философии перестало быть чтимым и священным. Впрочем, и философией надо заниматься тихо и скромно. -
[12] 'Quid ergo?' inquis 'videtur tibi M. Cato modeste philosophari, qui bellum	(12) "Как так? - спросишь ты. - По-твоему, был скромен в философии

civile sententia reprimit? qui furentium principum armis medius intervenit? qui aliis Pompeium offendentibus, aliis Caesarem, simul lacessit duos?'	Марк Катон, который своим приговором положил конец гражданской войне? Который встал между войсками двух разъяренных вождей?3 Который в то время, когда одни поносили Цезаря, другие Помпея, нападал на обоих?" -
[13] Potest aliquis disputare an illo tempore capessenda fuerit sapienti res publica. Quid tibi vis, arce Cato? iam non agitur de libertate: olim pessum data est. Quaeritur utrum Caesar an Pompeius possideat rem publicam: quid tibi cum ista contentione? nullae partes tuae sunt. Dominus eligitur: quid tua, uter vincat? potest melior vincere, non potest non peior esse qui vicerit. Ultimas partes attigi Catonis; sed ne priores quidem anni fuerunt qui sapientem in illam rapinam rei publicae admitterent. Quid aliud quam vociferatus est Cato et misit irritas voces, cum modo per populi levatus manus et obrutus sputis exportandus extra forum traheretur, modo e senatu in carcerem duceretur?	(13) Но можно поспорить, следовало ли тогда мудрецу вмешиваться в дела государства. - "Чего хочешь ты, Марк Катон? Ведь не о свободе идет дело: она давно уже погублена! Вопрос лишь в том. Цезарь или Помпеи завладеет государством? Но что тебе до их соперничества? Ни одна сторона - не твоя. Выбор - только из двух властителей. Твое дело, кто победит? Победить может лучший; одержавший победу не может не быть худшим". - Я беру только ту роль, которую Катон играл напоследок; но и предшествующие годы были не таковы, чтобы мудрому допустимо было участвовать в этом разграблении республики. На что, кроме криков и сердитых воплей, был способен Катон, когда народ, подняв его на руки и осыпав плевками, тащил его вон с форума, или когда его уводили прямо из сената в темницу?4
[14] Sed postea videbimus an sapienti opera rei publicae danda sit: interim ad hos te Stoicos voco qui a re publica exclusi secesserunt ad colendam vitam et humano generi iura condenda sine ulla potentioris offensa. Non conturbabit sapiens publicos mores nec populum in se vitae novitate convertet.	(14) Позже мы увидим, надо ли мудрому зря тратить силы5, а покуда я зову тебя к тем стоикам, которые, когда их отстранили от государственных дел, не оскорбляли никого из власть имущих, но удалились, чтобы совершенствовать свою жизнь и создавать законы для рода человеческого. Мудрец не станет нарушать общепринятых обычаев и привлекать внимание народа невиданным образом жизни. -
[15] 'Quid ergo? utique erit tutus qui hoc propositum sequetur?' Promittere tibi hoc non magis possum quam in homine temperanti bonam valetudinem, et tamen facit temperantia bonam valetudinem. Perit aliqua navis in portu: sed quid tu accidere in medio mari credis? Quanto huic periculum paratius foret multa	(15) "Ну и что? Неужели будет в безопасности тот, кто следует этому правилу?" - За это я не могу тебе поручиться, как и за то, что человек умеренный всегда будет здоров; и все-таки умеренность приносит здоровье. Бывает, что корабль тонет в гавани; что же, по-твоему, может случиться в открытом море? Насколько ближе

agenti molientique, cui ne otium quidem tutum est? Pereunt aliquando innocentes - quis negat? -, nocentes tamen saepius. Ars ei constat qui per ornamenta percussus est.	опасность к тому, чья предприимчивость неугомонна, если праздность не спасает от угроз? Бывает, гибнут и невиновные - кто спорит? - но виноватые - чаще. У бойца остается сноровка, даже если ему пробили доспехи.
[16] Denique consilium rerum omnium sapiens, non exitum spectat; initia in potestate nostra sunt, de eventu fortuna iudicat, cui de me sententiam non do. 'At aliquid vexationis afferet, aliquid adversi.' Non damnat latro cum occidit.	(16) Кто мудр, тот во всем смотрит на замысел, а не на исход. Начало в нашей власти; что выйдет, решать фортуне, над собой же я не признаю ее приговора. - "А она доставит тебе волнения, доставит неприятности". - Но разбойник не казнит нас, даже когда убивает 6.
[17] Nunc ad cotidianam stipem manum porrigis. Aurea te stipe implebo, et quia facta est auri mentio, accipe quemadmodum usus fructusque eius tibi esse gratior possit. 'Is maxime divitiis fruitur qui minime divitiis indiget.' 'Ede' inquis 'auctorem.' Ut scias quam benigni simus, propositum est aliena laudare: Epicuri est aut Metrodori aut alicuius ex illa officina.	(17) Ты уже тянешь руку за ежедневной платой. Сегодня заплачу тебе золотом; а коль скоро я упомянул о золоте, то узнай, как тебе получить побольше радости от владения им. "Тот более всех наслаждается богатством, кто меньше всех в богатствах нуждается". Ты просишь открыть, чьи &'го слова. Чтобы ты видел мою доброжелательность, я взял за правило хвалить чужое. И это взято у Эпикура, либо у Метродора, либо у кого-то еще из их мастерской.
[18] Et quid interest quis dixerit? omnibus dixit. Qui eget divitiis timet pro illis; nemo autem sollicito bono fruitur. Adicere illis aliquid studet; dum de incremento cogitat, oblitus est usus. Rationes accipit, forum conterit, kalendarium versat: fit ex domino procurator. Vale.	(18) Но какая разница, кто сказал? Сказано было для всех. Кто нуждается в богатствах, тот за них боится, а добро, за которое тревожишься, радости не приносит. Если же кто хочет что-нибудь к нему добавить, тот, думая о его умножении, забывает им пользоваться: получает счета, толчется на торжище, листает календарь - и становится из хозяина управляющим. Будь здоров.

XV

[1] Mos antiquis fuit, usque ad meam servatus aetatem, primis epistulae verbis adicere 'si vales bene est, ego valeo'. Recte nos dicimus 'si philosopharis, bene est'. Valere enim hoc demum est. Sine hoc aeger est animus; corpus quoque, etiam si magnas habet vires, non aliter quam	(1) В старину был обычай, сохранившийся вплоть до моего времени, начинать письмо словами: "Если ты здоров, это хорошо, а я здоров". Нам же правильнее сказать: "Если ты занимаешься философией, это хорошо".

furiosi aut frenetici validum est.	
[2] Ergo hanc praecipue valetudinem cura, deinde et illam secundam; quae non magno tibi constabit, si volueris bene valere. Stulta est enim, mi Lucili, et minime conveniens litterato viro occupatio exercendi lacertos et dilatandi cervicem ac latera firmandi; cum tibi feliciter sagina cesserit et tori creverint, nec vires umquam opimi bovis nec pondus aequabis. Adice nunc quod maiore corporis sarcina animus eliditur et minus agilis est. Itaque quantum potes circumscribe corpus tuum et animo locum laxa.	(2) Потому что только в ней - здоровье, без нее больна душа, и тело, сколько бы в нем ни было сил, здорово так же, как у безумных или одержимых. Так прежде всего заботься о том, настоящем, здоровье, а потом и об этом, втором, которое недорого тебе обойдется, если захочешь быть здоровым. Упражняться, чтобы руки стали сильнее, плечи - шире, бока - крепче, это, Луцилий, занятие глупое и недостойное образованного человека. Сколько бы ни удалось тебе накопить жиру и нарастить мышц, все равно ты не сравняешься ни весом, ни силой с откормленным быком. К тому же груз плоти, вырастая, угнетает дух и лишает его подвижности. Поэтому, в чем можешь, притесняй тело и освобождай место для духа.
[3] Multa sequuntur incommoda huic deditos curae: primum exercitationes, quarum labor spiritum exhaurit et inhabilem intentioni ac studiis acrioribus reddit; deinde copia ciborum subtilitas impeditur. Accedunt pessimae notae mancipia in magisterium recepta, homines inter oleum et vinum occupati, quibus ad votum dies actus est si bene desudaverunt, si in locum eius quod effluxit multum potionis altius in ieiuno iturae regesserunt.	(3) Много неприятного ждет тех, кто рьяно заботится о теле: во-первых, утомительные упражнения истощают ум и делают его неспособным к вниманию и к занятиям предметами более тонкими; во-вторых, обильная пища лишает его изощренности). Вспомни и о рабах наихудшего разбора, к которым поступают в обучение, хоть этим людям ни до чего, помимо вина и масла2, нет дела, и день прошел для них на славу, если они хоре. шенько вспотели и на место потерянной влаги влили в пустую утробу новое питье, еще в большем количестве. Но ведь жить в питье и потении могут только больные желудком!
[4] Bibere et sudare vita cardiaci est. Sunt exercitationes et faciles et breves, quae corpus et sine mora lassent et tempori parcant, cuius praecipua ratio habenda est: cursus et cum aliquo pondere manus motae et saltus vel ille qui corpus in altum levat vel ille qui in longum mittit vel ille, ut ita dicam, saliaris aut, ut contumeliosius dicam, fullonius: quoslibet ex his elige ?usum rude facile?.	(4) Есть, однако, упражнения легкие и недолгие, которые быстро утомляют тело и много времени не отнимают, - а его-то и следует прежде всего считать. Можно бегать, поднимать руки с грузом, можно прыгать, подбрасывая тело вверх или посылая его далеко вперед, можно подпрыгивать, так сказать, на манер салиев3, или, говоря грубее, сукновалов4. Выбирай какое угодно упражнение, привычка сделает его легким5.
[5] Quidquid facies, cito redi a	(5) Но что бы ты ни делал, скорее

corpore ad animum; illum noctibus ac diebus exerce. Labore modico alitur ille; hanc exercitationem non frigus, non aestus impediet, ne senectus quidem. Id bonum cura quod vetustate fit melius.	возвращайся от тела к душе, упражняй ее днем и ночью, ведь труд, если он не чрезмерен, питает ее. Таким упражнениям не помешают ни холод, ни зной, ни даже старость. Из всех твоих благ заботься о том, которое, старея, становится лучше.
[6] Neque ego te iubeo semper imminere libro aut pugillaribus: dandum est aliquod intervallum animo, ita tamen ut non resolvatur, sed remittatur. Gestatio et corpus concutit et studio non officit: possis legere, possis dictare, possis loqui, possis audire, quorum nihil ne ambulatio quidem vetat fieri.	(6) Я вовсе не велю тебе все время сидеть над книгами и дощечками: и душе нужно дать роздых, но так, чтобы она не расслабилась, а только набралась сил. Прогулка в носилках дает встряску телу и не мешает занятиям: можно читать, можно диктовать, можно беседовать и слушать других; впрочем, и прогулка пешком позволяет делать то же самое.
[7] Nec tu intentionem vocis contempseris, quam veto te per gradus et certos modos extollere, deinde deprimere. Quid si velis deinde quemadmodum ambules discere? Admitte istos quos nova artificia docuit fames: erit qui gradus tuos temperet et buccas edentis observet et in tantum procedat in quantum audaciam eius patientia et credulitate produxeris. Quid ergo? a clamore protinus et a summa contentione vox tua incipiet? usque eo naturale est paulatim incitari ut litigantes quoque a sermone incipiant, ad vociferationem transeant; nemo statim Quiritium fidem implorat.	(7) Не пренебрегай также напряжением голоса, а вот повышать его и понижать по ступеням и ладам я тебе запрещаю. Впрочем, может быть, ты хочешь выучиться, как тебе гулять; тогда допусти к себе тех, кого голод научил невиданным прежде ухищрениям. Один сделает размеренной твою походку, другой будет следить во время еды за твоими щеками, и наглость каждого зайдет настолько далеко, насколько позволят твои терпеливость и доверчивость. Так что же? Разве с крика, с сильнейшего напряжения голоса начинается речь? Нет, для нас естественно разгорячаться постепенно, так что даже при ссоре сперва говорят, а потом лишь начинают вопить, и никто сразу же не зовет в свидетели квиритов.
[8] Ergo utcumque tibi impetus animi suaserit, modo vehementius fac vitiis convicium, modo lentius, prout vox te quoque hortabitur ?in id latus?; modesta, cum recipies illam revocarisque, descendat, non decidat; ?mediatorisui habeat et hoc? indocto et rustico more desaeviat. Non enim id agimus ut exerceatur vox, sed ut exerceat.	(8) Поэтому, как бы ни увлек тебя порыв души, произноси речь то с большей, то с меньшей страстью, как голос и грудь сами тебе подскажут. Когда ты хочешь приглушить и умерить голос, пусть он затихает постепенно, а не падает резко; пусть он будет таким же сдержанным, как тот, кто им управляет, и не бушует, как у грубых неучей. Ведь мы делаем все это не для того, чтобы совершенствовался голос, а для того, чтобы совершенствовались слушатели.
[9] Detraxi tibi non pusillum negotii: una mercedula et ?unum graecum? ad	(9) Я снял с твоих плеч немалый труд, а теперь вдобавок к этому моему

haec beneficia accedet. Ecce insigne praeceptum: 'stulta vita ingrata est, trepida; tota in futurum fertur'. 'Quis hoc' inquis 'dicit?' idem qui supra. Quam tu nunc vitam dici existimas stultam? Babae et Isionis? Non ita est: nostra dicitur, quos caeca cupiditas in nocitura, certe numquam satiatura praecipitat, quibus si quid satis esse posset, fuisset, qui non cogitamus quam iucundum sit nihil poscere, quam magnificum sit plenum esse nec ex fortuna pendere.	благодеянию награжу тебя греческим подарком6. Вот замечательное наставление: "Жизнь глупца безрадостна и полна страха, потому что он все откладывает на будущее". - Ты спросишь, кто это сказал. Да тот же, кто и прежние слова. А какую, по-твоему, жизнь называют глупой? Как у Исиона и Бабы? Как бы не так! Нашу собственную - жизнь тех, кого слепая алчность бросает вдогонку за вещами вредными и наверняка неспособными ее насытить, тех, которые давно были бы удовлетворены, если бы хоть что-то могло нас удовлетворить, тех, кто не думает, как отрадно ничего не требовать, как великолепно не чувствовать ни в чем недостатка и не зависеть от фортуны.
[10] Subinde itaque, Lucili, quam multa sis consecutus recordare; cum aspexeris quot te antecedant, cogita quot sequantur. Si vis gratus esse adversus deos et adversus vitam tuam, cogita quam multos antecesseris. Quid tibi cum ceteris? te ipse antecessisti.	(10) Не забывай же, Луцилий, за сколькими вещами ты гонишься, а увидев, сколько людей тебя опередили, подумай о том, сколько их отстало. Если хочешь быть благодарен богам и собственной жизни, думай о том, что ты обогнал очень многих. Но что тебе до других? Ты обогнал себя самого!
[11] Finem constitue quem transire ne possis quidem si velis; discedant aliquando ista insidiosa bona et sperantibus meliora quam assecutis. Si quid in illis esset solidi, aliquando et implerent: nunc haurientium sitim concitant. Mittantur speciosi apparatus; et quod futuri temporis incerta sors volvit, quare potius a fortuna impetrem ut det, quam a me ne petam? Quare autem petam? oblitus fragilitatis humanae congeram? in quid laborem? Ecce hic dies ultimus est; ut non sit, prope ab ultimo est. Vale.	(11) Установи же для себя предел, за который ты не хотел бы перейти, даже если бы мог: пусть останутся за ним таящие угрозу блага, притягательные для надеющихся и разочаровывающие достигших. Была бы в них хоть какая-то прочность, они бы приносили порой удовлетворение; а так они только распаляют жажду черпающих. Привлекательная внешность вдруг меняется. Зачем мне требовать у фортуны то, что неведомый жребий сулит мне в будущем, вместо того чтобы потребовать у себя не стремиться больше к этому? К чему стремиться? Мне ли копить, забыв о бренности человека? Над чем мне трудиться? Нынешний день - последний. Пусть не последний, но и последний близко. Будь здоров.

XVI

[1] Liquere hoc tibi, Lucili, scio, neminem posse beate vivere, ne tolerabiliter quidem, sine sapientiae studio, et beatam vitam perfecta sapientia effici, ceterum tolerabilem etiam inchoata. Sed hoc quod liquet firmandum et altius cotidiana meditatione figendum est: plus operis est in eo ut proposita custodias quam ut honesta proponas. Perseverandum est et assiduo studio robur addendum, donec bona mens sit quod bona voluntas est.	(1) Я знаю, Луцилий, для тебя очевидно, что, не изучая мудрости, нельзя жить не только счастливо, но даже и сносно, ибо счастливой делает жизнь совершенная мудрость, а сносной - ее начатки. Но и очевидное нуждается в том, чтобы его глубже усвоили и укрепили постоянным размышлением. Труднее сохранить честные намерения, чем возыметь их. Нужно быть упорным и умножать силы усердными занятьями, пока добрая воля не превратится в добрые нравы.
[2] Itaque - non opus est - tibi apud me pluribus verbis aut affirmatione tam longa: intellego multum te profecisse. Quae scribis unde veniant scio; non sunt ficta nec colorata. Dicam tamen quid sentiam: iam de te spem habeo, nondum fiduciam. Tu quoque idem facias volo: non est quod tibi cito et facile credas. Excute te et varie scrutare et observa; illud ante omnia vide, utrum in philosophia an in ipsa vita profeceris.	(2) Впрочем, мне нет уже нужды укреплять тебя долгими и многословными речами ': ведь я знаю твои успехи. Мне известно, откуда берется все, что ты мне пишешь; в нем нет ни притворства, ни прикрас. И все же я скажу, что чувствую: я на тебя надеюсь, но еще в тебе не уверен. И от тебя я хочу того же: ведь у тебя нет причин так легко и быстро поверить в себя. Разберись в самом себе, со всех сторон осмотри себя и проверь, а прежде всего - в чем ты преуспел: в философии или в жизни.
[3] Non est philosophia populare artificium nec ostentationi paratum; non in verbis sed in rebus est. Nec in hoc adhibetur, ut cum aliqua oblectatione consumatur dies, ut dematur otio nausia: animum format et fabricat, vitam disponit, actiones regit, agenda et omittenda demonstrat, sedet ad gubernaculum et per ancipitia fluctuantium derigit cursum. Sine hac nemo intrepide potest vivere, nemo secure; innumerabilia accidunt singulis horis quae consilium exigant, quod ab hac petendum est.	(3) Философия - не лицедейство, годное на показ толпе, философом надо быть не на словах, а на деле. Она - не для того, чтобы приятно провести день и без скуки убить время, нет, она выковывает и закаляет душу, подчиняет жизнь порядку, управляет поступками, указывает, что следует делать и от чего воздержаться, сидит у руля и направляет среди пучин путь гонимых волнами. Без нее нет в жизни бесстрашия и уверенности: ведь каждый час случается так много, что нам требуется совет, которого можно спросить только у нее.
[4] Dicet aliquis, 'quid mihi prodest philosophia, si fatum est? quid prodest, si deus rector est? quid prodest, si casus imperat? Nam et mutari certa non possunt et nihil praeparari potest adversus incerta, sed aut consilium meum occupavit deus decrevitque quid facerem, aut consilio meo nihil fortuna	(4) Кто-нибудь скажет: "Что мне пользы в философии, если есть рок? Что в ней пользы, если правит божество? Что в ней пользы, если повелевает случай? 2 Ведь неизбежное нельзя изменить, а против неведомого не найти средств. Мои замыслы либо предвосхищены

permittit.'	божеством, решившим за меня, что мне делать, либо фортуна не даст им осуществиться". -
[5] Quidquid est ex his, Lucili, vel si omnia haec sunt, philosophandum est; sive nos inexorabili lege fata constringunt, sive arbiter deus universi cuncta disposuit, sive casus res humanas sine ordine impellit et iactat, philosophia nos tueri debet. Haec adhortabitur ut deo libenter pareamus, ut fortunae contumaciter; haec docebit ut deum sequaris, feras casum.	(5) Пусть одно из этих утверждений верно, Луцилий, пусть все они верны, - нужно быть философом! Связывает ли нас непреложным законом рок, божество ли установило все в мире по своему произволу, случай ли без всякого порядка швыряет и мечет, как кости, человеческие дела, - нас должна охранять философия. Она даст нам силу добровольно подчиняться божеству, стойко сопротивляться фортуне, она научит следовать веленьям божества и сносить превратности случая.
[6] Sed non est nunc in hanc disputationem transeundum, quid sit iuris nostri si providentia in imperio est, aut si fatorum series illigatos trahit, aut si repentina ac subita dominantur: illo nunc revertor, ut te moneam et exhorter ne patiaris impetum animi tui delabi et refrigescere. Contine illum et constitue, ut habitus animi fiat quod est impetus.	(6) Но сейчас не время рассуждать о том, что в нашей власти, если повелевает провиде ние либо череда судеб влечет нас в оковах, либо господствует внезапное и непредвиденное. Я возвращаюсь к своим наставлениям и увещаниям: не допускай, чтобы порыв твоей души поник и остыл. Сохрани его и добейся, чтобы то, что было порывом, стало состоянием души.
[7] Iam ab initio, si te bene novi, circumspicies quid haec epistula munusculi attulerit: excute illam, et invenies. Non est quod mireris animum meum: adhuc de alieno liberalis sum. Quare autem alienum dixi ? quidquid bene dictum est ab ullo meum est. Istuc quoque ab Epicuro dictum est: 'si ad naturam vives, numquam eris pauper; si ad opiniones, numquam eris dives'.	(7) Но, если я хорошо тебя знаю, ты с самого начала высматриваешь, какой подарочек принесет с собою это письмо. Обыщи его - и найдешь. Нет причин восхищаться моей щедростью: до сих пор я раздаривал чужое. Впрочем, почему чужое? Все, что сказано хорошо, - мое, кем бы оно ни было сказано. Как и это, сказанное Эпикуром: "Если в жизни ты сообразуешься с природой, то никогда не будешь беден, а если с людским мнением, то никогда не будешь богат".
[8] Exiguum natura desiderat, opinio immensum. Congeratur in te quidquid multi locupletes possederant; ultra privatum pecuniae modum fortuna te provehat, auro tegat, purpura vestiat, eo deliciarum opumque perducat ut terram marmoribus abscondas; non tantum habere tibi liceat sed calcare divitias; accedant statuae et picturae et	(8) Природа желает малого, людское мнение - бесконечно многого3. Пусть ты накопишь столько же, сколько множество богачей, пусть фортуна увеличит твою казну свыше меры, отпущенной частному человеку, пусть она осыпет тебя золотом, оденет в пурпур, даст столько наслаждений и богатств, что ты покроешь землю

quidquid ars ulla luxuriae elaboravit: maiora cupere ab his disces.	мрамором и сможешь не только владеть своим добром, но и топтать его ногами. Пусть будут у тебя вдобавок и картины, и статуи, и все, что только создало искусство в угоду роскоши, - излишества лишь научат тебя желать еще большего.
[9] Naturalia desideria finita sunt: ex falsa opinione nascentia ubi desinant non habent; nullus enim terminus falso est. Via eunti aliquid extremum est: error immensus est. Retrahe ergo te a vanis, et cum voles scire quod petes, utrum naturalem habeat an caecam cupiditatem, considera num possit alicubi consistere: si longe progresso semper aliquid longius restat, scito id naturale non esse. Vale.	(9) Естественные желания имеют предел, порожденные ложным мнением - не знают, на чем остановиться, ибо все ложное не имеет границ. Идя по дороге, придешь к цели, блуждание же бесконечно. Поэтому отойти подальше от всего суетного, и если, домогаясь чего-нибудь, ты захочешь узнать, естественно ли твое желание или слепо, взгляни, может ли оно где-нибудь остановиться. Если, зайдя далеко, ты заметишь, что идти до цели осталось еще больше, знай, что твое желание рождено не природой. Будь здоров.

XVII

[1] Proice omnia ista, si sapis, immo ut sapias, et ad bonam mentem magno cursu ac totis viribus tende; si quid est quo teneris, aut expedi aut incide. 'Moratur' inquis 'me res familiaris; sic illam disponere volo ut sufficere nihil agenti possit, ne aut paupertas mihi oneri sit aut ego alicui.'	(1) Брось все это, если ты мудр, или вернее, чтобы стать мудрым, и спеши что есть сил, стремясь к благам духа. Все, что тебя удерживает, смети с дороги или отсеки. - "Но я мешкаю из-за домашних дел, хочу устроить их так, чтобы, и ничего не делая, не знать недостатка, чтобы и меня не тяготила бедность, и я никому не был в тягость". -
[2] Cum hoc dicis, non videris vim ac potentiam eius de quo cogitas boni nosse; et summam quidem rei pervides, quantum philosophia prosit, partes autem nondum satis subtiliter dispicis, necdum scis quantum ubique nos adiuvet, quemadmodum et in maximis, ut Ciceronis utar verbo, 'opituletur' in minima descendat. Mihi crede, advoca illam in consilium: suadebit tibi ne ad calculos sedeas.	(2) Если ты так говоришь, то, видимо, тебе не открылись еще вся сила и могущество блага, о котором ты помышляешь. В общих чертах ты различаешь, чем полезна нам философия, а вот отдельные части досконально не видишь, не знаешь, как она помогает нам везде, не ведаешь, что она, говоря словами Цицерона ', и в большом выручает, и до мелочей снисходит. Поверь мне и призови ее в советчики: она убедит тебя не сидеть над подсчетами.
[3] Nempe hoc quaeris et hoc ista	(3) Не к тому ли ты стремишься, не

dilatione vis consequi, ne tibi paupertas timenda sit: quid si appetenda est? Multis ad philosophandum obstitere divitiae: paupertas expedita est, secura est. Cum classicum cecinit, scit non se peti; cum aqua conclamata est, quomodo exeat, non quid efferat, quaerit; [ut] si navigandum est, non strepunt portus nec unius comitatu inquieta sunt litora; non circumstat illam turba servorum, ad quos pascendos transmarinarum regionum est optanda fertilitas.	ради того ли оттягиваешь срок, чтобы не бояться бедности? А что, если бедность должна быть нам же ланна? Многим богатство помешало посвятить себя философии, бедность же ничем не отягчена и не знает страха. Прозвучит сигнал трубы 2 - бедняк3 знает, что не его она зовет; когда кричат о наводнении, он думает о том, как бы выйти самому, а не о том, что бы такое вынести; если надо отплыть в море, - гавань не наполнится шумом, не встревожит берег толпа, провожающая одного человека. Нет вокруг него полчища рабов, на прокорм которых нужны целые урожаи заморских стран. Почему же ты отказываешься избрать спутницей ту, чьим обычаям подражает и здравомыслящий богач?
[4] Facile est pascere paucos ventres et bene institutos et nihil aliud desiderantes quam impleri: parvo fames constat, magno fastidium. Paupertas contenta est desideriis instantibus satis facere: quid est ergo quare hanc recuses contubernalem cuius mores sanus dives imitatur?	(4) Нетрудно прокормить немногие рты, если твои нахлебники не избалованы и хотят лишь насытиться. Голод обходится недорого, привередливость - дорого. Бедности довольно удовлетворить самые насущные желанья.
[5] Si vis vacare animo, aut pauper sis oportet aut pauperi similis. Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura; frugalitas autem paupertas voluntaria est. Tolle itaque istas excusationes: 'nondum habeo quantum sat est; si ad illam summam pervenero, tunc me totum philosophiae dabo'. Atqui nihil prius quam hoc parandum est quod tu differs et post cetera paras; ab hoc incipiendum est. 'Parare' inquis 'unde vivam volo.' Simul et parare disce: si quid te vetat bene vivere, bene mori non vetat.	(5) Если хочешь, чтобы твоя душа была свободна, будь или беден, или подобен бедному. Самые усердные занятия не принесут исцеленья, если ты не будешь воздержан, а воздержность - это добровольная бедность. - Оставь же эти отговорки: "Того, что есть, мне не хватит, вот когда накоплю столько-то, тогда и предамся целиком философии". - А ведь то, что ты откладываешь и собираешься приобрести напоследок, нужно приобретать раньше всего, с него и начавши. - Ты говоришь: "Я хочу приобрести средства к жизни". - Так учись же, что приобретать! Если что мешает тебе жить хорошо, то хорошо умереть не мешает ничто.
[6] Non est quod nos paupertas a philosophia revocet, ne egestas quidem. Toleranda est enim ad hoc properantibus vel fames; quam toleravere quidam in obsidionibus, et	(6) Нет причин, почему бедность или даже нищета могли бы отвлечь тебя от философии. Тому, кто к ней стремится, нужно терпеть даже голод. Терпели же его осажденные, видя

quod aliud erat illius patientiae praemium quam in arbitrium non cadere victoris? Quanto hoc maius est quod promittitur: perpetua libertas, nullius nec hominis nec dei timor. Ecquid vel esurienti ad ista veniendum est?	лишь одну награду за выносливость: не попасть под власть врага. А тут нам обещано много больше: быть навеки свободными, не бояться ни людей, ни богов. Право, этого стоит добиться даже ценою истощения!
[7] Perpessi sunt exercitus inopiam omnium rerum, vixerunt herbarum radicibus et dictu foedis tulerunt famem; haec omnia passi sunt pro regno, quo magis mireris, alieno: dubitabit aliquis ferre paupertatem ut animum furoribus liberet? Non est ergo prius acquirendum: licet ad philosophiam etiam sine viatico pervenire.	(7) Войска терпели нужду во всем, питались кореньями трав и такою пищей, которую и назвать противно, страдали от голода. И все это - ради царства, и даже - самое удивительное - ради чужого царства. Так не каждый ли согласится вынести бедность, лишь бы освободить душу от безумия? Значит, незачем приобретать что-нибудь заранее - ведь к философии можно прийти, и не имея денег на дорогу.
[8] Ita est? cum omnia habueris, tunc habere et sapientiam voles? haec erit ultimum vitae instrumentum et, ut ita dicam, additamentum? Tu vero, sive aliquid habes, iam philosophare - unde enim scis an iam nimis habeas? -, sive nihil, hoc prius quaere quam quicquam.	(8) Да, это так. А ты, когда все у тебя будет, тогда хочешь получить, и мудрость как последнее средство к жизни в придачу, так сказать, ко всем прочим? Так вот, если у тебя есть что-нибудь, займись философией немедля (откуда ты знаешь, нет ли у тебя даже избытка?), если же ничего нет, ищи мудрость прежде всего остального.
[9] 'At necessaria deerunt.' Primum deesse non poterunt, quia natura minimum petit, naturae autem se sapiens accommodat. Sed si necessitates ultimae inciderint, iamdudum exibit e vita et molestus sibi esse desinet. Si vero exiguum erit et angustum quo possit vita produci, id boni consulet nec ultra necessaria sollicitus aut anxius ventri et scapulis suum reddet et occupationes divitum concursationesque ad divitias euntium securus laetusque ridebit	(9) "Но у меня не будет самого необходимого". - Во-первых, этого не может быть, потому что природа требует немногого, а мудрец сообразуется с природой. Если же у него и необходимого не останется, он уйдет из жизни и не будет самому себе в тягость. А если у него будет чем поддержать жизнь, то самое ничтожное и скудное достояние он сочтет за благо и, не заботясь и не тревожась ни о чем, помимо необходимого, даст все, что нужно желудку и плечам, а сам будет весело смеяться над вечно занятыми богачами и бегущими наперегонки ловцами богатства, говоря:
[10] ac dicet, 'quid in longum ipse te differs? expectabisne fenoris quaestum aut ex merce compendium aut tabulas beati senis, cum fieri possis statim dives? Repraesentat opes sapientia,	(10) "Зачем откладывать на долгий срок самого себя? Уж не ждешь ли ты часа, когда сразу разбогатеешь, на процентах ли с долга, или на прибыли с товаров, или по завещанию

quas cuicumque fecit supervacuas dedit.' Haec ad alios pertinent: tu locupletibus propior es. Saeculum muta, nimis habes; idem est autem omni saeculo quod sat est.	усопшего старика? Мудрость - заместительница богатства: она дает тебе все, что делает ненужным для тебя". Но это относится к другим, ты же человек скорее состоятельный. Живи ты в другой век, ты был бы богат с избытком. А хватает нам во все века одного и того же.
[11] Poteram hoc loco epistulam claudere, nisi te male instituissem. Reges Parthos non potest quisquam salutare sine munere; tibi valedicere non licet gratis. Quid istic? ab Epicuro mutuum sumam: 'multis parasse divitias non finis miseriarum fuit sed mutatio'.	(11) Я мог бы на этом закончить письмо, если бы сам не внушил тебе дурной привычки. Царя парфянского нельзя приветствовать без подарка так и с тобою нельзя попрощаться без мзды. Что ж, возьму в долг у Эпикура. "Многие, накопив богатство, нашли не конец бедам, а другие беды".
[12] Nec hoc miror; non est enim in rebus vitium sed in ipso animo. Illud quod paupertatem nobis gravem fecerat et divitias graves fecit. Quemadmodum nihil refert utrum aegrum in ligneo lecto an in aureo colloces - quocumque illum transtuleris, morbum secum suum transferet -, sic nihil refert utrum aeger animus in divitiis an in paupertate ponatur: malum illum suum sequitur. Vale.	(12) Тут нечему удивляться: ведь порок - не в том, что вокруг нас, а в нашей душе. То, что делало обременительной бедность, делает обременительным и богатство. Нет разницы, положишь ты больного на деревянную кровать или же на золотую: куда его ни перенеси, он понесет с собою болезнь4. Так же не имеет значения, окажется больная душа в бедности или в богатстве: ее порок всегда при ней. Будь здоров.

XVIII

[1] December est mensis: cum maxime civitas sudat. Ius luxuriae publice datum est; ingenti apparatu sonant omnia, tamquam quicquam inter Saturnalia intersit et dies rerum agendarum; adeo nihil interest ut videatur mihi errasse qui dixit olim mensem Decembrem fuisse, nunc annum.	(1) Наступил декабрь; весь город в лихорадке; страсти к наслажденьям дана законная сила; везде шум невиданных приготовлений, словно есть разница между Сатурналиями1 и буднями. А разницы-то нет, и мне сдается, прав был тот, кто сказал, что - раньше декабрь длился месяц, а теперь весь год.
[2] Si te hic haberem, libenter tecum conferrem quid existimares esse faciendum, utrum nihil ex cotidiana consuetudine movendum an, ne dissidere videremur cum publicis moribus, et hilarius cenandum et exuendam togam. Nam quod fieri nisi in tumultu et tristi tempore civitatis non solebat, voluptatis causa ac festorum dierum vestem mutavimus.	(2) Будь ты здесь, я бы охотно побеседовал с тобою о том, что, по-твоему, следует нам делать: ничуть не менять повседневных привычек или, чтоб не выглядеть нарушителями общих обычаев, веселее обедать и сбросить тогу. Ведь то, что раньше принято было только во время неурядиц, в печальную для государства пору } теперь делают для

	удовольствия, меняя одежду ради праздничных дней.
[3] Si te bene novi, arbitri partibus functus nec per omnia nos similes esse pilleatae turbae voluisses nec per omnia dissimiles; nisi forte his maxime diebus animo imperandum est, ut tunc voluptatibus solus abstineat cum in illas omnis turba procubuit; certissimum enim argumentum firmitatis suae capit, si ad blanda et in luxuriam trahentia nec it nec abducitur.	(3) Если я хорошо тебя знаю, ты, оказавшись в роли судьи, счел бы, что мы не должны ни во всем уподобляться напялившей колпаки толпе, ни во всем от нее отличаться. Впрочем, как раз в эти дни и нужно особенно строго повелевать своей душой, чтобы она одна удержалась от удовольствий, когда им предается весь народ. И если она не поддастся заманчивому соблазну наслаждений, то получит вернейшее доказательство своей твердости.
[4] Hoc multo fortius est, ebrio ac vomitante populo siccum ac sobrium esse, illud temperantius, non excerpere se nec insignire nec misceri omnibus et eadem sed non eodem modo facere; licet enim sine luxuria agere festum diem.	(4) Больше стойкости в том, чтобы оставаться трезвым, когда весь народ перепился до рвоты, больше умеренности в том, чтобы, не смешиваясь со всеми, не выделяться и не составлять исключения и делать то же самое, что все, но иначе. Ведь праздничный день можно провести, и не предаваясь роскоши.
[5] Ceterum adeo mihi placet temptare animi tui firmitatem ut e praecepto magnorum virorum tibi quoque praecipiam: interponas aliquot dies quibus contentus minimo ac vilissimo cibo, dura atque horrida veste, dicas tibi 'hoc est quod timebatur?'	(5) Однако мне до того нравится испытывать твердость твоей души, что я, по совету великих людей 3, и тебе советую несколько дней подряд довольствоваться скудной и дешевой пищей, грубым и суровым платьем. И тогда ты скажешь сам: "Так вот чего я боялся?"
[6] In ipsa securitate animus ad difficilia se praeparet et contra iniurias fortunae inter beneficia firmetur. Miles in media pace decurrit, sine ullo hoste vallum iacit, et supervacuo labore lassatur ut sufficere necessario possit; quem in ipsa re trepidare nolueris, ante rem exerceas. Hoc secuti sunt qui omnibus mensibus paupertatem imitati prope ad inopiam accesserunt, ne umquam expavescerent quod saepe didicissent.	(6) Пусть среди полной безмятежности душа готовится к трудностям, среди благодеяний фортуны копит силы против ее обид. Солдаты и в мирное время идут в поход, хоть и не на врага, насыпают валы, изнуряют себя ненужной работой, чтобы хватало сил на необходимую. Если не хочешь, чтобы воин дрогнул в бою, закаляй его перед боем. Этому правилу и следовали те, кто каждый месяц подражал беднякам, доходя чуть ли не до нужды, но зато потом не боялся зла, к которому приучил себя.
[7] Non est nunc quod existimes me dicere Timoneas cenas et pauperum cellas et quidquid aliud est per quod luxuria divitiarum taedio ludit:	(7) Только не думай, что я говорю о Тимоновых трапезах, о бедных каморках4 и прочих причудах пресытившейся богатствами страсти к

grabattus ille verus sit et sagum et panis durus ac sordidus. Hoc triduo et quatriduo fer, interdum pluribus diebus, ut non lusus sit sed experimentum: tunc, mihi crede, Lucili, exultabis dipondio satur et intelleges ad securitatem non opus esse fortuna; hoc enim quod necessitati sat est dabit et irata.	роскоши. Пусть у тебя на самом деле будут и жесткая кровать, и войлочный плащ, и твердый грубый хлеб. Терпи все это по два-три дня, иногда и дольше, но не для забавы, а чтобы набраться опыта. И тогда, поверь мне, Луцилий, ты сам порадуешься, насытившись за два асса 5, и поймешь, что для спокойной уверенности не нужна фортуна: что не сверх необходимого, то она даст и гневаясь.
[8] Non est tamen quare tu multum tibi facere videaris - facies enim quod multa milia servorum, multa milia pauperum faciunt -: illo nomine te Cuspice, quod facies non coactus, quod tam facile erit tibi illud pati semper quam aliquando experiri. Exerceamur ad palum, et ne imparatos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris; securius divites erimus si scierimus quam non sit grave pauperes esse.	(8) И нечего тебе думать, будто ты делаешь что-нибудь особенное: ведь то же самое делают много тысяч рабов, много тысяч бедняков. Твоя заслуга только в том, что ты делаешь это добровольно, и тебе будет легко всегда терпеть то зло, с которым подчас знакомился на опыте. Будем же упражняться на чучеле! И, чтобы фортуна не застала нас врасплох, поближе сойдемся с бедностью!
[9] Certos habebat dies ille magister voluptatis Epicurus quibus maligne famem exstingueret, visurus an aliquid deesset ex plena et consummata voluptate, vel quantum deesset, et an dignum quod quis magno labore pensaret. Hoc certe in iis epistulis ait quas scripsit Charino magistratu ad Polyaenum; et quidem gloriatur non toto asse pasci, Metrodorum, qui nondum tantum profecerit, toto.	(9) Сам наставник наслаждений Эпикур установил дни, когда едва утолял -голод, желая посмотреть, будет ли от этого изъян в великом и полном блаженстве, велик ли он будет и стоит ли возмещать его ценой больших трудов. Как раз об этом он говорит в письмах к Полиену, написанных в год архонтства Харина6. В них он хвалится, что истратил на еду меньше асса, а Метродор, чьи успехи меньше, - целый асс. -
[10] In hoc tu victu saturitatem putas esse? Et voluptas est; voluptas autem non illa levis et fugax et subinde reficienda, sed stabilis et certa. Non enim iucunda res est aqua et polenta aut frustum hordeacii panis, sed summa voluptas est posse capere etiam ex his voluptatem et ad id se deduxisse quod eripere nulla fortunae iniquitas possit.	(10) "И ты думаешь, что такой пищей можно насытиться?" - Да, и еще получать наслаждение. Не то легкое, мимолетное, которое нужно каждый раз испытывать заново, а неизменное и постоянное. Пусть не так уж вкусны вода и мучная похлебка и ломоть ячменного хлеба, - но великое наслаждение в том, что ты способен даже ими наслаждаться и ограничить себя пищей, которой не отнимет враждебность фортуны.
[11] Liberaliora alimenta sunt carceris, sepositos ad capitale supplicium non tam anguste qui occisurus est pascit:	(11) В тюрьме еда обильнее, осужденных на смертную казнь их будущий убийца кормит менее скудно.

quanta est animi magnitudo ad id sua sponte descendere quod ne ad extrema quidem decretis timendum sit! hoc est praeoccupare tela fortunae.	Каким же величием души наделен добровольно нисходящий до того, чего не приходится бояться даже приговоренным к смерти! Это и значит заранее отвращать удары судьбы.
[12] Incipe ergo, mi Lucili, sequi horum consuetudinem et aliquos dies destina quibus secedas a tuis rebus minimoque te facias familiarem; incipe cum paupertate habere commercium;	(12) Начни же, мой Луцилий, следовать их обычаю и определи несколько дней на то, чтобы отойти от своих дел и приучить себя довольствоваться самым малым. Пора завязать знакомство с бедностью.
aude, hospes, contemnere opes et te quoque dignum finge deo.	*Гость мои, решись, и презреть не страшись богатства, и дух свои Бога достойным яви!*
[13] Nemo alius est deo dignus quam qui opes contempsit; quarum possessionem tibi non interdico, sed efficere volo ut illas intrepide possideas; quod uno consequeris modo, si te etiam sine illis beate victurum persuaseris tibi, si illas tamquam exituras semper aspexeris.	(13) Только тот достоин бога, кто презрел богатства. Я не запрещаю тебе владеть ими, но хочу сделать так, чтобы ты владел ими без страха, а этого ты не достигнешь иначе, как убедившись, что можно счастливо жить и без них, и привыкнув смотреть на них как на нечто преходящее.
[14] Sed iam incipiamus epistulam complicare. 'Prius' inquis 'redde quod debes.' Delegabo te ad Epicurum, ab illo fiet numeratio: 'immodica ira gignit insaniam'. Hoc quam verum sit necesse est scias, cum habueris et servum et inimicum.	(14) Я уже начал было складывать это письмо, но ты сказал мне: "Раньше отдай, что должен!" Отправлю тебя к Эпикуру: он заплатит за меня. "Неумеренный гнев порождает безумие". Ты не можешь не знать, насколько это правильно: ведь у тебя был и раб, и враг.
[15] In omnes personas hic exardescit affectus; tam ex amore nascitur quam ex odio, non minus inter seria quam inter lusus et iocos; nec interest ex quam magna causa nascatur sed in qualem perveniat animum. Sic ignis non refert quam magnus sed quo incidat; nam etiam maximum solida non receperunt, rursus arida et corripi facilia scintillam quoque fovent usque in incendium. Ita est, mi Lucili: ingentis irae exitus furor est, et ideo ira vitanda est non moderationis causa sed sanitatis. Vale.	(15) Эта страсть может загореться против кого угодно, она рождается и из любви, и из ненависти, и среди важных дел, и среди игр и забав. Не то имеет значенье, велика ли причина, вызвавшая ее, а то, какой душой она овладеет. Так же точно не то имеет значенье, велик ли огонь, а то, куда он попадет: твердое не загорится и от самого сильного пламени, а сухое и легко воспламеняемое даже искру вырастит до пожара. Да, Луцилий, слишком сильный гнев кончается безумием, поэтому следует избегать его не только во имя сдержанности, но и ради здоровья. Будь здоров.

XIX

[1] Exulto quotiens epistulas tuas	(1) Я радуюсь каждому твоему

accipio; implent enim me bona spe, et iam non promittunt de te sed spondent. Ita fac, oro atque obsecro - quid enim habeo melius quod amicum rogem quam quod pro ipso rogaturus sum? si potes, subducte istis occupationibus; si minus, eripe. Satis multum temporis sparsimus: incipiamus vasa in senectute colligere.	письму. Они уже не обещают, а ручаются за тебя, и от них надежда моя растет. Сделай вот что, прошу тебя и заклинаю. Есть ли просьба к другу прекраснее той, когда просишь его ради него самого? Если можешь, освободись от своих дел, если не можешь - вырвись силой. Мы растратили немало времени, так начнем же хоть в старости собираться в путь.
[2] Numquid invidiosum est? in freto viximus, moriamur in portu. Neque ego suaserim tibi nomen ex otio petere, quod nec iactare debes nec abscondere; numquam enim usque eo te abigam generis humani furore damnato ut latebram tibi aliquam parari et oblivionem velim: id age ut otium tuum non emineat sed appareat.	(2) Чему тут завидовать? Мы прожили жизнь в открытом море, надо хоть умереть в гавани. Я не уговариваю тебя искать себе славы праздностью: досугом незачем похваляться, как незачем и скрывать его. Нет, хоть я и осуждаю безумье рода человеческого, но никогда не дойду до того, чтобы желать тебе спрятаться во тьме и забвении; поступай так, чтобы досуг твой был виден, но в глаза не бросался.
[3] Deinde videbunt de isto quibus integra sunt et prima consilia an velint vitam per obscurum transmittere: tibi liberum non est. In medium te protulit ingenii vigor, scriptorum elegantia, clarae et nobiles amicitiae; iam notitia te invasit; ut in extrema mergaris ac penitus recondaris, tamen priora monstrabunt.	(3) И еще: в пору первых, ничем не предрешенных замыслов люди могут обдумать, жить ли им в безвестности. Ты же не волен выбирать: тебя уже вывели на средину сила дарования, изящество сочинений, прославленные и благородные друзья. Тебя уже настигла известность. Как бы глубоко ты ни погрузился, как бы далеко ни спрятался, тебя обнаружит сделанное тобою ранее.
[4] Tenebras habere non potes; sequetur quocumque fugeris multum pristinae lucis: quietem potes vindicare sine ullius odio, sine desiderio aut morsu animi tui. Quid enim relinques quod invitus relictum a te possis cogitare? Clientes? quorum nemo te ipsum sequitur, sed aliquid ex te; amicitia olim petebatur, nunc praeda; mutabunt testamenta destituti senes, migrabit ad aliud limen salutator. Non potest parvo res magna constare: aestima utrum te relinquere an aliquid ex tuis malis.	(4) В потемках тебе не быть: куда ни убегай, всюду будет падать на тебя отблеск прежнего света. Однако покой ты можешь добыть, ни у кого не вызвав ненависти, ни о ком не тоскуя и не чувствуя в душе угрызений. Разве среди покидаемых тобою есть такие, что о разлуке с ними ты и подумать не в силах? Твои клиенты? Но любому из них не нужен ты сам, а нужно что-нибудь от тебя. Твои друзья? Это когда-то искали дружбы, теперь ищут добычи, изменят завещание одинокие старики, - и все приходившие к ним на поклон перекочуют к другому

	порогу. Не может большое дело стоить дешево: взвесь, кого ты предпочтешь потерять - себя самого или кого-нибудь из близких.
[5] Utinam quidem tibi senescere contigisset intra natalium tuorum modum, nec te in altum fortuna misisset! Tulit te longe a conspectu vitae salubris rapida felicitas, provincia et procuratio et quidquid ab istis promittitur; maiora deinde officia te excipient et ex aliis alia: quis exitus erit?	(5) О, если бы тебе до старости был отпущен тот же скромный удел, что твоим родителям, если бы судьба не вознесла тебя высоко! Но быстрое счастье унесло тебя далеко, здоровую жизнь скрыли от твоих глаз провинция, прокураторская должность и все, что они сулят. Одна за другою ждут тебя новые обязанности.
[6] quid exspectas donec desinas habere quod cupias? numquam erit tempus. Qualem dicimus seriem esse causarum ex quibus nectitur fatum, talem esse *** cupiditatum: altera ex fine alterius nascitur. In eam demissus es vitam quae numquam tibi terminum miseriarum ac servitutis ipsa factura sit: subduc cervicem iugo tritam; semel illam incidi quam semper premi satius est.	(6) А где конец? Чего ты дожидаешься, чтобы прекратить это? Исполнения всех желаний? Такое время не наступит! Какова цепь причин, из которых, как мы говорим, сплетается судьба, такова и цепь желаний: одно родит другое. Ты дошел до такой жизни, которая сама по себе никогда не положит предела твоим несчастьям и рабству. Вынь натертую шею из ярма: пусть ее лучше однажды перережут, чем все время давят.
[7] Si te ad privata rettuleris, minora erunt omnia, sed affatim implebunt: at nunc plurima et undique ingesta non satiant. Utrum autem mavis ex inopia saturitatem an in copia famem? Et avida felicitas est et alienae aviditati exposita; quamdiu tibi satis nihil fuerit, ipse aliis non eris.	(7) Если ты уйдешь в частную жизнь, всего станет меньше, но тебе хватит вдоволь, а теперь тебе мало и того многого, что стекается отовсюду. Что же ты выберешь: сытость среди нужды или голод среди изобилия? Счастье алчно и не защищено от чужой алчности. Покуда ты будешь на все зариться, все будут зариться на тебя.
[8] 'Quomodo' inquis 'exibo?' Utcumque. Cogita quam multa temere pro pecunia, quam multa laboriose pro honore temptaveris: aliquid et pro otio audendum est, aut in ista sollicitudine procurationum et deinde urbanorum officiorum senescendum, in tumultu ac semper novis fluctibus quos effugere nulla modestia, nulla vitae quiete contingit. Quid enim ad rem pertinet an tu quiescere velis? fortuna tua non vult. Quid si illi etiam nunc permiseris crescere? quantum ad successus	(8) "Какой же у меня есть выход?" - Любой! Подумай, как много стараний ты наудачу тратил ради денег, как много трудов - ради почестей; надо решиться на что-нибудь и ради досуга, или же тебе придется состариться среди тревог прокураторской, а потом и городских должностей, среди суеты и все новых волн, от которых не спасут тебя ни скромность, ни спокойная жизнь. Какая важность, хочешь ли ты покоя? Твоя фортуна не хочет! Как же иначе,

accesserit accedet ad metus.	если ты и сейчас позволяешь ей расти? Чем больше успехи, тем больше и страх.
[9] Volo tibi hoc loco referre dictum Maecenatis vera in ipso eculeo elocuti: 'ipsa enim altitudo attonat summa'. Si quaeris in quo libro dixerit, in eo qui Prometheus inscribitur. Hoc voluit dicere, attonita habet summa. Est ergo tanti ulla potentia ut sit tibi tam ebrius sermo? Ingeniosus ille vir fuit, magnum exemplum Romanae eloquentiae daturus nisi illum enervasset felicitas, immo castrasset. Hic te exitus manet nisi iam contrahes vela, nisi, quod ille sero voluit, terram leges.	(9) Здесь я хочу привести тебе слова Мецената1 - истину, вырванную у него тою же пыткой: "Вершины сама их высота поражает громом". В какой книге это сказано? - В той, что называется "Прометей". Этим он хотел сказать, что удары грома поражают вершины. Любое могущество стоит ли того, чтобы речь твоя стала, как у пьяного? Он был человек одаренный и дал бы превосходные образцы римского красноречия, если бы счастье не изнежило, не выхолостило его. И тебя ждет то же, если ты не подберешь паруса и не повернешь к земле (а он решился на это слишком поздно).
[10] Poteram tecum hac Maecenatis sententia parem facere rationem, sed movebis mihi controversiam, si novi te, nec voles quod debeo in aspero et probo accipere. Ut se res habet, ab Epicuro versura facienda est. 'Ante' inquit 'circumspiciendum est cum quibus edas et bibas quam quid edas et bibas; nam sine amico visceratio leonis ac lupi vita est.'	(10) Я мог бы рассчитаться с тобою этим изречением Мецената, но ты, сколько я тебя знаю, затеешь со мной спор и не захочешь принять долг иначе как чистой и новой монетой. А раз так, придется мне брать взаймы у Эпикура. "Прежде смотри, с кем ты ешь и пьешь, а потом уже, что ешь и пьешь. Ведь нажираться без друзей - дело льва или волка".
[11] Hoc non continget tibi nisi secesseris: alioquin habebis convivas quos ex turba salutantium nomenclator digesserit; errat autem qui amicum in atrio quaerit, in convivio probat. Nullum habet maius malum occupatus homo et bonis suis obsessus quam quod amicos sibi putat quibus ipse non est, quod beneficia sua efficacia iudicat ad conciliandos animos, cum quidam quo plus debent magis oderint: leve aes alienum debitorem facit, grave inimicum.	(11) Это, пока ты не скроешься в уединенье, будет тебе недоступно; а до тех пор у тебя будет столько сотрапезников, сколько выберет из толпы пришедших на поклон твой номенклатор2. Заблуждается тот, кто ищет друзей в сенях, а испытывает их за столом. Величайшая беда человека, занятого и поглощенного своим имуществом, - в том, что он многих мнит друзьями, не будучи им другом, и думает, будто приобретает друзей благодеяниями, тогда как люди больше всего ненавидят тех, кому больше обязаны. Малая ссуда делает человека твоим должником, большая - врагом. -
[12] 'Quid ergo? beneficia non parant amicitias?' Parant, si accepturos licuit eligere, si collocata, non sparsa sunt.	(12) "Так что же, благодеяньями мы не приобретем друзей?" - Приобретем, если можно выбрать,

Itaque dum incipis esse mentis tuae, interim hoc consilio sapientium utere, ut magis ad rem existimes pertinere quis quam quid acceperit. Vale.	кому их оказывать, и не раз брасывать их, а распределять. Поэтому, пока не наберешься своего ума, слушайся совета мудрых: дело не в том, что ты дал, а в том, кому дал. Будь здоров.

XX

[1] Si vales et te dignum putas qui aliquando fias tuus, gaudeo; mea enim gloria erit, si te istinc ubi sine spe exeundi fluctuaris extraxero. Illud autem te, mi Lucili, rogo atque hortor, ut philosophiam in praecordia ima demittas et experimentum profectus tui capias non oratione nec scripto, sed animi firmitate, cupiditatum deminutione: verba rebus proba.	(1) Я рад, если ты здоров и считаешь себя достойным когда-нибудь стать хозяином самому себе. Ведь если я вытащу тебя из волн, по которым ты носился без надежды на избавление, слава достанется мне. Моими просьбами я побуждаю тебя, Луцилий, проникнуться философией до глубины души, видеть доказательство своих успехов не в речах и писаниях, а в стойкости духа и в убыли желаний. Слова подтверждай делами!
[2] Aliud propositum est declamantibus et assensionem coronae captantibus, aliud his qui iuvenum et otiosorum aures disputatione varia aut volubili detinent: facere docet philosophia, non dicere, et hoc exigit, ut ad legem suam quisque vivat, ne orationi vita dissentiat vel ipsa inter se vita; [ut] unus sit omnium actio[dissentio]num color [sit]. Maximum hoc est et officium sapientiae et indicium, ut verbis opera concordent, ut ipse ubique par sibi idemque sit. 'Quis hoc praestabit?' Pauci, aliqui tamen. Est enim difficile [hoc]; nec hoc dico, sapientem uno semper iturum gradu, sed una via.	(2) У выступающих с речами перед публикой и желающих добиться от нее похвал одно намеренье, у старающихся пленить слух молодежи и бездельников - другое. Философия же учит делать, а не говорить. Она требует от каждого жить по ее законам, чтобы жизнь не расходилась со словами и сама из-за противоречивых поступков не казалась пестрой. Первая обязанность мудрого и первый признак мудрости - не допускать расхождения между словом и делом и быть всегда самим собою. - "Но есть ли такие?" - Есть, хоть их и немного. Это нелегко. Но я и не говорю, что мудрый должен все время идти одинаковым шагом, - лишь бы он шел по одной дороге.
[3] Observa te itaque, numquid vestis tua domusque dissentiant, numquid in te liberalis sis, in tuos sordidus, numquid cenes frugaliter, aedifices luxuriose; unam semel ad quam vivas regulam prende et ad hanc omnem vitam tuam exaequa. Quidam se domi contrahunt, dilatant foris et extendunt: vitium est haec diversitas et signum vacillantis animi ac nondum habentis	(3) Так следи, нет ли противоречия между твоим домом и одеждой, не слишком ли ты щедр в тратах на себя и скуп в тратах на других, не слишком ли скромен твой стол, между тем как постройки слишком роскошны. Выбери раз навсегда мерило жизни и по нему выпрямляй ее. Некоторые дома жмутся, а на людях разворачиваются во всю ширь. Такое

tenorem suum.	несоответствие - тоже порок и признак души нестойкой, не обретшей равновесия.
[4] Etiam nunc dicam unde sit ista inconstantia et dissimilitudo rerum consiliorumque: nemo proponit sibi quid velit, nec si proposuit perseverat in eo, sed transilit; nec tantum mutat sed redit et in ea quae deseruit ac damnavit revolvitur.	(4) Я и сейчас могу сказать, откуда это непостоянство и разнобой в поступках и в замыслах. Никто не знает твердо, чего хочет, а если и знает, то не добивается своего с упорством, а перескакивает на другое и не только меняет намерения, но и возвращается вспять, к тому, от чего ушел и что сам осудил.
[5] Itaque ut relinquam definitiones sapientiae veteres et totum complectar humanae vitae modum, hoc possum contentus esse: quid est sapientia? semper idem velle atque idem nolle. Licet illam exceptiunculam non adicias, ut rectum sit quod velis; non potest enim cuiquam idem semper placere nisi rectum.	(5) Так вот, если я захочу отказаться от старых определений мудрости и обнять всю человеческую жизнь, то смогу довольствоваться таким правилом: что есть мудрость? всегда и хотеть и отвергать одно и то же. И незачем тебе даже вводить ограничение, говоря, что желать надо честного и правильного: ведь ничто другое не может привлекать всегда.
[6] Nesciunt ergo homines quid velint nisi illo momento quo volunt; in totum nulli velle aut nolle decretum est; variatur cotidie iudicium et in contrarium vertitur ac plerisque agitur vita per lusum. Preme ergo quod coepisti, et fortasse perduceris aut ad summum aut eo quod summum nondum esse solus intellegas.	(6) Люди не знают, чего хотят, до того мига, пока не захотят чего-нибудь. Захотеть или не захотеть раз навсегда не дано никому. Суждения непостоянны, каждое что ни день сменяется противоположным, и большинство людей живет как будто шутя. А ты будь упорен в том, что начал, и тогда, быть может, достигнешь вершин или тех мест, про которые ты один будешь знать, что это еще не вершины.
[7] 'Quid fiet' inquis 'huic turbae familiarium sine re familiari?' Turba ista cum a te pasci desierit, ipsa se pascet, aut quod tu beneficio tuo non potes scire, paupertatis scies: illa veros certosque amicos retinebit, discedet quisquis non te se aliud sequebatur. Non est autem vel ob hoc unum amanda paupertas, quod a quibus ameris ostendet? O quando ille veniet dies quo nemo in honorem tuum mentiatur!	(7) "А что будет, - спросишь ты, - со всей толпой моих присных?" - Толпа эта, когда перестанет кормиться за твой счет, сама тебя прокормит - или же благодаря бедности ты узнаешь то, чего не мог узнать благодаря себе. Она удержит при тебе лишь истинных, надежных друзей, любой, кто тянулся не к тебе, а к чему-то еще, уйдет. Так не должно ли любить бедность за то одно, что она ясно показывает, кто нас любит? Наступит ли, наконец, день, когда никто не будет лгать в твою честь?
[8] Huc ergo cogitationes tuae tendant, hoc cura, hoc opta, omnia alia vota deo	(8) К одному пусть будут устремлены твои мысли, об одном заботься, одного

remissurus, ut contentus sis temet ipso et ex te nascentibus bonis. Quae potest esse felicitas propior? Redige te ad parva ex quibus cadere non possis, idque ut libentius facias, ad hoc pertinebit tributum huius epistulae, quod statim conferam.	желай, предоставив все прочие мольбы на усмотренье богу: чтобы ты мог довольствоваться самим собой и порожденными тобою благами. Какое еще счастье можем мы найти так близко? Ограничься немногим, чего нельзя отнять! А чтобы ты сделал это охотнее, я немедля выплачу причитающуюся тебе в этом письме дань, ибо она будет относиться сюда же.
[9] Invideas licet, etiam nunc libenter pro me dependet Epicurus. 'Magnificentior, mihi crede, sermo tuus in grabatto videbitur et in panno; non enim dicentur tantum illa sed probabuntur.' Ego certe aliter audio quae dicit Demetrius noster, cum illum vidi nudum, quanto minus quam [in] stramentis incubantem: non praeceptor veri sed testis est.	(9) Ты можешь сердиться, но за меня и сегодня охотно рассчитается Эпикур. "Поверь мне, твои слова, сказанные в рубище, с убогого ложа, покажутся величавее, ибо тогда они будут не только произнесены, но и доказаны". Я, например, совсем по-иному слушаю нашего Деметрия1 с тех пор, как увидел его ничем не покрытого и лежащего даже не на подстилке. Вот он - не проповедник истины, а ее свидетель.
[10] 'Quid ergo? non licet divitias in sinu positas contemnere?' Quidni liceat? Et ille ingentis animi est qui illas circumfusas sibi, multum diuque miratus quod ad se venerint, ridet suasque audit magis esse quam sentit. Multum est non corrumpi divitiarum contubernio; magnus ille qui in divit"s pauper est.	(10) "Что же выходит? Разве нельзя презирать богатство и тогда, когда оно у тебя в руках?" - Почему же нельзя? Велик духом и тот, кто, видя вокруг богатства, немало удивлен тем, как они к нему попали, смеется и не столько чувствует себя их владельцем, сколько знает об этом понаслышке. Это очень много - не развратиться, живя под одной кровлей с богатством. Велик тот, кто и в богатстве беден2. -
[11] 'Nescio' inquis 'quomodo paupertatem iste laturus sit, si in illam inciderit.' Nec ego, Epicure, an gulus [si] iste pauper contempturus sit divitias, si in illas inciderit; itaque in utroque mens aestimanda est inspiciendumque an ille paupertati indulgeat, an hic divitiis non indulgeat. Alioquin leve argumentum est bonae voluntatis grabattus aut pannus, nisi apparuit aliquem illa non necessitate pati sed malle.	(11) "Но я не знаю, - скажешь ты, - как он будет, обеднев, выносить бедность". - И я не знаю, сумеет ли этот Эпикуров бедняк, разбогатев, презирать богатство. Значит, о них обоих нужно судить по тому, каков их дух, и смотреть, будет ли первый предан бедности, а второй не будет ли предан богатству. И убогое ложе, и рубище - слабые свидетельства доброй воли, если не будет ясно, что человек терпит их не из нужды, но по своему выбору.
[12] Ceterum magnae indolis est ad ista non properare tamquam meliora, sed praeparari tamquam ad facilia. Et sunt,	(12) Даже тот, кто не спешит к нищете как к лучшему уделу, а лишь решит готовиться к ней как к уделу легкому,

Lucili, facilia; cum vero multum ante meditatus accesseris, iucunda quoque; inest enim illis, sine qua nihil est iucundum, securitas.	наделен от природы великой душой. А бедность, Луцилий, не только легка, но и приятна, если прийти к ней после долгих раздумий. Ведь она несет с собою то, без чего нет никакой приятности: чувство безопасности.
[13] Necessarium ergo iudico id quod tibi scripsi magnos viros saepe fecisse, aliquos dies interponere quibus nos imaginaria paupertate exerceamus ad veram; quod eo magis faciendum est quod deliciis permaduimus et omnia dura ac difficilia iudicamus. Potius excitandus e somno et vellicandus est animus admonendusque naturam nobis minimum constituisse. Nemo nascitur dives; quisquis exit in lucem iussus est lacte et panno esse contentus: ab his initiis nos regna non capiunt. Vale.	(13) Вот почему и считаю я необходимым делать то же, что нередко делали, как я тебе писал, великие люди: выбрать несколько дней и упражняться в воображаемой бедности, готовясь к настоящей. Это следует делать тем более, что мы изнежились в удовольствиях и все нам кажется тяжелым и трудным. Душу нужно пробудить от сна, встряхнуть ее и напомнить ей, что природа отпустила нам очень мало. Никто не рождается богатым. Кто бы ни появился на свет, любой по ее велению довольствуется молоком и лоскутом. Так мы начинаем - а потом нам и царства тесны. Будь здоров.

XXI

[1] Cum istis tibi esse negotium iudicas de quibus scripseras? Maximum negotium tecum habes, tu tibi molestus es. Quid velis nescis, melius probas honesta quam sequeris, vides ubi sit posita felicitas sed ad illam pervenire non audes. Quid sit autem quod te impediat, quia parum ipse dispicis, dicam: magna esse haec existimas quae relicturus es, et cum proposuisti tibi illam securitatem ad quam transiturus es, retinet te huius vitae a qua recessurus es fulgor tamquam in sordida et obscura casurum.	(1) Ты полагаешь, что у тебя так много хлопот из-за тех людей, о которых ты пишешь? Больше всего хлопот ты доставляешь себе сам, ты сам себе в тягость: чего хочешь - не ведаешь, все честное хвалишь, но к нему не стремишься, видишь, где счастье, но дойти до конца не решаешься. А так как ты сам не очень-то различаешь, что тебе мешает, я назову причину: ты думаешь, будто отказываешься от многого, и блеск той жизни, которую придется покинуть, удерживает тебя, словно тебе предстоит не давно задуманный переход к безмятежности, а падение в нищету и безвестность.
[2] Erras, Lucili: ex hac vita ad illam ascenditur. Quod interest inter splendorem et lucem, cum haec certam originem habeat ac suam, ille niteat alieno, hoc inter hanc vitam et illam: haec fulgore extrinsecus veniente percussa est, crassam illi statim umbram faciet quisquis obstiterit: illa	(2) Ты ошибаешься, Луцилий: путь от прежней жизни к новой ведет наверх. Между прежней и новой жизнью та же разница, что между блеском и светом: свет имеет определенный источник и ярок сам по себе, блеск сверкает заемными лучами. Прежняя жизнь отражает приходящее извне сверканье

suo lumine illustris est. Studia te tua clarum et nobilem efficient.	и, едва кто-нибудь его заслонит, погружается в плотную тень, а новая сияет собственным светом. Твои занятия сделают тебя именитым и славным. Приведу тебе пример из Эпикура.
[3] Exemplum Epicuri referam. Cum Idomeneo scriberet et illum a vita speciosa ad fidelem stabilemque gloriam revocaret, regiae tunc potentiae ministrum et magna tractantem, 'si gloria' inquit 'tangeris, notiorem te epistulae meae facient quam omnia ista quae colis et propter quae coleris'.	(3) Идоменею1, вершившему на службе у суровой власти важные дела, он писал, призывая его от жизни, блистательной на вид, к надежной и стойкой славе: "Если тебя волнует слава, то мои письма дадут тебе больше известности, чем все, чему ты служишь и что ставят тебе в заслугу".
[4] Numquid ergo mentitus est? quis Idomenea nosset nisi Epicurus illum litteris suis incidisset? Omnes illos megistanas et satrapas et regem ipsum ex quo Idomenei titulus petebatur oblivio alta suppressit. Nomen Attici perire Ciceronis epistulae non sinunt. Nihil illi profuisset gener Agrippa et Tiberius progener et Drusus Caesar pronepos; inter tam magna nomina taceretur nisi Cicero illum applicuisset.	(4) Разве он солгал? Кто знал бы Идоменея, если бы Эпикур не начертал его имени своим резцом? Все вельможи и сатрапы и сам царь, от которого Идоменей получил свой титул, поглощены глубоким забвением. Имени Аттика2 не дают погибнуть письма Цицерона. Тут не помогло бы ни то, что зятем его был Агриппа, ни то, что внучка его была замужем за Тиберием и Цезарь Друз3 приходился ему правнуком: среди столь громких имен об Аттике и помину бы не было, если бы Цицерон не связал его имя со своим.
[5] Profunda super nos altitudo temporis veniet, pauca ingenia caput exserent et in idem quandoque silentium abitura oblivioni resistent ac se diu vindicabunt. Quod Epicurus amico suo potuit promittere, hoc tibi promitto, Lucili: habebo apud posteros gratiam, possum mecum duratura nomina educere. Vergilius noster duobus memoriam aeternam promisit et praestat: fortunati ambo! si quid mea carmina possunt, nulla dies umquam memori vos eximet aevo, dum domus Aeneae Capitoli immobile saxum accolet imperiumque pater Romanus habebit.	(5) Всех нас скроет глубокая пучина времени, лишь немногие самые одаренные вынырнут из нее и, хотя когда-нибудь их поглотит то же самое молчание, будут сопротивляться забвению и надолго себя отстоят. То же, что мог обещать другу Эпикур, обещаю и я тебе, Луцилий. Я буду дорог потомкам и могу увековечить имена тех, кого приведу с собою. Наш Вергилий и обещал двоим навсегда упрочить их память, и упрочил ее:
[6] Quoscumque in medium fortuna protulit, quicumque membra ac partes alienae potentiae fuerant, horum gratia viguit, domus frequentata est, dum ipsi	Счастье вам, други! Коль есть в этой песне некая сила, Слава о вас никогда не сотрется из памяти века, Капитолийским доколь нерушимым

steterunt: post ipsos cito memoria defecit. Ingeniorum crescit dignatio nec ipsis tantum honor habetur, sed quidquid illorum memoriae adhaesit excipitur.	утесом владеет Род Энея и власть вручена родителю римлян.
[7] Ne gratis Idomeneus in epistulam meam venerit, ipse eam de suo redimet. Ad hunc Epicurus illam nobilem sententiam scripsit qua hortatur ut Pythoclea locupletem non publica nec ancipiti via faciat. 'Si vis' inquit 'Pythoclea divitem facere, non pecuniae adiciendum sed cupiditati detrahendum est.'	(6) Кого фортуна выносит наверх, кто причастен чужой власти как ее орудие, тот дорог другим, покуда сам в силе; дом у таких полон людьми при их жизни, но память о них умирает скоро по их смерти. А великие дарования ценят чем дальше, тем выше, и чтят не только их, но и все, что причастно их памяти.
[8] Et apertior ista sententia est quam interpretanda sit, et disertior quam ut adiuvanda. Hoc unum te admoneo, ne istud tantum existimes de divit"s dictum: quocumque transtuleris, idem poterit. Si vis Pythoclea honestum facere, non honoribus adiciendum est sed cupiditatibus detrahendum; si vis Pythoclea esse in perpetua voluptate, non voluptatibus adiciendum est sed cupiditatibus detrahendum; si vis Pythoclea senem facere et implere vitam, non annis adiciendum est sed cupiditatibus detrahendum.	(7) А чтобы Идоменей проник в мое письмо не задаром, пусть заплатит тебе выкуп из своих средств. Это ему написал Эпикур превосходное изречение, убеждая его умножить богатство Пифокла5, но не обычным сомнительным путем: "Если ты хочешь сделать Пифокла богатым, нужно не прибавлять ему денег, а убавлять его желания".
[9] Has voces non est quod Epicuri esse iudices: publicae sunt. Quod fieri in senatu solet faciendum ego in philosophia quoque existimo: cum censuit aliquis quod ex parte mihi placeat, iubeo illum dividere sententiam et sequor quod probo.	(8) В этом изречении все сказано слишком ясно для того, чтобы его толковать, и слишком прекрасно для того, чтобы его подкреплять. Только об одном тебя предупреждаю: не думай, будто это говорится лишь о богатстве; к чему ты ни отнесешь эти слова, они не потеряют силы. Если ты хочешь сделать Пифокла честным, надо не прибавлять ему новых почестей, а убавить его желания; если ты хочешь, чтобы Пифокл жил, не переставая наслаждаться, надо не прибавлять ему наслаждений, а убавить его желания; если ты хочешь, чтобы Пифокл достиг старости, прожив весь срок, надо не прибавлять ему годов, а убавить его желания.
Eo libentius Epicuri egregia dicta commemoro, ut istis qui ad illum confugiunt spe mala inducti, qui velamentum ipsos vitiorum suorum	(9) Тебе нет причин полагать, будто слова эти принадлежат лишь Эпикуру: они - общее достоянье. Я считаю, что в философии надо делать то же, что в

habituros existimant, probent quocumque ierint honeste esse vivendum.	сенате; когда чье-нибудь предложение мне нравится только отчасти, я прошу разделить его и присоединяюсь лишь к тому, что одобряю. Я так охотно вспоминаю замечательные слова Эпикура, ибо всем, кто обращается к нему с дурным умыслом, в надежде найти завесу для собственных пороков, хочу доказать, что нужно жить честно, куда бы они ни шли.
[10] Cum adieris eius hortulos ?et inscriptum hortulis? 'HOSPES HIC BENE MANEBIS, HIC SVMMVM BONVM VOLVPTAS EST' paratus erit istius domicilii custos hospitalis, humanus, et te polenta excipiet et aquam quoque large ministrabit et dicet, 'ecquid bene acceptus es?' 'Non irritant' inquit 'hi hortuli famem sed exstinguunt, nec maiorem ipsis potionibus sitim faciunt, sed naturali et gratuito remedio sedant; in hac voluptate consenui.'	(10) Когда они подойдут к его садам и увидят над садами надпись: "Гость, здесь тебе будет хорошо, здесь наслаждение считается высшим благом", - их с готовностью примет радушный и человеколюбивый хранитель этого убежища, и угостит ячменной похлебкой, и щедро нальет воды, и скажет: "Плохо ли тебя приняли? Эти сады не разжигают голод, а утоляют, и напитки здесь не распаляют жажду - нет, ее утоляет лекарство естественное и даровое. Среди таких наслаждений я состарился".
[11] De his tecum desideriis loquor quae consolationem non recipiunt, quibus dandum est aliquid ut desinant. Nam de illis extraordinariis quae licet differre, licet castigare et opprimere, hoc unum commonefaciam: ista voluptas naturalis est, non necessaria. Huic nihil debes; si quid impendis, voluntarium est. Venter praecepta non audit: poscit, appellat. Non est tamen molestus creditor: parvo dimittitur, si modo das illi quod debes, non quod potes. Vale.	(11) Я говорю с тобою о тех желаниях, которые нельзя утишить, которым надобно что-нибудь поднести, чтобы они умолкли. А о чрезвычайных желаниях, с которыми можно повременить, которые можно подавить порицанием, я скажу только одно: такое наслаждение естественно, но не необходимо 6. Ему ты ничего не должен, а если что и уделишь ему, то лишь по доброй воле. Желудок не слушает наставлений: он просит и требует своего, - и все же не такой уж он докучливый заимодавец, ибо довольствуется малым, если ты дашь ему, сколько должен, а не сколько можешь. Будь здоров.

XXII

[1] Iam intellegis educendum esse te ex istis occupationibus speciosis et malis, sed quomodo id consequi possis quaeris. Quaedam non nisi a praesente monstrantur; non potest medicus per	(1) Ты понял уже, что пора освободиться от всех этих на вид почетных, на деле никчемных занятий, и спрашиваешь только, как этого достичь. Но иные советы нельзя давать

epistulas cibi aut balinei tempus eligere: vena tangenda est. Vetus proverbium est gladiatorem in harena capere consilium: aliquid adversarii vultus, aliquid manus mota, aliquid ipsa inclinatio corporis intuentem monet.	за глаза. Врач не может выбрать время для еды или купания по письмам, он должен пощупать, как бьется жила. Старая пословица гласит: "Гладиатор принимает решение на арене"; здесь внимательному взгляду что-то подскажет лицо противника, что-то - движение его руки или даже наклон тела.
[2] Quid fieri soleat, quid oporteat, in universum et mandari potest et scribi; tale consilium non tantum absentibus, etiam posteris datur: illud alterum, quando fieri debeat aut quemadmodum, ex longinquo nemo suadebit, cum rebus ipsis deliberandum est.	(2) Что делается обычно, что подобает делать - такие советы можно дать и через посредника, и в письме; общие наставления даются не только отсутствующим, но и потомкам. Другое дело - сказать, когда и как должно что-нибудь делать: тут нельзя убедить на расстоянии и нужно решать смотря по обстоятельствам.
[3] Non tantum praesentis sed vigilantis est occasionem observare properantem; itaque hanc circumspice, hanc si videris prende, et toto impetu, totis viribus id age ut te istis officiis exuas. Et quidem quam sententiam feram attende: censeo aut ex ista vita tibi aut e vita exeundum. Sed idem illud existimo, leni eundum via, ut quod male implicuisti solvas potius quam abrumpas, dummodo, si alia solvendi ratio non erit, vel abrumpas. Nemo tam timidus est ut malit semper pendere quam semel cadere.	(3) Только на месте, да и то при неусыпном внимании, можно не упустить мимолетный случай. Так высматривай его сам, а увидев, хватай и со всем пылом, изо всех сил старайся избавиться от своих обязанностей. Выслушай же мой тебе приговор: выбирай, уйти ли тебе от такой жизни или вообще из жизни. Но притом, я полагаю, идти надо не спеша и то, что ты на горе себе запутал, - распутать, а не разорвать, и только, если уж ничего нельзя будет распутать, тогда все оборвать. Даже самый робкий предпочел бы один раз упасть, нежели все время висеть.
[4] Interim, quod primum est, impedire te noli; contentus esto negotiis in quae descendisti, vel, quod videri mavis, incidisti. Non est quod ad ulteriora nitaris, aut perdes excusationem et apparebit te non incidisse. Ista enim quae dici solent falsa sunt: 'non potui aliter. Quid si nollem? necesse erat.' Nulli necesse est felicitatem cursu sequi: est aliquid, etiam si non repugnare, subsistere nec instare fortunae ferenti.	(4) А покуда - самое главное! - не бери на себя еще больше. Довольствуйся теми делами, до которых ты уже опустился, или, как ты сам хочешь думать, в плену которых очутился. Незачем поднимать все новые тяжести, не то ты лишишься этой отговорки и станет ясно, что вовсе ты не в плену. Ведь неправда все, что говорится обычно: "Иначе я не мог! Что с того, что я не хотел? Это было необходимо". Гнаться изо всех сил за счастьем нет никакой необходимости. Пусть ты не противишься фортуне, но даже остановиться и не мчаться с попутным ветром - уже немалое дело.

[5] Numquid offenderis si in consilium non venio tantum sed advoco, et quidem prudentiores quam ipse sum, ad quos soleo deferre si quid delibero? Epicuri epistulam ad hanc rem pertinentem lege, Idomeneo quae inscribitur, quem rogat ut quantum potest fugiat et properet, antequam aliqua vis maior interveniat et auferat libertatem recedendi.	(5) Ты не обидишься, если я не только сам приду к тебе с советом, но и приведу тех, кто мудрее меня и к кому я обращаюсь, принимая любое решение? Прочти относящееся к нашему делу письмо Эпикура, обращенное к Идоменею, которого он просит насколько возможно поспешить с бегством, пока не вмешалась высшая сила и не отняла возможности уйти.
[6] Idem tamen subicit nihil esse temptandum nisi cum apte poterit tempestiveque temptari; sed cum illud tempus captatum diu venerit, exsiliendum ait. Dormitare de fuga cogitantem vetat et sperat salutarem etiam ex difficillimis exitum, si nec properemus ante tempus nec cessemus in tempore.	(6) Впрочем, он же добавляет, что, не выбрав подходящего для попытки времени, нечего и пытаться, зато когда долгожданное время придет, нужно-сразу же вскакивать. Замыслившему побег он запрещает дремать и надеется, что из самого трудного положения есть спасительный выход, если не спешить прежде времени и не мешкать, когда время настанет.
[7] Puto, nunc et Stoicam sententiam quaeris. Non est quod quisquam illos apud te temeritatis infamet: cautiores quam fortiores sunt. Exspectas forsitan ut tibi haec dicant: 'turpe est cedere oneri; luctare cum officio quod semel recepisti. Non est vir fortis ac strenuus qui laborem fugit, nisi crescit illi animus ipsa rerum difficultate.'	(7) Наверно, ты спросишь, каково на этот счет мнение стоиков. Ни у кого нет повода хулить их перед тобою за безрассудство: они скорее осторожны, чем храбры. Ты, быть может, ожидаешь услышать: "Позорно отступать перед тяжелым грузом. Борись, чтобы выполнить долг, раз уж взял его на себя. Нельзя назвать отважным и решительным того, кто бежит от работы, чье мужество не возрастает от трудности дела".
[8] Dicentur tibi ista, si operae pretium habebit perseverantia, si nihil indignum bono viro faciendum patiendumve erit; alioqui sordido se et contumelioso labore non conteret nec in negotiis erit negotii causa. Ne illud quidem quod existimas facturum eum faciet, ut ambitiosis rebus implicitus semper aestus earum ferat; sed cum viderit gravia in quibus volutatur, incerta, ancipitia, referet pedem, non vertet terga, sed sensim recedet in tutum.	(8) Но так тебе скажут, если твой труд заслуживает упорства, если не придется ни делать, ни терпеть ничего такого, что недостойно человека добра. А иначе стоик не станет изнурять себя грязной и унизительной работой и заниматься делами ради самих дел. И не будет он поступать так, как ты предполагаешь: запутавшись в делах, навязанных честолюбием, терпеть до конца все их превратности. Едва увидев, как тяжко, сомнительно и ненадежно все то, в чем он погряз, он отступит и, не бросаясь в бегство, незаметно отойдет в безопасное место.

[9] Facile est autem, mi Lucili, occupationes evadere, si occupationum pretia contempseris; illa sunt quae nos morantur et detinent. 'Quid ergo? tam magnas spes relinquam? ab ipsa messe discedam? nudum erit latus, incomitata lectica, atrium vacuum?' Ab his ergo inviti homines recedunt et mercedem miseriarum amant, ipsas exsecrantur. Sic de ambitione quo modo de amica queruntur, id est, si verum affectum eorum inspicias, non oderunt sed litigant. Excute istos qui quae cupiere deplorant et de earum rerum loquuntur fuga quibus carere non possunt, videbis voluntariam esse illis in eo moram quod aegre ferre ipsos et misere loquuntur. Ita est, Lucili: paucos servitus, plures servitutem tenent. Sed si deponere illam in animo est et libertas bona fide placuit, in hoc autem unum advocationem petis, ut sine perpetua sollicitudine id tibi facere contingat, quidni tota te cohors Stoicorum probatura sit? omnes Zenones et Chrysippi moderata, honesta, tua suadebunt. Sed si propter hoc tergiversaris, ut circumaspicias quantum feras tecum et quam magna pecunia instruas otium, numquam exitum invenies: nemo cum sarcinis enatat. Emerge ad meliorem vitam propitiis diis, sed non sic quomodo istis propitii sunt quibus bono ac benigno vultu mala magnifica tribuerunt, ob hoc unum excusati, quod ista quae urunt, quae excruciant, optantibus data sunt.	(9) Отойти от дел, мой Луцилий, нетрудно, если пренебречь их плодами. Только они нас держат и не пускают. - "Как же так? Отказаться от больших надежд? Уйти прочь перед самой жатвой? Голо будет вокруг? Никого рядом с носилками? Пусто в прихожей?" - Со всем этим расстаются неохотно и, кляня невзгоды, любят приносимую ими выгоду. (10) На свое честолюбие люди жалуются, словно на любовницу, а если посмотреть их подлинные чувства, обнаружится не ненависть, а мимолетная обида. Испытай сетующих на то, чего сами желали, и твердящих о бегстве от всего, без чего им не обойтись, - и ты увидишь, что они по доброй воле медлят сбросить бремя, которое, по их словам, им так больно и горько нести. (11) Да, это так, Луцилий: немногих удерживает рабство, большинство за свое рабство держится. Но если ты намерен от него избавиться и без притворства любишь свободу, а советчиков созываешь лишь затем, чтобы, сделав дело, не испытывать вечной тревоги, то почему бы не ободрить тебя всей когорте стоиков? И Зеноны и Хрисиппы будут уговаривать тебя действовать неопрометчиво, честно и к твоей же пользе. (12) Но если ты изворачиваешься ради того, чтобы высмотреть, сколько надо взять с собою, большие ли деньги потребны, чтобы всем обставить свой досуг, ты никогда не найдешь выхода. Никто не выплывет с ношей. А ты вынырни для лучшей жизни, и пусть боги будут к тебе благосклонны, - только не как к тем, кому они с добрым и кротким видом посылают пышные невзгоды, имея одно оправдание: что все эти костры и пытки даются лишь по просьбе.
[13] Iam imprimebam epistulae signum: resolvenda est, ut cum sollemni ad te munusculo veniat et aliquam magnificam vocem ferat secum; et occurrit mihi ecce nescio utrum verior an eloquentior. 'Cuius?'	(13) Я уже запечатывал это письмо, однако приходится его вскрыть: пусть придет к тебе с обычным подарком и принесет с собою какое-нибудь замечательное изречение. Одно мне уже вспомнилось, не знаю, чего в нем

inquis. Epicuri; adhuc enim alienas ? sarcinas adoro?: 'nemo non ita exit e vita tamquam modo intraverit'. Quemcumque vis occupa, adulescentem, senem, medium: invenies aeque timidum mortis, aeque inscium vitae. Nemo quicquam habet facti; in futurum enim nostra distulimus. Nihil me magis in ista voce delectat quam quod exprobratur senibus infantia. 'Nemo' inquit 'aliter quam quomodo natus est exit e vita.' Falsum est: peiores morimur quam nascimur. Nostrum istud, non naturae vitium est. Illa nobiscum queri debet et dicere, 'quid hoc est? sine cupiditatibus vos genui, sine timoribus, sine superstitione, sine perfidia ceterisque pestibus: quales intrastis exite'. Percepit sapientiam, si quis tam securus moritur quam nascitur; nunc vero trepidamus cum periculum accessit, non animus nobis, non color constat, lacrimae nihil profuturae cadunt. Quid est turpius quam in ipso limine securitatis esse sollicitum? Causa autem haec est, quod inanes omnium bonorum sumus, vitae laboramus. Non enim apud nos pars eius ulla subsedit: transmissa est et effluxit. Nemo quam bene vivat sed quam diu curat, cum omnibus possit contingere ut bene vivant, ut diu nulli. Vale.	больше, красноречия или правды. Ты спросишь, чье оно? - Эпикура. Я до сих пор присваиваю чужие пожитки. (14) "Каждый уходит из жизни так, словно только что вошел". Возьми кого угодно - хоть юношу, хоть старика, хоть человека средних лет: ты обнаружишь, что все одинаково боятся смерти, одинаково не знают жизни. Ни у кого нет за спиною сделанных дел: все отложили мы на будущее. А мне в этих словах больше всего по душе то, как в них корят стариков за ребячество. - 15) "Каждый уходит из жизни таким, каким родился". - Неправда! В час смерти мы хуже, чем в час рождения. И виновны тут мы, а не природа. Это ей пристало жаловаться на нас, говоря: "Как же так? Я родила вас свободными от вожделений, страхов, суеверий, коварства и прочих язв; выходите же такими, какими вошли!" (16) Кто умирает таким же безмятежным, каким родился, тот постиг мудрость. А мы теперь трепещем, едва приблизится опасность: сразу уходит и мужество, и краска с лица, текут бесполезные слезы. Что может быть позорнее, чем эта тревога на самом пороге безмятежности? (17) А причина тут одна: нет у нас за душой никакого блага, вот мы и страдаем жаждой1 жизни. Ведь ни одна ее частица не остается нашей: минула - унеслась прочь. Все заботятся не о том, правильно ли живут, а о том, долго ли проживут; между тем жить правильно - это всем доступно, жить долго - никому. Будь здоров.

XXIII

[1] Putas me tibi scripturum quam humane nobiscum hiemps gerit, quae et remissa fuit et brevis, quam malignum ver sit, quam praeposterum frigus, et alias ineptias verba quaerentium? Ego vero aliquid quod et mihi et tibi prodesse possit scribam. Quid autem id erit nisi ut te	(1) Ты думаешь, я буду писать тебе о том, как мягко обошлась с нами эта зима, не слишком холодная и недолгая, какой коварной оказалась весна с ее поздними холодами, и о прочих глупостях, по примеру ищущих, о чем бы сказать. Нет, я буду писать так, чтобы принести пользу и тебе, и себе.

exhorter ad bonam mentem? Huius fundamentum quod sit quaeris? ne gaudeas vanis. Fundamentum hoc esse dixi: culmen est.	Но тогда о чем же мне писать, как не о том, чтобы ты научился правильно мыслить? Ты спросишь, в чем основание этой науки. В том, чтобы "е радоваться по-пустому. Я сказал "основание"? Нет, вершина!
Ad summa pervenit qui scit quo gaudeat, qui felicitatem suam in aliena potestate non posuit; sollicitus est et incertus sui quem spes aliqua proritat, licet ad manum sit, licet non ex difficili petatur, licet numquam illum sperata deceperint.	(2) Достиг вершины тот, кто знает, чему радоваться, кто не отдает своего счастья на произвол других. Не знает покоя, не уверен в себе тот, кого манит надежда, если даже предмет ее рядом, и добыть его легче легкого, и никогда раньше она не обманывала.
[3] Hoc ante omnia fac, mi Lucili: disce gaudere. Existimas nunc me detrahere tibi multas voluptates qui fortuita summoveo, qui spes, dulcissima oblectamenta, devitandas existimo? immo contra nolo tibi umquam deesse laetitiam. Volo illam tibi domi nasci: nascitur si modo intra te ipsum fit. Ceterae hilaritates non implent pectus; frontem remittunt, leves sunt, nisi forte tu iudicas eum gaudere qui ridet: animus esse debet alacer et fidens et supra omnia erectus.	(3) Вот что, Луцилий, сделай прежде всего: научись радоваться. Ты думаешь, я тебя лишаю множества наслаждений, если отвергаю все случайное и полагаю, что нужно избегать надежд - самых сладких наших утех? Совсем наоборот: я хочу, чтобы радость не разлучалась с тобой, хочу, чтобы она рождалась у тебя дома. И это исполнится, если только она будет в тебе самом. Всякое иное веселье не наполняет сердце, а лишь разглаживает морщины на лбу: оно мимолетно. Или, по-твоему, радуется тот, кто смеется? Нет, это душа должна окрылиться и уверенно вознестись надо всем.
[4] Mihi crede, verum gaudium res severa est. An tu existimas quemquam soluto vultu et, ut isti delicati loquuntur, hilariculo mortem contemnere, paupertati domum aperire, voluptates tenere sub freno, meditari dolorum patientiam? Haec qui apud se versat in magno gaudio est, sed parum blando. In huius gaudii possessione esse te volo: numquam deficiet, cum semel unde petatur inveneris.	(4) Поверь мне, настоящая радость сурова. Уж не думаешь ли ты, что вон тот, с гладким лбом и, как выражаются наши утонченные говоруны, со смехом в очах, презирает смерть, впустит бедность к себе в дом, держит наслаждения в узде, размышляет о терпеливости в несчастье? Радуется тот, кто не расстается с такими мыслями, и радость его велика, но строга. Я хочу, чтобы ты владел такою радостью: стоит тебе раз найти ее источник - и она уже не убудет.
[5] Levium metallorum fructus in summo est: illa opulentissima sunt quorum in alto latet vena assidue plenius responsura fodienti. Haec quibus delectatur vulgus tenuem habent ac perfusoriam voluptatem, et quodcumque invecticium gaudium est fundamento caret: hoc de quo loquor,	(5) Крупицы металла добываются у поверхности, но самые богатые жилы - те, что залегают в глубине, и они щедро награждают усердного старателя. Все, чем тешится чернь, дает наслаждение слабое и поверхностное, всякая радость, если она приходит извне, лишена прочной основы. Зато та, о которой я

ad quod te conor perducere, solidum est et quod plus pateat introrsus.	говорю и к которой пытаюсь привести тебя, нерушима и необъятна изнутри.
[6] Fac, oro te, Lucili carissime, quod unum potest praestare felicem: dissice et conculca ista quae extrinsecus splendent, quae tibi promittuntur ab alio vel ex alio; ad verum bonum specta et de tuo gaude. Quid est autem hoc 'de tuo'? te ipso et tui optima parte. Corpusculum bonum esse credideris: veri boni aviditas tuta est.	(6) Прошу тебя, милый Луцилий, сделай то, что только и может дать тебе счастье: отбрось и растопчи все, что блестит снаружи, что можно получить из чужих рук, стремись к истинному благу и радуйся лишь тому, что твое. Но что есть это "твое"? Ты сам, твоя лучшая часть! Запомни, что тело, хоть без него и не обойтись, для нас более необходимо, чем важно; наслаждения, доставляемые им, пусты и мимолетны, за ними следует раскаянье, а если их не обуздывать строгим воздержанием, они обратятся в свою противоположность. Я говорю так: наслаждение стоит на краю откоса и скатится к страданию, если не соблюсти меры, а соблюсти ее в том, что кажется благом, очень трудно. Только жадность к истинному благу безопасна. -
[7] Quod sit istud interrogas, aut unde subeat? Dicam: ex bona conscientia, ex honestis consiliis, ex rectis actionibus, ex contemptu fortuitorum, ex placido vitae et continuo tenore unam prementis viam. Nam illi qui ex aliis propositis in alia transiliunt aut ne transiliunt quidem sed casu quodam transmittuntur, quomodo habere quicquam certum mansurumve possunt suspensi et vagi?	(7) "Но что это такое, - спросишь ты, - и откуда берется?" - Я отвечу: его дают чистая совесть, честные намерения, правильные поступки, презрение к случайному, ровный ход спокойной жизни, катящейся по одной колее. А кто перескакивает от одного намерения к другому и даже не перескакивает, а мечется под действием любой случайности, - как могут они, нерешительные и непоседливые, обрести хоть что-нибудь надежное и долговечное?
[8] Pauci sunt qui consilio se suaque disponant: ceteri, eorum more quae fluminibus innatant, non eunt sed feruntur; ex quibus alia lenior unda detinuit ac mollius vexit, alia vehementior rapuit, alia proxima ripae cursu languescente deposuit, alia torrens impetus in mare eiecit. Ideo constituendum est quid velimus et in eo perseverandum.	(8) Лишь немногие располагают собой и своим добром по собственному усмотрению, прочие же подобны обломкам в реке: не они плывут, а их несет. Одни, гонимые волной послабее, движутся медленней и отстают, других она влечет быстрее, те выброшены на ближний берег стихающим течением, эти унесены в море стремленьем потока. Поэтому следует установить, чего мы хотим, и добиваться желаемого с упорством.
[9] Hic est locus solvendi aeris alieni. Possum enim tibi vocem Epicuri tui reddere et hanc epistulam liberare:	(9) Здесь кстати и заплатить тебе долг. Я могу привести слова твоего Эпикура и так выкупить это письмо: "Тяжко всегда

'molestum est semper vitam inchoare'; aut si hoc modo magis sensus potest exprimi, 'male vivunt qui semper vivere incipiunt'.	начинать жизнь сначала". Или, если так лучше можно передать смысл: "Плохо живут те, кто всегда начинают жизнь сначала".
[10] 'Quare?' inquis; desiderat enim explanationem ista vox. Quia semper illis imperfecta vita est; non potest autem stare paratus ad mortem qui modo incipit vivere. Id agendum est ut satis vixerimus: nemo hoc praestat qui orditur cum maxime vitam.	(10) Ты спросишь, почему: ибо эти слова нуждаются в разъяснении. - Потому что жизнь у них никогда не завершена. Не может быть готов к смерти тот, кто едва только начал жить. Поступать нужно так, будто мы уже довольно пожили. Но так не может думать тот, кто едва приступает к жизни.
[11] Non est quod existimes paucos.esse hos: propemodum omnes sunt. Quidam vero tunc incipiunt cum desinendum est. Si hoc iudicas mirum, adiciam quod magis admireris: quidam ante vivere desierunt quam inciperent. Vale.	(11) Напрасно мы полагаем, будто таких людей мало: почти все таковы. А некоторые тогда и начинают жить, когда пора кончать. А если тебе это кажется удивительным, я могу удивить тебя еще больше: некоторые кончают жить, так и не начав. Будь здоров.

XXIV

[1] Sollicitum esse te scribis de iudici eventu quod tibi furor inimici denuntiat; existimas me suasurum ut meliora tibi ipse proponas et acquiescas spei blandae. Quid enim necesse est mala accersere, satis cito patienda cum venerint praesumere, ac praesens tempus futuri metu perdere? Est sine dubio stultum, quia quandoque sis futurus miser, esse iam miserum.	(1) Тебя тревожит, - пишешь ты, - исход тяжбы, которою грозит тебе ярость противника; и ты полагаешь, будто я стану тебя убеждать, чтобы ты рассчитывал на лучшее и утешался приятной надеждой. Ведь какая надобность накликать беду и предвосхищать все, что нам и так скоро придется вытерпеть, зачем сейчас портить себе жизнь страхом перед будущим? Глупо, конечно, чувствовать себя несчастным из-за того, что когда-нибудь станешь несчастным. Но я поведу тебя к безмятежности другим путем.
[2] Sed ego alia te ad securitatem via ducam: si vis omnem sollicitudinem exuere, quidquid vereris ne eveniat eventurum utique propone, et quodcumque est illud malum, tecum ipse metire ac timorem tuum taxa: intelleges profecto aut non magnum aut non longum esse quod metuis.	(2) Если ты хочешь избавиться от всякой тревоги, представь себе, что пугающее тебя случится непременно, и какова бы ни была беда, найди ей меру и взвесь свой страх. Тогда ты наверняка поймешь, что несчастье, которого ты боишься, или не так велико, или не так длительно.
[3] Nec diu exempla quibus confirmeris colligenda sunt: omnis illa aetas tulit. In quamcumque partem rerum vel civilium vel externarum memoriam miseris, occurrent tibi	(3) Недолго найти и примеры, которые укрепят тебя: каждый век дает их. К чему бы ты ни обратился памятью - в нашем государстве или на чужбине - ты найдешь души, великие или благодаря

ingenia aut profectus aut impetus magni. Numquid accidere tibi, si damnaris, potest durius quam ut mittaris in exilium, ut ducaris in carcerem? Numquid ultra quicquam ulli timendum est quam ut uratur, quam ut pereat? Singula ista constitue et contemptores eorum cita, qui non quaerendi sed eligendi sunt.	природной силе, или благодаря совершенствованию. Если ты будешь осужден, разве ждет тебя что-нибудь тяжелее изгнания или тюрьмы? Есть ли что-нибудь страшнее, чем пытка огнем, чем гибель? Возьми любое из этих зол и назови тех, кто их презрел: тебе придется не искать имена, а выбирать.
[4] Damnationem suam Rutilius sic tulit tamquam nihil illi molestum aliud esset quam quod male iudicaretur. Exilium Metellus fortiter tulit, Rutilius etiam libenter; alter ut rediret rei publicae praestitit, alter reditum suum Sullae negavit, cui nihil tunc negabatur. In carcere Socrates disputavit et exire, cum essent qui promitterent fugam, noluit remansitque, ut duarum rerum gravissimarum hominibus metum demeret, mortis et carceris.	(4) Рутилий 1 перенес свое осуждение так, будто тяжелее всего была ему несправедливость судей. Метелл2 переносил изгнание мужественно, а Рутилий даже с охотой. Первый подарил свой возврат республике, второй отказал в нем Сулле, которому тогда ни в чем не отказывали. Сократ беседовал и в темнице, а когда ему обещали устроить побег3, он не захотел уходить и остался, чтобы избавить людей от страха перед двумя тяжелейшими вещами - смертью и темницей.
[5] Mucius ignibus manum imposuit. Acerbum est uri: quanto acerbius si id te faciente patiaris! Vides hominem non eruditum nec ullis praeceptis contra mortem aut dolorem subornatum, militari tantum robore instructum, poenas a se irriti conatus exigentem; spectator destillantis in hostili foculo dexterae stetit nec ante removit nudis ossibus fluentem manum quam ignis illi ab hoste subductus est. Facere aliquid in illis castris felicius potuit, nihil fortius. Vide quanto acrior sit ad occupanda pericula virtus quam crudelitas ad irroganda: facilius Porsina Mucio ignovit quod voluerat occidere quam sibi Mucius quod non occiderat.	(5) Муций4 положил руку на огонь. Ужасна мука, когда тебя жгут, но еще ужаснее она, когда ты сам себя жжешь. Ты видишь, как человек неначитанный, не вооруженный для борьбы со смертью и болью никакими наставлениями, но укрепляемый лишь воинской стойкостью, сам себя казнит за неудачу! Он стоит и смотрит, как с его руки на вражескую жаровню падают капли, и не убирает ее, сгоревшую до костей, покуда враг не уносит огонь. Он мог бы действовать в чужом стане с большей удачей, но с большим мужеством не мог. Взгляни, ведь доблесть горячее стремится принять удар на себя, чем жестокость - нанести его, и Порсенна скорее простил Муцию намерение убить его, чем Муций простил себя за то, что не убил. -
[6] 'Decantatae' inquis 'in omnibus scholis fabulae istae sunt; iam mihi, cum ad contemnendam mortem ventum fuerit, Catonem narrabis.' Quidni ego narrem ultima illa nocte Platonis librum legentem posito ad caput gladio? Duo haec in rebus	(6) "Эти истории, - скажешь ты, - петы-перепеты во всех школах! Когда дело дойдет до презрения к смерти, ты начнешь рассказывать мне про Катона". - А почему бы мне и не рассказать, как он в ту последнюю ночь читал Платона, положив в изголовье

extremis instrumenta prospexerat, alterum ut vellet mori, alterum ut posset. Compositis ergo rebus, utcumque componi fractae atque ultimae poterant, id agendum existimavit ne cui Catonem aut occidere liceret aut servare contingeret;	меч? О двух орудиях позаботился он в крайней беде: об одном - чтобы умереть с охотой, о другом - чтобы умереть в любой миг. Устроив дела, он решил действовать так, чтобы никому не удалось ни убить Катона, ни спасти.
[7] et stricto gladio quem usque in illum diem ab omni caede purum servaverat, 'nihil' inquit 'egisti, fortuna, omnibus conatibus meis obstando. Non pro mea adhuc sed pro patriae libertate pugnavi, nec agebam tanta pertinacia ut liber, sed ut inter liberos, viverem: nunc quoniam deploratae sunt res generis humani, Cato deducatur in tutum.'	(7) И, обнажив меч, который до того дня хранил не запятнанным кровью, он сказал: "Ты ничего не добилась, фортуна, воспрепятствовав всем моим начинаньям! Не за свою свободу я сражался, а за свободу родины, не ради того был так упорен, чтобы жить свободным, но ради того, чтобы жить среди свободных. А теперь, коль скоро так плачевны дела человеческого рода, Катону пора уходить в безопасное место".
[8] Impressit deinde mortiferum corpori vulnus; quo obligato a medicis cum minus sanguinis haberet, minus virium, animi idem, iam non tantum Caesari sed sibi iratus nudas in vulnus manus egit et generosum illum contemptoremque omnis potentiae spiritum non emisit sed eiecit.	(8) И он нанес себе смертельную рану. А когда врачи перевязали ее, он, почти лишившись крови, лишившись сил, но сохранив все мужество, в гневе не только на Цезаря, но и на себя, вскрыл себе рану голыми руками и даже не испустил, а силой исторг из груди свою благородную душу, презиравшую любую власть.
[9] Non in hoc exempla nunc congero ut ingenium exerceam, sed ut te adversus id quod maxime terribile videtur exhorter; facilius autem exhortabor, si ostendero non fortes tantum viros hoc momentum efflandae animae contempsisse sed quosdam ad alia ignavos in hac re aequasse animum fortissimorum, sicut illum Cn. Pompei socerum Scipionem, qui contrario in Africam vento relatus cum teneri navem suam vidisset ab hostibus, ferro se transverberavit et quaerentibus ubi imperator esset, 'imperator' inquit 'se bene habet'.	(9) Я подбираю эти примеры не для упражнения ума, а чтобы ободрить тебя и укрепить против того, что кажется всего страшнее. Еще легче удастся мне это, если я покажу тебе, что не только мужественные презирали этот миг расставания с душой, но и люди обычно малодушные тут не уступали самым отважным. Так, Сципион5, тесть Гнея Помпея, отнесенный противным ветром к берегам Африки, увидав, что его корабль захвачен врагами, пронзил себя мечом, а на вопрос, где начальник, ответил: "С начальником все хорошо!"
[10] Vox haec illum parem maioribus fecit et fatalem Scipionibus in Africa gloriam non est interrumpi passa. Multum fuit Carthaginem vincere, sed amplius mortem. 'Imperator' inquit 'se	(10) Эти слова сравняли его с предками и не дали прекратиться славе, которая суждена была Сципионам в Африке 6. Немалый подвиг - победить Карфаген, но еще больший - победить смерть. "С

bene habet': an aliter debebat imperator, et quidem Catonis, mori?	начальником все хорошо!" Разве не так должен был умереть полководец, да еще под началом которого был Катон?
[11] Non revoco te ad historias nec ex omnibus saeculis contemptores mortis, qui sunt plurimi, colligo; respice ad haec nostra tempora, de quorum languore ac delicis querimur: omnis ordinis homines suggerent, omnis fortunae, omnis aetatis, qui mala sua morte praeciderint. Mihi crede, Lucili, adeo mors timenda non est ut beneficio eius nihil timendum sit.	(11) Я не призываю тебя углубиться в прошлое, не собираю по всем векам людей, презревших смерть, хоть их и множество. Оглянись на наше время, которое мы порицаем за изнеженность1 и слабость: оно покажет тебе людей всех сословий, всех состояний, всех возрастов, которые смертью положили конец своим несчастьям. Поверь мне, Луцилий, смерть настолько не страшна, что благодаря ей ничто для нас не страшно. Поэтому слушай угрозы врага со спокойствием.
[12] Securus itaque inimici minas audi; et quamvis conscientia tibi tua fiduciam faciat, tamen, quia multa extra causam valent, et quod aequissimum est spera et ad id te quod est iniquissimum compara. Illud autem ante omnia memento, demere rebus tumultum ac videre quid in quaque re sit: scies nihil esse in istis terribile nisi ipsum timorem.	(12) Хотя чистая совесть дает тебе уверенность, но много значат не относящиеся к делу обстоятельства, - а потому надейся на справедливое решение, но готовься к несправедливому. Помни прежде всего об одном: отдели смятение от его причины, смотри на само дело - и ты убедишься, что в любом из них нет ничего страшного, кроме самого страха.
[13] Quod vides accidere pueris, hoc nobis quoque maiusculis pueris evenit: illi quos amant, quibus assueverunt, cum quibus ludunt, si personatos vident, expavescunt: non hominibus tantum sed rebus persona demenda est et reddenda facies sua.	(13) Что случается с детьми, то же бывает и с нами, взрослыми детьми: они пугаются, если вдруг увидят в масках тех, кого любят, к кому привыкли, с кем всегда играют. Не только с людей, но и с обстоятельств нужно снять маску и вернуть им подлинный облик.
[14] Quid mihi gladios et ignes ostendis et turbam carnificum circa te frementem? Tolle istam pompam sub qua lates et stultos territas: mors es, quam nuper servus meus, quam ancilla contempsit. Quid tu rursus mihi flagella et eculeos magno apparatu explicas? quid singulis articulis singula machinamenta quibus extorqueantur aptata et mille alia instrumenta excarnificandi particulatim hominis? Pone ista quae nos obstupefaciunt; iube conticiscere gemitus et exclamationes et vocum inter	(14) Зачем ты показываешь мне клинки и факелы и шумную толпу палачей вокруг тебя? Убери эту пышность, за которой ты прячешься, пугая неразумных! Ты смерть, это тебя недавно презрел мой раб, моя служанка. Зачем ты опять выставляешь напоказ мне бичи и дыбы? К чему эти орудия, каждое из которых приспособлено терзать один какой-нибудь член тела, зачем сотни снарядов, истязающих человека по частям? Оставь все это, от чего мы цепенеем в ужасе. Прикажи, чтобы

lacerationem elisarum acerbitatem: nempe dolor es, quem podagricus ille contemnit, quem stomachicus ille in ipsis delicis perfert, quem in puerperio puella perpetitur. Levis es si ferre possum; brevis es si ferre non possum.	смолкли стоны и крики и горестные вопли, исторгаемые пытками. Разве ты - не та самая боль, которую презрел этот вот подагрик, которую другой, страдая желудком, выносит среди удовольствий, которую терпит женщина в родах? Ты легка, если я могу тебя вынести, ты коротка, если не могу.
[15] Haec in animo voluta, quae saepe audisti, saepe dixisti; sed an vere audieris, an vere dixeris, effectu proba; hoc enim turpissimum est quod nobis obici solet, verba nos philosophiae, non opera tractare. Quid? tu nunc primum tibi mortem imminere scisti, nunc exilium, nunc dolorem? in haec natus es; quidquid fieri potest quasi futurum cogitemus.	(15) Все это ты часто слышал, часто говорил сам. Но думай об этом всегда и покажи на деле, правильно ли ты услышал и правду ли говорил. Ведь нет ничего постыднее обычного упрека нам: мы, мол, - философы на словах, а не на деле. Что же ты? Разве только сейчас узнал, что тебе грозит смерть, изгнание, боль? На то ты и родился! Так будем считать неизбежным все, что может случиться.
[16] Quod facere te moneo scio certe fecisse: nunc admoneo ut animum tuum non mergas in istam sollicitudinem; hebetabitur enim et minus habebit vigoris cum exsurgendum erit. Abduc illum a privata causa ad publicam; dic mortale tibi et fragile corpusculum esse, cui non ex iniuria tantum aut ex potentioribus viribus denuntiabitur dolor: ipsae voluptates in tormenta vertuntur, epulae cruditatem afferunt, ebrietates nervorum torporem tremoremque, libidines pedum, manuum, articulorum omnium depravationes.	(16) Но я знаю, ты наверняка уже сделал все, что я советую тебе. А сейчас я тебе советую не погружаться душой в тревоги о суде, не то она ослабеет и останется без сил в тот миг, когда должна будет воспрянуть. От того, что касается одного тебя, отвлеки ее на то, что касается всех, говори себе так: мое тело смертно и хрупко, и не только несправедливость или сила могущественных грозят ему болью - нет, сами наслаждения оборачиваются муками. От пиров портится желудок, от попоек цепенеют и дрожат жилы, похоть расслабляет руки, ноги, все суставы.
[17] Pauper fiam: inter plures ero. Exul fiam: ibi me natum putabo quo mittar. Alligabor: quid enim? nunc solutus sum? ad hoc me natura grave corporis mei pondus adstrinxit. Moriar: hoc dicis, desinam aegrotare posse, desinam alligari posse, desinam mori posse.	(17) Я обеднею - значит, окажусь среди большинства. Буду изгнан - сочту себя уроженцем тех мест, куда меня сошлют. Попаду в оковы - что с того? Разве сейчас я не опутан? Природа уже связала меня весом моего грузного тела. Я умру? Но это значит, я уже не смогу заболеть, не смогу попасть в оковы, не смогу умереть!
[18] Non sum tam ineptus ut Epicuream cantilenam hoc loco persequar et dicam vanos esse inferorum metus, nec Ixionem rota volvi nec saxum umeris Sisyphi trudi	(18) Я не так глуп, чтобы затянуть здесь Эпикурову песенку и повторять, что страх перед преисподней - вздор, что не крутится колесо Иксиона, Сизиф не толкает плечом свой камень вверх

in adversum nec ullius viscera et renasci posse cotidie et carpi: nemo tam puer est ut Cerberum timeat et tenebras et larvalem habitum nudis ossibus cohaerentium. Mors nos aut consumit aut exuit; emissis meliora restant onere detracto, consumptis nihil restat, bona pariter malaque summota sunt.	по склону, ничьи внутренности не могут ежедневно отрастать7, чтобы их снова терзали. Нет столь ребячливых, чтобы они боялися Цербера, и тьмы, и призрачной плоти, одевающей голые кости. Смерть или уничтожает нас, или выпускает на волю. У отпущенных, когда снято с них бремя, остается лучшее, у уничтоженных не остается ничего, ни хорошего, ни плохого - все отнято.
[19] Permitte mihi hoc loco referre versum tuum, si prius admonuero ut te iudices non aliis scripsisse ista sed etiam tibi. Turpe est aliud loqui, aliud sentire: quanto turpius aliud scribere, aliud sentire! Memini te illum locum aliquando tractasse, non repente nos in mortem incidere sed minutatim procedere.	(19) Позволь мне привести здесь твой собственный стих, но прежде посоветовать, чтобы ты считал его написанным не только для других, но и для себя. Позорно говорить одно, а чувствовать другое, но насколько позорнее писать одно, а чувствовать другое! Я помню, ты однажды рассуждал о том, что мы не сразу попадаем в руки смерти, а постепенно, шаг за шагом.
[20] Cotidie morimur; cotidie enim demitur aliqua pars vitae, et tunc quoque cum crescimus vita decrescit. Infantiam amisimus, deinde pueritiam, deinde adulescentiam. Usque ad hesternum quidquid trans;t temporis perit; hunc ipsum quem agimus diem cum morte dividimus. Quemadmodum clepsydram non extremum stilicidium exhaurit sed quidquid ante defluxit, sic ultima hora qua esse desinimus non sola mortem facit sed sola consummat; tunc ad illam pervenimus, sed diu venimus.	(20) Каждый день мы умираем, потому что каждый день отнимает у нас частицу жизни, и даже когда мы растем, наша жизнь убывает. Вот мы утратили младенчество, потом детство, потом отрочество. Вплоть до вчерашнего дня все минувшее время погибло, да и нынешний день мы делим со смертью. Как водяные часы делает пустыми не последняя капля, а вся вытекшая раньше вода, так и последний час, в который мы перестаем существовать, не составляет смерти, а лишь завершает ее: в этот час мы пришли к ней, а шли мы долго.
[21] Haec cum descripsisses quo soles ore, semper quidem magnus, numquam tamen acrior quam ubi veritati commodas verba, dixisti,	(21) Когда ты описал все это с обычным твоим красноречием, как всегда величавым, но особенно сильным, когда ты посвящаешь свои слова истине, ты сказал:
mors non una venit, sed quae rapit ultima mors est.	*Смерть, уносящая нас, - лишь последняя смерть среди многих.*
Malo te legas quam epistulam meam; apparebit enim tibi hanc quam timemus mortem extremam esse, non solam.	Лучше читай самого себя, чем мое письмо. Ты воочию убедишься, что смерть, которой мы боимся, - последняя, но не единственная.
[22] Video quo spectes: quaeris quid huic epistulae infulserim, quod dictum	(22) Вижу, куда ты смотришь: ищешь, что вставил я в это письмо, чьи

alicuius animosum, quod praeceptum utile. Ex hac ipsa materia quae in manibus fuit mittetur aliquid. Obiurgat Epicurus non minus eos qui mortem concupiscunt quam eos qui timent, et ait: 'ridiculum est currere ad mortem taedio vitae, cum genere vitae ut currendum ad mortem esset effeceris'.	мужественные слова, какое полезное наставление. Надо послать тебе что-нибудь касательно того предмета, которым мы сейчас занимались. Эпикур порицает жаждущих смерти не меньше, чем одержимых страхом перед нею; вот что он говорит: "Нелепо стремиться к смерти, пресытившись жизнью, если как раз из-за твоего образа жизни теперь приходится стремиться к смерти".
[23] Item alio loco dicit: 'quid tam ridiculum quam appetere mortem, cum vitam inquietam tibi feceris metu mortis?' His adicias et illud eiusdem notae licet, tantam hominum imprudentiam esse, immo dementiam, ut quidam timore mortis cogantur ad mortem.	(23) Также и в другом месте он говорит: "Что может быть нелепее, чем желать смерти после того, как всю жизнь тебе не давал покоя страх смерти?" К этим двум ты можешь прибавить еще одно изречение той же чеканки: "Только люди бывают так неразумны и даже безумны, что некоторых заставляет умереть страх смерти".
[24] Quidquid horum tractaveris, confirmabis animum vel ad mortis vel ad vitae patientiam; [at] in utrumque enim monendi ac firmandi sumus, et ne nimis amemus vitam et ne nimis oderimus. Etiam cum ratio suadet finire se, non temere nec cum procursu capiendus est impetus.	(24) Возьми любое из этих изречений, и каждое укрепит твой дух, чтобы ты терпеливо сносил и жизнь и смерть. Ведь нужны непрестанные побуждения и ободрения для того, чтобы мы избавились и от чрезмерной любви к жизни и от чрезмерной ненависти к ней. Даже когда разум убеждает нас, что пора кончать, нельзя поступать необдуманно и мчаться очертя голову.
[25] Vir fortis ac sapiens non fugere debet e vita sed exire; et ante omnia ille quoque vitetur affectus qui multos occupavit, libido moriendi. Est enim, mi Lucili, ut ad alia, sic etiam ad moriendum inconsulta animi inclinatio, quae saepe generosos atque acerrimae indolis viros corripit, saepe ignavos iacentesque: illi contemnunt vitam, hi gravantur.	(25) Мудрый и мужественный должен не убегать из жизни, а уходить. И прежде всего нужно избегать той страсти, которой охвачены столь многие, - сладострастной жажды смерти. Ибо помимо прочих душевных склонностей есть, Луцилий, еще и безотчетная склонность к смерти, и ей нередко поддаются люди благородные и сильные духом, но нередко также и ленивые и праздные. Первые презирают жизнь, вторым она в тягость.
[26] Quosdam subit eadem faciendi videndique satietas et vitae non odium sed fastidium, in quod prolabimur ipsa impellente philosophia, dum dicimus 'quousque eadem? nempe ex pergiscar dormiam, esuriam, algebo aestuabo. Nullius rei finis est, sed in orbem nexa	(26) И некоторые, устав и делать, и видеть одно и то же, пресыщаются и чувствуют даже не ненависть, а отвращение к жизни; и к нему же толкает нас сама философия, если мы говорим: "Доколе все одно и то же? Снова просыпаться и засыпать,

sunt omnia, fugiunt ac sequuntur; diem nox premit, dies noctem, aestas in autumnum desinit, autumno hiemps instat, quae vere compescitur; omnia sic transeunt ut revertantur. Nihil novi facio, nihil novi video: fit aliquando et huius rei nausia.' Multi sunt qui non acerbum iudicent vivere sed supervacuum. Vale.	чувствовать голод и утолять его, страдать то от холода, то от зноя? Ничто не кончается, все следует одно за другим по замкнутому кругу. Ночь настигает день, а день - ночь, лето переходит в осень, за осенью спешит зима, а ей кладет предел весна. Все проходит, чтобы вернуться, ничего нового я не делаю, не вижу, - неужто же это не надоест когда-нибудь до тошноты?" И немало есть таких, кому жизнь кажется не горькой, а ненужной. Будь здоров.

XXV

[1] Quod ad duos amicos nostros pertinet, diversa via eundum est; alterius enim vitia emendanda, alterius frangenda sunt. Utar libertate tota: non amo illum nisi offendo. 'Quid ergo?' inquis 'quadragenarium pupillum cogitas sub tutela tua continere? Respice aetatem eius iam duram et intractabilem: non potest reformari; tenera finguntur.'	(1) Что касается обоих наших друзей, то идти тут следует разными путями: пороки одного мы должны исправлять, пороки другого - искоренять. Я не буду себя сдерживать: ведь если я оставлю его в покое, значит, я не люблю его. - Ты скажешь: "Как так? Ты надеешься удержать под своей опекой сорокалетнего питомца? Взгляни на его возраст, твердый и неподатливый: такого не переделать, лепят только мягкое". -
[2] An profecturus sim nescio: malo successum mihi quam fidem deesse. Nec desperaveris etiam diutinos aegros posse sanari, si contra intemperantiam steteris, si multa invitos et facere coegeris et pati. Ne de altero quidem satis fiduciae habeo, excepto eo quod adhuc peccare erubescit; nutriendus est hic pudor, qui quamdiu in animo eius duraverit, aliquis erit bonae spei locus. Cum hoc veterano parcius agendum puto, ne in desperationem sui veniat;	(2) Яне знаю, что мне удастся, но предпочитаю остаться без успеха, чем без веры. Не отчаивайся, и застарелые болезни можно лечить, если восстать против невоздержности, если принудить больных и делать, и терпеть многое, что им не по нраву, Я и второму-то не очень доверяю: разве что он еще краснеет, нагрешив. Этот стыд нужно поддерживать, ибо пока он не покинет душу, есть и надежда на лучшее. А с ветераном, по-моему, надо действовать осторожнее, чтобы он не отчаялся в самом себе.
[3] nec ullum tempus aggrediendi fuit melius quam hoc, dum interquiescit, dum emendato similis est. Aliis haec intermissio eius imposuit, mihi verba non dat: exspecto cum magno fenore vitia reditura, quae nunc scio cessare, non deesse. Impendam huic rei dies et utrum possit aliquid agi an non possit	(3) И то время, когда он ненадолго успокоился и вроде бы исправился, было самым подходящим, чтобы взяться за него. Других эта передышка обманула, а меня ему не провести. Я жду, когда его пороки вернутся к нему с большой лихвою, так как знаю, что они сейчас только

experiar.	отступили, а не ушли совсем. Я потрачу день-другой и увижу на опыте, можно тут что-нибудь сделать или нет.
[4] Tu nobis te, ut facis, fortem praesta et sarcinas contrahe; nihil ex his quae habemus necessarium est. Ad legem naturae revertamur; divitiae paratae sunt. Aut gratuitum est quo egemus, aut vile: panem et aquam natura desiderat. Nemo ad haec pauper est, intra quae quisquis desiderium suum clusit cum ipso Iove de felicitate contendat, ut ait Epicurus, cuius aliquam vocem huic epistulae involvam.	(4) А ты покажи себя мужественным и убавляй свою ношу, - впрочем, ты так и делаешь. Ничто из того, что мы имеем, не необходимо. Вернемся к законам природы - и богатство для нас готово. Все, в чем мы нуждаемся, или стоит дешево, или ничего не стоит. Природа требует только хлеба и воды, а для этого никто не беден. "Кто ограничил ими свои желания, тот поспорит в блаженстве с самим Юпитером", - говорил Эпикур. И еще одно его изречение я внесу в это письмо:
[5] 'Sic fac' inquit 'omnia tamquam spectet Epicurus.' Prodest sine dubio custodem sibi imposuisse et habere quem respicias, quem interesse cogitationibus tuis iudices. Hoc quidem longe magnificentius est, sic vivere tamquam sub alicuius boni viri ac semper praesentis oculis, sed ego etiam hoc contentus sum, ut sic facias quaecumque facies tamquam spectet aliquis: omnia nobis mala solitudo persuadet.	(5) "Делай все так, будто на тебя смотрит Эпикур". Без сомнения, полезно приставить к себе сторожа и иметь его рядом, чтобы на него ты оглядывался, видя в нем свидетеля всех твоих помыслов. Самое благотворное - жить словно под взглядом неразлучного с тобою человека добра, но с меня довольно и того, если ты, что бы ни делал, будешь делать так, будто на тебя смотрят. Одиночество для нас - самый злой советчик,
[6] Cum iam profeceris tantum ut sit tibi etiam tui reverentia, licebit dimittas paedagogum: interim aliquorum te auctoritate custodi - aut Cato ille sit aut Scipio aut Laelius aut alius cuius interventu perditi quoque homines vitia supprimerent, dum te efficis eum cum quo peccare non audeas. Cum hoc effeceris et aliqua coeperit apud te tui esse dignatio, incipiam tibi permittere quod idem suadet Epicurus: 'tunc praecipue in te ipse secede cum esse cogeris in turba'.	(б) Когда ты преуспеешь настолько, что будешь стесняться самого себя, тогда можешь отпустить провожатого, а до тех пор пусть за тобой надзирает некто тобою чтимый, будь то Катон, либо Сципион, либо Лелий, - любой, в чьем присутствии даже совсем погибшие люди обуздывали свои пороки, - и так покуда сам не станешь тем человеком, на глазах у которого не отважишься грешить. А когда ты этого добьешься и начнешь хоть немного уважать самого себя, я позволю тебе поступать по совету того же Эпикура: "Тогда и уходи в себя, когда тебе приходится быть в толпе".
[7] Dissimilem te fieri multis oportet, dum tibi tutum [non] sit ad te recedere. Circumspice singulos: nemo est cui non	(7) Нужно, чтобы ты был непохож на большинство людей. А пока ты не можешь безопасно замкнуться в себе,

satius sit cum quolibet esse quam secum. 'Tunc praecipue in te ipse secede cum esse cogeris in turba' - si bonus vir , si quietus, si temperans. Alioquin in turbam tibi a te recedendum est: istic malo viro propius es. Vale.	оглянись на того и на другого: для любого лучше быть с кем угодно, чем наедине с собою. "Тогда и уходи в себя, когда тебе приходится быть в толпе", - но только если ты человек добра, спокойный и воздержный; а не то уходи от самого себя к толпе, чтобы быть подальше от дурного человека. Будь здоров.

XXVI

[1] Modo dicebam tibi in conspectu esse me senectutis: iam vereor ne senectutem post me reliquerim. Aliud iam his annis, certe huic corpori, vocabulum convenit, quoniam quidem senectus lassae aetatis, non fractae nomen est: inter decrepitos me numera et extrema tangentis.	(1) Недавно я говорил тебе, что старость моя совсем близко, а теперь боюсь, что старость у меня уже позади. Не к моим годам и во всяком случае не к состоянию моего тела приложимо это слово: ведь старостью называют возраст усталости, а не полной немощи. Меня же считай в числе совсем дряхлых и доживающих последние дни.
[2] Gratias tamen mihi apud te ago: non sentio in animo aetatis iniuriam, cum sentiam in corpore. Tantum vitia et vitiorum ministeria senuerunt: viget animus et gaudet non multum sibi esse cum corpore; magnam partem oneris sui posuit. Exsultat et mihi facit controversiam de senectute: hunc ait esse florem suum. Credamus illi: bono suo utatur.	(2) И все же, между нами, я благодарен самому себе, потому что гнет возраста чувствует только тело, а не душа, и состарились одни лишь пороки и то, что им способствует. Душа моя бодра и рада, что ей уже почти не приходится иметь дело с плотью; большую часть своего бремени она сбросила и теперь ликует и спорит со мною о старости, утверждая, что для нее сейчас самый расцвет.
[3] Ire in cogitationem iubet et dispicere quid ex hac tranquillitate ac modestia morum sapientiae debeam, quid aetati, et diligenter excutere quae non possim facere, quae nolim, proinde habiturus atque si nolim quidquid non posse me gaudeo: quae enim querela est, quod incommodum, si quidquid debebat desinere defecit?	(3) Надо ей поверить: пусть пользуется своим благом! Хорошо бы сейчас подумать и разобраться, в какой мере спокойствием и скромностью нравов обязан я мудрости и в какой мере - возрасту, и разобраться тщательнее ', чего я не могу делать и чего не хочу, даже и полагая, что могу. А если мне и не хочется каких-нибудь непосильных вещей, то я радуюсь своему бессилию. - Да и есть ли на что жаловаться? Велико ли несчастье, если уходит то, что и так должно прекратиться? -
[4] 'Incommodum summum est' inquis 'minui et deperire et, ut proprie dicam, liquescere. Non enim subito impulsi ac prostrati sumus: carpimur, singuli dies	(4) "Да, это великое несчастье, - скажешь ты, - когда все в нас иссякает и отмирает и мы, если говорить без обиняков, совсем сходим на нет. Ведь

aliquid subtrahunt viribus.' Ecquis exitus est melior quam in finem suum natura solvente dilabi? non quia aliquid mali ictus [est] et e vita repentinus excessus, sed quia lenis haec est via, subduci. Ego certe, velut appropinquet experimentum et ille laturus sententiam de omnibus annis meis dies venerit, ita me observo et alloquor:	не одним ударом валит нас наземь, нет, каждый день отнимает что-нибудь и уносит частицу наших сил". - Но есть ли исход лучше, чем незаметно скользить к своему концу, между тем как природа развязывает все узы? Дело не в том, что так уж плохо уйти из жизни сразу и вдруг, но этот медленный путь легче для нас. А я присматриваюсь к себе, словно близится срок испытания и наступает день, который вынесет приговор всем моим дням, и говорю про себя: "Все наши прежние слова и дела - ничто. Любое из этих свидетельств мужества легковесно и обманчиво, и густо прикрашено.
[5] 'nihil est' inquam 'adhuc quod aut rebus aut verbis exhibuimus; levia sunt ista et fallacia pignora animi multisque involuta lenociniis: quid profecerim morti crediturus sum. Non timide itaque componor ad illum diem quo remotis strophis ac fucis de me iudicaturus sum, utrum loquar fortia an sentiam, numquid simulatio fuerit et mimus quidquid contra fortunam iactavi verborum contumacium.	(5) Смерть покажет, чего я достиг, ей я и поверю. Без робости готовлюсь я к тому дню, когда придется, отбросив уловки и стерев румяна, держать ответ перед самим собой: только ли слова мои были отважны или также и чувства, не были ли притворством и лицедейством все мои непреклонные речи против фортуны.
[6] Remove existimationem hominum: dubia semper est et in partem utramque dividitur. Remove studia tota vita tractata: mors de te pronuntiatura est. Ita dico: disputationes et litterata colloquia et ex praeceptis sapientium verba collecta et eruditus sermo non ostendunt verum robur animi; est enim oratio etiam timidissimis audax. Quid egeris tunc apparebit cum animam ages. Accipio condicionem, non reformido iudicium.'	(6) Отбрось людское мнение: оно всегда ненадежно и двойственно. Отбрось науки, которыми ты занимался всю жизнь. Смерть вынесет тебе приговор. Вот что я утверждаю: сколько бы ни вел ты споров и ученых бесед, сколько бы ни собирал назидательные изречения мудрецов, как бы гладко ни говорил, - ничто не докажет силы твоего духа. Ведь на словах и самый робкий храбр. Подоспеет конец - тогда и станет ясно, что ты успел. Что ж, я принимаю это условие и не боюсь суда". -
[7] Haec mecum loquor, sed tecum quoque me locutum puta. Iuvenior es: quid refert? non dinumerantur anni. Incertum est quo loco te mors exspectet; itaque tu illam omni loco exspecta.	(7) Так я говорю с собою, но можешь считать, что и с тобою. Ты моложе меня - что с того? Ведь не по годам счет! Неизвестно, где тебя ожидает смерть, так что лучше сам ожидай ее везде.
[8] Desinere iam volebam et manus spectabat ad clausulam, sed	(8) Я хотел было кончить, и рука уже начала выводить прощальное

conficienda sunt aera et huic epistulae viaticum dandum est. Puta me non dicere unde sumpturus sim mutuum: scis cuius arca utar. Exspecta me pusillum, et de domo fiet numeratio; interim commodabit Epicurus, qui ait 'meditare mortem', vel si commodius sic transire ad nos hic potest sensus: 'egregia res est mortem condiscere'.	приветствие, - но обряд должен быть исполнен, надо и этому письму дать дорожные. Не думай, будто я говорю: у кого бы мне взять взаймы? Ты ведь знаешь, в чей ларчик я запускаю руку. Подожди немного - и я буду расплачиваться своими, а покуда меня ссудит Эпикур, который говорит: "Размышляй о смерти, - что сподручнее: ей ли прийти к нам или нам пойти ей навстречу".
[9] Supervacuum forsitan putas id discere quod semel utendum est. Hoc est ipsum quare meditari debeamus: semper discendum est quod an sciamus experiri non possumus.	(9) Смысл тут ясен: ведь это прекрасно - научиться смерти! Или, по-твоему, излишне учиться тому, что пригодится один только раз? Нет, поэтому-то нам и нужно размышлять о ней! Где нельзя проверить свое знание на опыте, там следует учиться постоянно.
[10] 'Meditare mortem': qui hoc dicit meditari libertatem iubet. Qui mori didicit servire dedidicit; supra omnem potentiam est, certe extra omnem. Quid ad illum carcer et custodia et claustra? liberum ostium habet. Una est catena quae nos alligatos tenet, amor vitae, qui ut non est abiciendus, ita minuendus est, ut si quando res exiget, nihil nos detineat nec impediat quominus parati simus quod quandoque faciendum est statim facere. Vale.	(10) "Размышляй о смерти!" - Кто говорит так, тот велит нам размышлять о свободе. Кто научился смерти, тот разучился быть рабом. Он выше всякой власти и уж наверное вне всякой власти. Что ему тюрьма и стража, и затворы? Выход ему всегда открыт! Есть лишь одна цепь, которая держит нас на привязи, - любовь к жизни. Не нужно стремиться от этого чувства избавиться, но убавить его силу нужно: тогда, если обстоятельства потребуют, нас ничего не удержит и не помешает нашей готовности немедля сделать то, что когда-нибудь все равно придется сделать. Будь здоров.

XXVII

[1] 'Tu me' inquis 'mones? iam enim te ipse monuisti, iam correxisti? ideo aliorum emendationi vacas?' Non sum tam improbus ut curationes aeger obeam, sed, tamquam in eodem valetudinario iaceam, de communi tecum malo colloquor et remedia communico. Sic itaque me audi tamquam mecum loquar; in secretum te meum admitto et te adhibito mecum exigo.	(1) "Ты поучаешь меня, - скажешь ты. - Не потому ли, что сам уже исправился через собственные поучения и теперь тебе хватает времени искоренять чужие пороки?" - Я не так бесчестен, чтобы, сам будучи нездоров, лечить других. Просто я как будто хвораю в одной комнате с тобою и беседую о нашем общем недуге, советуя разные лекарства. Слушай же меня так, словно я говорю с самим собой. Я впускаю тебя в мой тайник и, пользуясь твоим

	присутствием, нападаю на самого себя.
[2] Clamo mihi ipse, 'numera annos tuos, et pudebit eadem velle quae volueras puer, eadem parare. Hoc denique tibi circa mortis diem praesta: moriantur ante te vitia. Dimitte istas voluptates turbidas, magno luendas: non venturae tantum sed praeteritae nocent. Quemadmodum scelera etiam si non sunt deprehensa cum fierent, sollicitudo non cum ipsis abit, ita improbarum voluptatum etiam post ipsas paenitentia est. Non sunt solidae, non sunt fideles; etiam si non nocent, fugiunt.	(2) Себе я кричу: "Сочти свои годы - и постыдись желать того же, чего желал мальчишкой, и то же самое запасать. Хоть одно сделай ради себя, пока не пришел смертный час: пусть твои пороки умрут прежде тебя. Откажись от беспокойных наслаждений, за которые приходится платить так дорого: ведь все они вредны - не только будущие, но и минувшие. Как у злодеев, даже не пойманных с поличным, и после преступления не проходит тревога, так после нечистых наслаждений раскаяние остается и долго спустя. В них нет ни прочности, ни верности: даже те, что не вредят, мимолетны.
[3] Aliquod potius bonum mansurum circumspice; nullum autem est nisi quod animus ex se sibi invenit. Sola virtus praestat gaudium perpetuum, securum; etiam si quid obstat, nubium modo intervenit, quae infra feruntur nec umquam diem vincunt.'	(3) Лучше поищи непреходящее благо! А такого нет, кроме тех благ, которые душа обретает в самой себе. Одна лишь добродетель дает нам радость долговечную и надежную: все, что мешает ей, подобно облаку, которое проносится низко и не может одолеть дневной свет".
[4] Quando ad hoc gaudium pervenire continget? non quidem cessatur adhuc, sed festinetur. Multum restat operis, in quod ipse necesse est vigiliam, ipse laborem tuum impendas, si effici cupis; delegationem res ista non recipit.	(4) Когда же удастся настигнуть эту радость? И раньше в этом деле не мешкали, но нужно еще поспешить. Сделать остается так много, что непременно нужны твое усердие и твои труды, если ты хочешь чего-нибудь добиться. На других это дело не переложишь.
[5] Aliud litterarum genus adiutorium admittit Calvisius Sabinus memoria nostra fuit dives; et patrimonium habebat libertini et ingenium; numquam vidi hominem beatum indecentius. Huic memoria tam mala erat ut illi nomen modo Ulixis excideret, modo Achillis, modo Priami, quos tam bene noverat quam paedagogos nostros novimus. Nemo vetulus nomenclator, qui nomina non reddit sed imponit, tam perperam tribus quam ille Troianos et Achivos persalutabat.	(5) Чужая помощь возможна в другой, не в этой науке. Жил еще на нашей памяти богач Кальвизий Сабин1. И по богатству своему, и по складу души это был настоящий вольноотпущенник. Никогда не видел я человека столь непристойного в своем блаженстве. Память у него была такая плохая, что он то и дело забывал имена Улисса, либо Ахилла, либо Приама, которых мы знаем2 не хуже, чем рабов, приставленных к нам с детства. Никакой старик-номенклатор, который вместо того, чтобы вспоминать имена, выдумывает их, не приветствовал граждан до того невпопад, как Сабин -

	троянцев и ахеян. А хотелось ему слыть знатоком.
[6] Nihilominus eruditus volebat videri. Hanc itaque compendiariam excogitavit: magna summa emit servos, unum qui Homerum teneret, alterum qui Hesiodum; novem praeterea lyricis singulos assignavit. Magno emisse illum non est quod mireris: non invenerat, faciendos locavit. Postquam haec familia illi comparata est, coepit convivas suos inquietare. Habebat ad pedes hos, a quibus subinde cum peteret versus quos referret, saepe in medio verbo excidebat.	(6) И вот какое средство он придумал: купив за большие деньги рабов, одного он заставил заучить Гомера, второго - Гесиода, еще девятерых распределил он по одному на каждого лирика3. Чему удивляться, если они дорого обошлись ему? Ведь таких рабов не найти, их готовили для него на заказ. Собрав у себя эту челядь, стал он донимать гостей за столом. В изножье у него стояли слуги, у которых он спрашивал те стихи, что хотел прочесть, - и все-таки запинался на полуслове.
[7] Suasit illi Satellius Quadratus, stultorum divitum arrosor et, quod sequitur, arrisor, et, quod duobus his adiunctum est, derisor, ut grammaticos haberet analectas. Cum dixisset Sabinus centenis millibus sibi constare singulos servos, 'minoris' inquit 'totidem scrinia emisses'. Ille tamen in ea opinione erat ut putaret se scire quod quisquam in domo sua sciret.	(7) Сателлий Квадрат, прихлебатель богатых глупцов, который перед ними пресмыкался и (ведь без того невозможно!) над ними насмехался, посоветовал ему поставить грамматиков сборщиками упавших объедков. А когда Сабин сказал, что каждый раб обошелся ему в сто тысяч. Квадрат отвечал: "Столько же книжных ларей ты мог бы купить дешевле!" Но тот все же упорно считал, что знания каждого из его домочадцев - это его знания.
[8] Idem Satellius illum hortari coepit ut luctaretur, hominem aegrum, pallidum, gracilem. Cum Sabinus respondisset, 'et quomodo possum? vix vivo', 'noli, obsecro te' inquit 'istuc dicere: non vides quam multos servos valentissimos habeas?' Bona mens nec commodatur nec emitur; et puto, si venalis esset, non haberet emptorem: at mala cotidie emitur.	(8) Тот же Сателлий стал подзадоривать Сабина, человека больного, изможденного и хилого, заняться борьбой. А когда тот ответил: "Как же я смогу? Я и так еле жив!" - он сказал: "Во имя богов, не смей так говорить. Разве ты не видишь, сколько у тебя здоровенных рабов?" Совершенство духа нельзя ни взять взаймы, ни купить, а если бы оно и продавалось, все равно, я думаю, не нашлось бы покупателя. Зато низость покупается ежедневно.
[9] Sed accipe iam quod debeo et vale. 'Divitiae sunt ad legem naturae composita paupertas.' Hoc saepe dicit Epicurus aliter atque aliter, sed numquam nimis dicitur quod num quam satis discitur; quisbusdam remedia monstranda, quibusdam inculcanda sunt. Vale.	(9) Получи теперь то, что я должен, и прощай. "Бедность, живущая по закону природы, - это богатство". Эпикур часто повторял эту мысль, всегда по-новому. Но не беда сказать лишний раз, если этому сколько ни учись, все мало. Одним довольно лекарство указать, другим нужно его навязывать. Будь здоров.

XXVIII

[1] Hoc tibi soli putas accidisse et admiraris quasi rem novam quod peregrinatione tam longa et tot locorum varietatibus non discussisti tristitiam gravitatemque mentis? Animum debes mutare, non caelum. Licet vastum traieceris mare, licet, ut ait Vergilius noster,	(1) Ты полагаешь, будто ни с кем, кроме тебя, такого не бывало, и, словно делу невиданному, удивляешься тому, что и долгое странствие, и перемена мест не рассеяли твоей тоски и угнетенности духа. Но менять надо не небо, а душу! Пусть бы ты уехал за широкие моря, пусть бы, как говорит наш Вергилий "Столько же книжных ларей ты мог бы купить дешевле!" Но тот все же упорно считал, что знания каждого из его домочадцев - это его знания.
terraeque urbesque recedant, sequentur te quocumque perveneris vitia.	
	(8) Тот же Сателлий стал подзадоривать Сабина, человека больного, изможденного и хилого, заняться борьбой. А когда тот ответил: "Как же я смогу? Я и так еле жив!" - он сказал: "Во имя богов, не смей так говорить. Разве ты не видишь, сколько у тебя здоровенных рабов?" Совершенство духа нельзя ни взять взаймы, ни купить, а если бы оно и продавалось, все равно, я думаю, не нашлось бы покупателя. Зато низость покупается ежедневно.
	(9) Получи теперь то, что я должен, и прощай. "Бедность, живущая по закону природы, - это богатство". Эпикур часто повторял эту мысль, всегда по-новому. Но не беда сказать лишний раз, если этому сколько ни учись, все мало. Одним довольно лекарство указать, другим нужно его навязывать. Будь здоров., "города и берег исчезли", - за тобою везде, куда бы ты ни приехал, последуют твои пороки.
[2] Hoc idem querenti cuidam Socrates ait, 'quid miraris nihil tibi peregrinationes prodesse, cum te circumferas? premit te eadem causa quae expulit'. Quid terrarum iuvare novitas potest? quid cognitio urbium aut locorum? in irritum cedit ista	(2) То же самое ответил на чей-то вопрос и Сократ: "Странно ли, что тебе нет никакой пользы от странствий, если ты повсюду таскаешь самого себя?" - Та же причина, что погнала тебя в путь, гонится за тобою. Что толку искать новых мест, впервые

iactatio. Quaeris quare te fuga ista non adiuvet? tecum fugis. Onus animi deponendum est: non ante tibi ullus placebit locus.	видеть города и страны? Сколько ни разъезжай, все пропадет впустую. Ты спросишь, почему тебе невозможно спастись бегством? От себя не убежишь! Надо сбросить с души ее груз, а до того ни одно место тебе не понравится.
[3] Talem nunc esse habitum tuum cogita qualem Vergilius noster vatis inducit iam concitatae et instigatae multumque habentis se spiritus non sui:	(3) Пойми, ты теперь в таком же состоянии, как та пророчица, которую наш Вергилий изобразил исступленной и воспламененной чужим духом, почти уже овладевшим ею:
bacchatur vates, magnum si pectore possit excussisse deum.	Точно вакханка, она по пещере мечется, будто Бога может изгнать из сердца.
Vadis huc illuc ut excutias insidens pondus quod ipsa iactatione incommodius fit, sicut in navi onera immota minus urgent, inaequaliter convoluta citius eam partem in quam incubuere demergunt. Quidquid facis, contra te facis et motu ipso noces tibi; aegrum enim concutis.	И ты мечешься туда и сюда, чтобы сбросить давящее бремя, а оно, чем больше ты скитаешься, тем делается тягостнее. Так менее тяжек для корабля груз, закрепленный неподвижно, а груз, наваленный неравномерно, перевешивает на один борт и скорее топит судно. Что бы ты ни сделал, все обернется против тебя, самими разъездами ты вредишь себе: ведь больному не даешь ты покоя.
[4] At cum istuc exemeris malum, omnis mutatio loci iucunda fiet; in ultimas expellaris terras licebit, in quolibet barbariae angulo colloceris, hospitalis tibi illa qualiscumque sedes erit. Magis quis veneris quam quo interest, et ideo nulli loco addicere debemus animum. Cum hac persuasione vivendum est: 'non sum uni angulo natus, patria mea totus hic mundus est'.	(4) Зато когда избудешь эту беду, всякая перемена мест станет тебе приятна. Пусть тебя сошлют на край земли, пусть заставят жить в любой глуши у варваров, - такое пристанище, вопреки всему, окажется для тебя гостеприимным. Важно, каким ты приезжаешь, а не куда приезжаешь, - и поэтому ни к одному месту не должны мы привязываться всей душой. Надо жить с таким убеждением: "Не для одного уголка я рожден: весь мир мне отчизна"3.
[5] Quod si liqueret tibi, non admirareris nil adiuvari te regionum varietatibus in quas subinde priorum taedio migras; prima enim quaeque placuisset si omnem tuam crederes. Nunc [non] peregrinaris sed erras et ageris ac locum ex loco mutas, cum illud quod quaeris, bene vivere, omni loco positum sit.	(5) Будь тебе это ясно, ты не стал бы удивляться, что не помогает новизна мест, когда ты, наскучив одной страной, перебираешься в другую: ведь и первая пришлась бы тебе по душе, если б ты все считал своим. А сейчас ты не путешествуешь, но скитаешься и мечешься, гонимый с места на место поисками того, что есть везде: ведь всюду нам дано жить

	правильно.
[6] Num quid tam turbidum fieri potest quam forum? ibi quoque licet quiete vivere, si necesse sit. Sed si liceat disponere se, conspectum quoque et viciniam fori procul fugiam; nam ut loca gravia etiam firmissimam valetudinem temptant, ita bonae quoque menti necdum adhuc perfectae et convalescenti sunt aliqua parum salubria.	(6) Есть ли что суетливей форума? Но и там можно жить спокойно, если деться некуда. Хотя, если б можно было располагать собою, я бежал бы от одного вида, не то что от соседства форума: как есть гиблые места, подтачивающие самое крепкое здоровье, так есть места вредные для тех, чей дух хотя и благороден, но еще не совершенен и до конца не излечен.
[7] Dissentio ab his qui in fluctus medios eunt et tumultuosam probantes vitam cotidie cum difficultatibus rerum magno animo colluctantur. Sapiens feret ista, non eliget, et malet in pace esse quam in pugna; non multum prodest vitia sua proiecisse, si cum alienis rixandum est.	(7) Я не согласен с теми, кто бросается в волны и, любя жизнь беспокойную, каждый день мужественно сражается с трудностями. Мудрый терпит такую участь, но не выбирает ее и предпочитает мир сражению. Мало пользы избавиться от своих пороков, если приходится спорить с чужими! -
[8] 'Triginta' inquit 'tyranni Socraten circumsteterunt nec potuerunt animum eius infringere.' Quid interest quot domini sint? servitus una est; hanc qui contempsit in quanta libet turba dominantium liber est.	(8) "Тридцать тиранов4 окружали Сократа - и не сломили его мужества". - Разве дело в том, сколько господ? Рабство всегда одно! Кто его презрел, тот и в толпе повелителей будет свободен.
[9] Tempus est desinere, sed si prius portorium solvero. 'Initium est salutis notitia peccati.' Egregie mihi hoc dixisse videtur Epicurus; nam qui peccare se nescit corrigi non vult; deprehendas te oportet antequam emendes.	(9) Пора кончать письмо, но прежде надо заплатить пошлину. "Знать свой изъян - первый шаг к здоровью". - По-моему, замечательны эти слова Эпикура. Ведь кто не знает за собой изъяна, тот не желает его искоренить. Сперва следует изобличить себя, потом исправляться.
[10] Quidam vitiis gloriantur: tu existimas aliquid de remedio cogitare qui mala sua virtutum loco numerant? Ideo quantum potes te ipse coargue, inquire in te; accusatoris primum partibus fungere, deinde iudicis, novissime deprecatoris; aliquando te offende. Vale.	(10) А те, которые хвалятся пороками, - неужели, по-твоему, думают они о лекарствах, если считают свои грехи добродетелями? Поэтому, сколько можешь, сам себя выводи на чистую воду, ищи против себя улик! Сначала выступи обвинителем, потом - судьей и только под конец - ходатаем. Иногда стоит самому себе быть обидчиком! Будь здоров.

XXIX

[1] De Marcellino nostro quaeris et vis scire quid agat. Raro ad nos venit, non ulla alia ex causa quam quod audire verum timet, a quo periculo iam abest;	(1) Ты спрашиваешь о нашем Марцеллине1 и хочешь узнать, что он поделывает. Он редко к нам заходит - по той одной причине, что боится

nulli enim nisi audituro dicendum est. Ideo de Diogene nec minus de aliis Cynicis qui libertate promiscua usi sunt et obvios [quosque] monuerunt dubitari solet an hoc facere debuerint. Quid enim, si quis surdos obiurget aut natura morbove mutos?	услышать правду. Но эта опасность ему уже не грозит: ведь незачем разговаривать с тем, кто не станет слушать. Потому-то нередко и сомневаются насчет Диогена и прочих киников, которые со всеми чувствовали себя вольно и увещевали каждого встречного: следовало ли им делать так?
[2] 'Quare' inquis 'verbis parcam? gratuita sunt. Non possum scire an ei profuturus sim quem admoneo: illud scio, alicui me profuturum, si multos admonuero. Spargenda manus est: non potest fieri ut non aliquando succedat multa temptanti.'	(2) Что толку выговаривать глухому или немому от рождения либо от болезни? - Ты спросишь: "К чему мне беречь слова? Ведь они ничего не стоят! Мне не дано знать, помогут ли мои уговоры тому или этому, но я знаю, что, уговаривая многих, кому-нибудь да помогу. Нужно всякому протягивать руку, и не может быть, чтобы из многих попыток ни одна не принесла успеха". -
[3] Hoc, mi Lucili, non existimo magno viro faciendum: diluitur eius auctoritas nec habet apud eos satis ponderis quos posset minus obsolefacta corrigere. Sagittarius non aliquando ferire debet, sed aliquando deerrare; non est ars quae ad effectum casu venit. Sapientia ars est: certum petat, eligat profecturos, ab iis quos desperavit recedat, non tamen cito relinquat et in ipsa desperatione extrema remedia temptet.	(3) Нет, Луцилий, я не думаю, чтобы великому человеку следовало так поступать: влияние его будет подорвано и потеряет силу среди тех, кого могло бы исправить, не будь оно прежде изношено. Стрелок из лука должен не изредка попадать, но изредка давать промах. Если цели достигаешь случайно - какое же это искусство! А мудрость - искусство: пусть она метит наверняка, пусть выбирает таких, кто на что-то способен, и отступится от тех, в ком отчаялась, но не сразу, а испробовав последние средства даже после того, как отчается.
[4] Marcellinum nostrum ego nondum despero; etiam nunc servari potest, sed si cito illi manus porrigitur. Est quidem periculum ne porrigentem trahat; magna in illo ingeni vis est, sed iam tendentis in pravum. Nihilominus adibo hoc periculum et audebo illi mala sua ostendere.	(4) В Марцеллине я пока еще не отчаялся. Его и сейчас можно спасти, но только если немедля протянуть ему руку. Правда, есть опасность, что он и спасителя утянет, - так велики его дарования, уже обратившиеся, однако, к пороку. Все же я пойду на риск и осмелюсь показать ему все его язвы.
[5] Faciet quod solet: advocabit illas facetias quae risum evocare lugentibus possunt, et in se primum, deinde in nos iocabitur; omnia quae dicturus sum occupabit. Scrutabitur scholas nostras et obiciet philosophis congiaria, amicas, gulam;	(5) Он поступит, как всегда: призовет на помощь свои шуточки, от которых и скорбящий рассмеется, будет потешаться сперва над собой, потом над нами, заранее скажет все, что я собирался сказать. Он обыщет все наши школы и каждого философа

	попрекнет подачкой, подружкой, лакомством; одного он покажет мне в постели, другого - в кабачке, третьего - в прихожей.
[6] ostendet mihi alium in adulterio, alium in popina, alium in aula; ostendet mihi lepidum philosophum Aristonem, qui in gestatione disserebat - hoc enim ad edendas operas tempus exceperat. De cuius secta cum quaereretur, Scaurus ait 'utique Peripateticus non est'. De eodem cum consuleretur Iulius Graecinus, vir egregius, quid sentiret, 'non possum' inquit Otibi dicere; nescio enim quid de gradu faciat', tamquam de essedario interrogaretur.	(6) Он покажет мне славного философа Аристона2, который читал свои рассуждения только с носилок, потому что другого времени для обнародования своих трудов выбрать не мог. Когда Скавра3 спросили, к какому учению примыкает Аристон, тот сказал: "Уж во всяком случае не к перипатетикам!"4 Когда осведомились, что думает о том же Юлий Греции 5, человек замечательный, он ответил, будто речь шла о гладиаторе в колеснице: "Не могу сказать; ведь я не знаю, на что он способен пешим".
[7] Hos mihi circulatores qui philosophiam honestius neglexissent quam vendunt in faciem ingeret. Constitui tamen contumelias perpeti: moveat ille mihi risum, ego fortasse illi lacrimas movebo, aut si ridere perseverabit, gaudebo tamquam in malis quod illi genus insaniae hilare contigerit. Sed non est ista hilaritas longa: observa, videbis eosdem intra exiguum tempus acerrime ridere et acerrime rabere.	(7) Он будет колоть мне глаза именами всех бродячих шутов, которым лучше бы вовсе не заниматься философией, чем торговать ею. Но я решил стерпеть все обиды. Пусть он меня рассмешит, - я, может быть, заставлю его плакать, а если он не перестанет смеяться, то я, как ни плохо дело, порадуюсь, что его постиг такой веселый род безумия. Впрочем, веселость эта ненадолго: присмотрись к такому человеку и увидишь, как безудержный смех через мгновенье сменяется безудержным бешенством.
[8] Propositum est aggredi illum et ostendere quanto pluris fuerit cum multis minoris videretur. Vitia eius etiam si non excidero, inhibebo; non desinent, sed intermittent fortasse autem et desinent, si intermittendi consuetudinem fecerint. Non est hoc ipsum fastidiendum, quoniam quidem graviter affectis sanitatis loco est bona remissio.	(8) Я намерен взяться за него и доказать, насколько выше была бы ему цена, когда б толпа ценила его пониже. Если я и не искореню его пороки, то обуздаю их: пусть они не исчезнут, но хоть уйдут на время, - а может быть, они и исчезнут, если привыкнут уходить. Да и передышками нельзя пренебрегать: тяжелобольным временное улучшение заменяет здоровье.
[9] Dum me illi paro, tu interim, qui potes, qui intellegis unde quo evaseris et ex eo suspicaris quousque sis evasurus, compone mores tuos, attolle animum, adversus formidata consiste; numerare eos noli qui tibi metum faciunt. Nonne videatur stultus, si quis	(9) А пока я готовлюсь взяться за него, ты сам - ведь ты и можешь, и понимаешь, от чего ушел и к чему пришел, и поэтому догадываешься, куда придешь впредь, - ты сам совершенствуй свой нрав, возвышай душу, будь стоек, что бы тебя ни

multitudinem eo loco timeat per quem transitus singulis est? aeque ad tuam mortem multis aditus non est licet illam multi minentur. Sic istuc natura disposuit: spiritum tibi tam unus eripiet quam unus dedit.	пугало. Не смей пересчитывать всех, кто тебе страшен. Не глуп ли, по-твоему, тот, кто боится многих там, где можно пройти лишь поодиночке? Так же и к твоей смерти доступ открыт только одному, сколько бы врагов тебе ни угрожало. Так уж устроила природа: одну жизнь она тебе дала, одну и отнимет.
[10] Si pudorem haberes, ultimam mihi pensionem remisisses; sed ne ego quidem me sordide geram in finem aeris alieni et tibi quod debeo impingam. ONumquam volui populo placere; nam quae ego scio non probat populus, quae probat populus ego nescio.'	(10) Был бы в тебе стыд, - ты отсрочил бы мне последний взнос. Но и я не буду скряжничать, погашая остаток долга, и вручу тебе все, что с меня следует. - "Никогда я не хотел нравиться народу - ведь народ не любит того, что я знаю, а я не знаю того, что любит народ". -
[11] OQuis hoc?' inquis, tamquam nescias cui imperem. Epicurus; sed idem hoc omnes tibi ex omni domo conclamabunt, Peripatetici, Academici, Stoici, Cynici. Quis enim placere populo potest cui placet virtus? malis artibus popularis favor quaeritur. Similem te illis facias oportet: non probabunt nisi agnoverint. Multo autem ad rem magis pertinet qualis tibi videaris quam aliis; conciliari nisi turpi ratione amor turpium non potest.	(11) "Кто же это?" - спросишь ты. Как будто тебе неизвестно, кому я приказываю. - Эпикуру! Но то же самое подтвердят тебе в один голос из всех домов: и перипатетики, и академики, и стоики, и киники. Как может быть дорог народу тот, кому дорога добродетель? Благосклонность народа иначе, как постыдными уловками, не приобретешь. Толпе нужно уподобиться: не признав своим, она тебя и не полюбит. Дело не в том, каким ты кажешься прочим, а в том, каким сам себе кажешься. Только низким путем можно снискать любовь низких.
[12] Quid ergo illa laudata et omnibus praeferenda artibus rebusque philosophia praestabit? scilicet ut malis tibi placere quam populo, ut aestimes iudicia, non numeres, ut sine metu deorum hominumque vivas, ut aut vincas mala aut finias. Ceterum, si te videro celebrem secundis vocibus vulgi, si intrante te clamor et plausus, pantomimica ornamenta, obstrepuerint, si tota civitate te feminae puerique laudaverint, quidni ego tui miserear, cum sciam quae via ad istum favorem ferat? Vale.	(12) Что же даст тебе хваленая философия, высочайшая из всех наук и искусств? А вот что: ты предпочтешь нравиться самому себе, а не народу, будешь взвешивать суждения, а не считать их, будешь жить, не боясь ни богов, ни людей, и либо победишь беды, либо положишь им конец. А если я увижу, что благосклонные голоса толпы превозносят тебя, если при твоем появлении поднимаются крики и рукоплескания, какими награждают мимов, если тебя по всему городу будут расхваливать женщины и мальчишки, - как же мне не пожалеть тебя? Ведь я знаю, каким путем попадают во всеобщие любимцы! Будь здоров.

XXX

[1] Bassum Aufidium, virum optimum, vidi quassum, aetati obluctantem. Sed iam plus illum degravat quam quod possit attolli; magno senectus et universo pondere incubuit. Scis illum semper infirmi corporis et exsucti fuisse; diu illud continuit et, ut verius dicam, concinnavit: subito defecit. Quemadmodum in nave quae sentinam trahit uni rimae aut alteri obsistitur, ubi plurimis locis laxari coepit et cedere, succurri non potest navigio dehiscenti, ita in senili corpore aliquatenus imbecillitas sustineri et fulciri potest. Ubi tamquam in putri aedificio omnis iunctura diducitur, et dum alia excipitur, alia discinditur, circumspiciendum est quomodo exeas. Bassus tamen noster alacer animo est: hoc philosophia praestat, in conspectu mortis hilarem [esse] et in quocumque corporis habitu fortem laetumque nec deficientem quamvis deficiatur. Magnus gubernator et scisso navigat velo et, si exarmavit, tamen reliquias navigii aptat ad cursum. Hoc facit Bassus noster et eo animo vultuque finem suum spectat quo alienum spectare nimis securi putares. Magna res est, Lucili, haec et diu discenda, cum adventat hora illa inevitabilis, aequo animo abire. Alia genera mortis spei mita sunt: desinit morbus, incendium exstinguitur, ruina quos videbatur oppressura deposuit; mare quos hauserat eadem vi qua sorbebat eiecit incolumes; gladium miles ab ipsa perituri cervice re vocavit: nil habet quod speret quem senectus ducit ad mortem; huic uni intercedi non potest. Nullo genere homines mollius moriuntur sed nec diutius.	(1) Повидал я Ауфидия Басса1: этот превосходный человек изнемог в борьбе со старостью. Она гнетет его слишком сильно, чтобы ему подняться, - таким тяжелым и все подавляющим бременем налегли годы. Ты знаешь, что он и всегда был слаб здоровьем и хил, однако долго держался или, вернее, поддерживал себя - и вдруг сдал. (2) Как кораблю, который дал течь, не опасны одна-две трещины, но когда он расшатается и разойдется во многих местах, то рассевшегося днища уже не поправить, - так и старческую немощь до поры можно терпеть и даже найти ей подпоры, но когда, словно в трухлявой постройке, все швы расползаются и, пока чинишь одно, другое разваливается, тут уж надо думать о том, как бы уйти. (3) Но наш Басе бодр духом. Вот что дает философия: веселость, несмотря на приближение смерти, мужество и радость, несмотря на состояние тела, силу, несмотря на бессилие. Хороший кормчий плывет и с изодранным парусом, и даже когда снасти сорвет, он приспособит, что осталось, и плывет дальше. Так же поступает и наш Басе. Свою кончину он встречает с такой безмятежностью в душе и взоре, что всякого, кто так смотрел бы на чужую смерть, ты счел бы слишком уж спокойным. (4) А ведь это великое дело, Луцилий, и долго надо ему учиться, - когда придет неизбежный срок, уйти со спокойной душою. Любой род смерти оставляет надежду: болезнь проходит, пожар гаснет, обрушившийся дом плавно опускает тех, кого грозил раздавить, море, поглотившее пловцов, выбрасывает их невредимыми с тою же силой, с какой затянуло вглубь, воин отводит меч, уже коснувшийся шеи жертвы. Не на что надеяться только тому, кого к смерти ведет старость: тут никто не может вмешаться. Этот род смерти -

	самый безболезненный, но и самый долгий.
[5] Bassus noster videbatur mihi prosequi se et componere et vivere tamquam superstes sibi et sapienter ferre desiderium sui. Nam de morte multa loquitur et id agit sedulo ut nobis persuadeat, si quid incommodi aut metus in hoc negotio est, morientis vitium esse, non mortis; non magis in ipsa quicquam esse molestiae quam post ipsam.	(5) Мне казалось, что наш Басе сам себя проводил в могилу и, пережив самого себя, переносит разлуку, как мудрец. Он много говорит о смерти и делает это нарочно, желая убедить нас в том, что, если и есть в этом деле что-нибудь неприятное и страшное, то виноват умирающий, а не сама смерть, в которой не больше тяжелого, чем после смерти.
[6] Tam demens autem est qui timet quod non est passurus quam qui timet quod non est sensurus. An quis quam hoc futurum credit, ut per quam nihil sentiatur, ea sentiatur? 'Ergo' inquit 'mors adeo extra omne malum est ut sit extra omnem malorum metum.'	(6) Одинаковое безумие - бояться того, что не принесет страданий, и того, чего нельзя и почувствовать. Неужели кто-нибудь думает, что можно почувствовать ту, благодаря которой перестают чувствовать? "Поэтому, - заключает Басе, смерть стоит за пределами зла, а значит - и страха перед злом".
[7] Haec ego scio et saepe dicta et saepe dicenda, sed neque cum legerem aeque mihi profuerunt neque cum audirem iis dicentibus qui negabant timenda a quorum metu aberant: hic vero plurimum apud me auctoritatis habuit, cum loqueretur de morte vicina.	(7) Я знаю, такие слова часто повторяли и должны повторять: но они не помогали мне, ни когда я их читал, ни когда слышал от людей, объявлявших нестрашным то, чего им самим еще не приходилось бояться. А его речь была для меня особенно убедительна, потому что говорил он о собственной близкой смерти. -
[8] Dicam enim quid sentiam: puto fortiorem esse eum qui in ipsa morte est quam qui circa mortem. Mors enim admota etiam imperitis animum dedit non vitandi inevitabilia; si gladiator tota pugna timidissimus iugulum adversario praestat et errantem gladium sibi attemperat. At illa quae in propinquo est utique ventura desiderat lentam animi firmitatem, quae est rarior nec potest nisi a sapiente praestari.	(8) Скажу тебе, что думаю: по-моему, умирая, человек мужественнее, чем перед смертью. Когда смерть пришла, она и невежде даст силу духа не бежать от неизбежного. Так гладиатор, самый робкий во все время боя, подставляет горло противнику и сам направляет неверный меч. А та смерть, что близка и наверняка придет, требует долгой стойкости духа, качества редкого, которое может явить лишь мудрец.
[9] Libentissime itaque illum audiebam quasi ferentem de morte: sententiam et qualis esset eius natura velut propius inspectae indicantem. Plus, ut puto, fidei haberet apud te, plus ponderis, si quis revixisset et in morte nihil mali esse narraret expertus: accessus mortis quam perturbationem afferat optime tibi	(9) Поэтому я с особой охотой слушал, как он выносит приговор смерти и судит о природе той, которую видел вблизи. Я полагаю, больше веры у тебя заслужил бы тот, кто ожил и, зная на опыте, рассказал бы, что в смерти нет никакого зла. А сколько смятения приносит приближающаяся

hi dicent qui secundum illam steterunt, qui venientem et viderunt et receperunt.	смерть, лучше всех объяснят те, кто был с нею рядом, видел ее приход и встретил ее.
[10] Inter hos Bassum licet numeres, qui nos decipi noluit. Is ait tam stultum esse qui mortem timeat quam qui senectutem; nam quemadmodum senectus adulescentiam sequitur, ita mors senectutem. Vivere noluit qui mori non vult; vita enim cum exceptione mortis data est; ad hanc itur. Quam ideo timere dementis est quia certa exspectantur, dubia metuuntur.	(10) К ним можно причислить Басса, который не хочет, чтобы мы оставались в заблуждении, и говорит, что бояться смерти так же глупо, как бояться старости. Ведь так же, как за молодостью идет старость, следом за старостью приходит смерть. Кто не хочет умирать, тот не хотел жить. Ибо жизнь дана нам под условием смерти и сама есть лишь путь к ней. Поэтому глупо ее бояться: ведь известного мы заранее ждем, а страшимся лишь неведомого.
[11] Mors necessitatem habet aequam et invictam: quis queri potest in ea condicione se esse in qua nemo non est? prima autem pars est aequitatis aequalitas. Sed nunc supervacuum est naturae causam agere, quae non aliam voluit legem nostram esse quam suam: quid quid composuit resolvit, et quidquid resolvit componit iterum.	(11) Неизбежность же смерти равна для всех и непобедима. Можно ли пенять на свой удел, если он такой же, как у всех? Равенство есть начало справедливости. Значит, незачем защищать от обвинения природу, которая не пожелала, чтобы мы жили не по ее закону. А она созданное уничтожает, уничтоженное создает вновь.
[12] Iam vero si cui contigit ut illum senectus leviter emitteret, non repente avulsum vitae sed minutatim subductum, o ne ille agere gratias diis omnibus debet quod satiatus ad requiem homini necessariam, lasso gratam perductus est. Vides quosdam optantes mortem, et quidem magis quam rogari solet vita. Nescio utros existimem maiorem nobis animum dare, qui deposcunt mortem an qui hilares eam quietique opperiuntur, quoniam illud ex rabie interdum ac repentina indignatione fit, haec ex iudicio certo tranquillitas est. Venit aliquis ad mortem iratus: mortem venientem nemo hilaris excepit nisi qui se ad illam diu composuerat.	(12) Если же кого-нибудь старость кротко отправит прочь, не вырвав внезапно из жизни, но уведя из нее незаметно, - разве тот, кому такое выпало на долю, не должен благодарить всех богов, отославших его, сытого, на покой, всякому человеку необходимый, а усталому - отрадный? Ты видишь, иные зовут смерть с большим пылом, чем обычно молят о продлении жизни. Однако я не знаю, от кого мы почерпнем больше мужества: от тех ли, кто ищет смерти, или от тех, кто весело и спокойно ждет ее, потому что первыми движет порой смятение чувств и внезапное негодование, а спокойствие вторых рождено непреложным суждением. Иногда человека гонит к смерти гнев; но весело встретит ее приход только тот, кто готовился к ней задолго.
[13] Fateor ergo ad hominem mihi carum ex pluribus me causis	(13) Итак, признаюсь, я бываю у этого дорогого мне человека так часто по

frequentius venisse, ut scirem an illum totiens eundem invenirem, numquid cum corporis viribus minueretur animi vigor; qui sic crescebat illi quomodo manifestior notari solet agitatorum laetitia cum septimo spatio palmae appropinquat.	многим причинам; мне хочется знать, найду ли я его и на сей раз прежним или же стойкость духа иссякает вместе с силами тела. Но она у него все росла, так же как на глазах у всех растет радость возниц, когда они на седьмом круге2 приближаются к победе.
[14] Dicebat quidem ille Epicuri praeceptis obsequens, primum sperare se nullum dolorem esse in illo extremo anhelitu; si tamen esset, habere aliquantum in ipsa brevitate solacii; nullum enim dolorem longum esse qui magnus est. Ceterum succursurum sibi etiam in ipsa distractione animae corporis que, si cum cruciatu id fieret, post illum dolorem se dolere non posse. Non dubitare autem se quin senilis anima in primis labris esset nec magna vi distraheretur a corpore. 'Ignis qui alentem materiam occupavit aqua et interdum ruina exstinguendus est: ille qui alimentis deficitur sua sponte subsidit.'	(14) Верный наставлениям Эпикура, он говорил мне так: можно надеяться, что последний вздох излетает без боли, а если боль и есть, то хоть некоторое утешение заключено в ее краткости, - потому что сильная боль не бывает долгой. В самый миг расставания души с телом, - если это мучительно, - ему поможет мысль, что после этой боли уже ничего болеть не будет. Но, впрочем, он не сомневается, что душа старика держится на волоске и, чтобы вырвать ее из тела, большой силы не нужно. Если огонь охватил крепкий дом, то надо гасить его, заливая водой или обрушив постройку, но там, где ему не хватает пищи, он сам гаснет. -
[15] Libenter haec, mi Lucili, audio non tamquam nova, sed tamquam in rem praesentem perductus. Quid ergo? non multos spectavi abrumpentes vitam? Ego vero vidi, sed plus momenti apud me habent qui ad mortem veniunt sine odio vitae et admittunt illam, non attrahunt.	(15) Я особенно охотно слушаю это, Луцилий, не потому что оно ново, но потому что воочию вижу все на деле. В чем же суть? Разве мало я наблюдал людей, добровольно обрывавших свою жизнь? Видеть-то я их видел, но для меня убедительнее пример тех, кто идет к смерти без ненависти к жизни, кто принимает, а не призывает кончину.
[16] Illud quidem aiebat tormentum nostra nos sentire opera, quod tunc trepidamus cum prope a nobis esse credimus mortem: a quo enim non prope est, parata omnibus locis omnibusque momentis? 'Sed consideremus' inquit 'tunc cum aliqua causa moriendi videtur accedere, quanto aliae propiores sint quae non timentur.'	(16) "Мучимся мы, - говорил он, - по своей вине, оттого что трепещем, когда думаем, что смерть близко. Но бывает ли далеко та, что подстерегает нас в любом месте и в любой миг? Едва нам покажется, что по какой-то причине приблизилась смерть, лучше подумаем о других, еще более близких причинах, которых мы не боимся". - Враг угрожал смертью, - но врага опередила болезнь желудка.
[17] Hostis alicui mortem minabatur, hanc cruditas occupavit. Si distinguere voluerimus causas metus nostri,	(17) Если бы мы захотели разобраться в причинах нашего страха, то убедились бы, что одни из них

inveniemus alias esse, alias videri. Non mortem timemus sed cogitationem mortis; ab ipsa enim semper tantundem absumus. Ita si timenda mors est, semper timenda est: quod enim morti tempus exemptum est?	существуют, другие нам мерещатся. Мы боимся не смерти, а мыслей о смерти - ведь от самой смерти мы всегда в двух шагах. Значит, если смерть страшна, то нужно всегда быть в страхе: разве мы хоть когда-нибудь избавлены от нее?
[18] Sed vereri debeo ne tam longas epistulas peius quam mortem oderis. Itaque finem faciam: tu tamen mortem ut numquam timeas semper cogita. Vale.	(18) Но мне уже надобно опасаться, как бы ты не возненавидел такие длинные письма хуже смерти. Итак, я кончаю. А ты, чтобы никогда не бояться смерти, всегда думай о ней. Будь здоров.

XXXI

[1] Agnosco Lucilium meum: incipit quem promiserat exhibere. Sequere illum impetum animi quo ad optima quaeque calcatis popularibus bonis ibas: non desidero maiorem melioremque te fieri quam moliebaris. Fundamenta tua multum loci occupaverunt: tantum effice quantum conatus es, et illa quae tecum in animo tulisti tracta.	(1) Я узнаю моего Луцилия: он уже показал себя таким, каким обещал стать. Следуй порыву души, который вел тебя мимо общепризнанных благ к высшему благу. Стань таким, каким ты задумал стать, не больше и не лучше, - иного я и не желаю. Возводя основание, ты не стеснялся местом, доводи же до конца то, на что замахнулся, пусти в дело все, что есть у тебя за душой.
[2] Ad summam sapiens eris, si cluseris aures, quibus ceram parum est obdere: firmiore spissamento opus est quam in sociis usum Ulixem ferunt. Illa vox quae timebatur erat blanda, non tamen publica: at haec quae timenda est non ex uno scopulo sed ex omni terrarum parte circumsonat. Praetervehere itaque non unum locum insidiosa voluptate suspectum, sed omnes urbes. Surdum te amantissimis tuis praesta: bono animo mala precantur. Et si esse vis felix, deos ora ne quid tibi ex his quae optantur eveniat.	(2) В конечном счете ты станешь мудрым, если заткнешь уши, и не воском, который пригодился, говорят, Улиссу1 для его спутников: тут нужно что-нибудь поплотнее и понадежней. Вкрадчив был голос, которого боялся Улисс, но он был единственным, а тот голос, которого тебе надо бояться, доносится не с одного утеса, а со всех концов земли. Значит, надо объехать стороной не одно опасное место, где притаилось в засаде наслаждение, а все города. Будь глух даже для тех, кому ты всех дороже: они с лучшими намерениями желают тебе дурного, и если ты хочешь быть счастливым, моли богов не посылать тебе того, о чем просят доброжелатели.
[3] Non sunt ista bona quae in te isti volunt congeri: unum bonum est, quod beatae vitae causa et firmamentum est, sibi fidere. Hoc autem contingere non potest, nisi contemptus est labor et in eorum numero habitus quae	(3) Ведь не блага все то, чем они хотели бы тебя осыпать. Есть одно благо, и в нем же - источник и залог блаженной жизни: полагаться на себя. А этого не достигнешь, не презирая тягот и не сочтя их одной из тех вещей, которые

neque bona sunt neque mala; fieri enim non potest ut una ulla res modo mala sit, modo bona, modo levis et perferenda, modo expavescenda.	ни хороши, ни плохи. Ведь не бывает так, чтобы одно и то же было то хорошим, то плохим, то легким и сносным, то ужасным.
[4] Labor bonum non est: quid ergo est bonum? laboris contemptio. Itaque in vanum operosos culpaverim: rursus ad honesta nitentes, quanto magis incubuerint minus que sibi vinci ac strigare permiserint, admirabor et clamabo, 'tanto melior, surge et inspira et clivum istum uno si potes spiritu exsupera'.	(4) Тяготы - не благо. Но что же тогда благо? Презрение к тяготам. Поэтому я порицаю занятых пустыми делами, зато любым, кто старается ради честной цели, я восхищаюсь тем больше, чем усерднее его усилия и чем меньше он позволяет себе поддаваться и застревать на месте. Таким я кричу: "Хорошо! Ну-ка, набери воздуху и, если можешь, возьми этот склон на одном дыхании!"
[5] Generosos animos labor nutrit. Non est ergo quod ex illo [voto] vetere parentum tuorum eligas quid contingere tibi velis, quid optes; et in totum iam per maxima acto viro turpe est etiam nunc deos fatigare. Quid votis opus est? fac te ipse felicem; facies autem, si intellexeris bona esse quibus admixta virtus est, turpia quibus malitia coniuncta est. Quemadmodum sine mixtura lucis nihil splendidum est, nihil atrum nisi quod tenebras habet aut aliquid in se traxit obscuri, quemadmodum sine adiutorio ignis nihil calidum est, nihil sine aere frigidum, ita honesta et turpia virtutis ac malitiae societas efficit.	(5) Тяготы питают благородные души. Значит, из всего, о чем когда-то молились твои родители, тебе уже нечего выбрать, нечего захотеть для себя и пожелать самому себе, да и стыдно человеку, который одолел самые высокие вершины, обременять богов. Что нужды в молитвах? Сделай сам себя счастливым! Это тебе по силам, если поймешь одно: благо лишь то, в чем присутствует добродетель, а то, что причастно злу, постыдно. Подобно тому как без примеси света ничто не блестит, как ничто не бывает темным, если нет в нем сумрака, если оно не вобрало в себя долю тьмы, подобно тому как без помощи огня нет теплоты, а без воздуха нет холода, - так только присутствие добродетели или зла делает все честным либо постыдным.
[6] Quid ergo est bonum ? rerum scientia. Quid malum est? rerum imperitia. Ille prudens atque artifex pro tempore quaeque repellet aut eliget; sed nec quae repellit timet nec miratur quae eligit, si modo magnus illi et invictus animus est. Summitti te ac deprimi veto. Laborem si non recuses, parum est: posce.	(6) Что же есть благо? Знание. Что есть зло? Незнание. Кто умен и искусен, тот, смотря по обстоятельствам, одно отвергнет, другое выберет 2. Однако он не боится того, что отвергает, и не восхищается тем, что выбирает, если только душа его высока и непобедима. Я запрещаю тебе унывать и сокрушаться. Мало не отказываться от труда: нужно искать его! -
[7] 'Quid ergo?' inquis 'labor frivolus et supervacuus et quem humiles causae evocaverunt non est malus?' Non magis quam ille qui pulchris	(7) "Но что же такое, - спросишь ты, - труд пустой и ненуж ный?" - Тот, что вызван ничтожными причинами3. Он тоже не есть зло, как и тот труд, что

rebus impenditur, quoniam animi est ipsa tolerantia quae se ad dura et aspera hortatur ac dicit, 'quid cessas? non est viri timere sudorem'.	затрачен ради прекрасной цели; ведь дело в самой стойкости, а она есть свойство души, побуждающее одолевать трудности и тяготы и ободряющее нас: "Что ты мешкаешь? Мужчине пот не страшен!"
[8] Huc et illud accedat, ut perfecta virtus sit, aequalitas ac tenor vitae per omnia consonans sibi, quod non potest esse nisi rerum scientia contingit et ars per quam humana ac divina noscantur. Hoc est summum bonum; quod si occupas, incipis deorum socius esse, non supplex.	(8) Но чтобы добродетель б.ыла совершенной, нужно еще вот что: пусть будет твоя жизнь равна себе, пусть ничто в ней не противоречит одно другому, а это невозможно без знания и без искусства, позволяющего познать божеское и человеческое. Таково высшее благо. Достигни его - и станешь не просителем, а ровней богам.
[9] 'Quomodo' inquis 'isto pervenitur?' Non per Poeninum Graiumve montem nec per deserta Candaviae; nec Syrtes tibi nec Scylla aut Charybdis adeundae sunt, quae tamen omnia transisti procuratiunculae pretio: tutum iter est, iucundum est, ad quod natura te instruxit. Dedit tibi illa quae si non deserueris, par deo surges.	(9) "Как же прийти к этому?" - спросишь ты. Не через Пенинский или Греческий хребет, не через пустыни Кандавии; не нужно будет объезжать ни Сирты, ни Сциллу с Харибдой 4, - хоть все это ты и проделал ради жалкой прокураторской должности. Нет, дорога безопасна, дорога приятна, и снарядила тебя сама природа. Она дала тебе все, чтобы ты стал наравне с богом, если не пренебрежешь данным.
[10] Parem autem te deo pecunia non faciet: deus nihil habet Praetexta non faciet: deus nudus est. Fama non faciet nec ostentatio tui et in populos nominis dimissa notitia: nemo novit deum, multi de illo male existimant, et impune. Non turba servorum lecticam tuam per itinera urbana ac peregrina portantium: deus ille maximus potentissimusque ipse vehit omnia. Ne forma quidem et vires beatum te facere possunt: nihil horum patitur vetustatem.	(10) Не деньги сделают тебя равным богу: у бога ничего нет; не сделает и претекста5: бог наг; не сделает ни молва, ни уменье показать себя, ни имя, известное всему народу: бог никому неведом, многие думают о нем дурно - и безнаказанно; не сделает толпа рабов, таскающих твои носилки по всем дорогам в городе и на чужбине: величайший и могущественнейший бог сам всем движет. Не сделает тебя блаженным ни сила, ни красота: и то и другое уступает старости.
[11] Quaerendum est quod non fiat in dies peius, cui non possit obstari. Quid hoc est? animus, sed hic rectus, bonus, magnus. Quid aliud voces hunc quam deum in corpore humano hospitantem? Hic animus tam in equitem Romanum quam in libertinum, quam in servum potest cadere. Quid est enim eques Romanus aut libertinus aut servus? nomina ex ambitione aut iniuria nata. Subsilire in	(11) Нужно искать нечто такое, что не подпадает день ото дня все больше под власть, не знающую препятствий6. Что же это? Душа, но душа непреклонная, благородная, высокая. Можно ли назвать ее иначе как богом, нашедшим приют в теле человека? Такая душа может оказаться и у римского всадника, и у вольноотпущенника, и у раба. Что такое римский всадник, вольноотпущенник, раб? Все это -

caelum ex angulo licet: exsurge modo	имена, порожденные честолюбием или несправедливостью. Из тесного угла можно вознестись к небу, - только воспрянь
[...] et te quoque dignum finge deo.	*и дух свой Бога достойным яви!*
Finges autem non auro vel argento: non potest ex hac materia imago deo exprimi similis; cogita illos, cum propitii essent, fictiles fuisse. Vale.	Чтобы явить его таким, не нужно ни золота, ни серебра: из них не изваять истинный образ бога. Вспомни: когда боги взирали на нас благосклонно, они были из глины. Будь здоров.

XXXII

[1] Inquiro de te et ab omnibus sciscitor qui ex ista regione veniunt quid agas, ubi et cum quibus moreris. Verba dare non potes: tecum sum. Sic vive tamquam quid facias auditurus sim, immo tamquam visurus. Quaeris quid me maxime ex iis quae de te audio delectet? quod nihil audio, quod plerique ex iis quos interrogo nesciunt quid agas.	(1) Я все про тебя разузнаю и выпытываю у каждого, кто приезжает из твоих краев, что ты делаешь, где и с кем проводишь время. Тебе меня не обмануть: я везде с тобою. Живи так, словно я слышу о каждом твоем поступке и даже вижу его. Ты спросишь, что мне было приятнее всего о тебе слышать? То, что я ничего не слышал: большинство из спрошенных мною и не знают о твоих делах.
[2] Hoc est salutare, non conversari dissimilibus et diversa cupientibus. Habeo quidem fiduciam non posse te detorqueri mansurumque in proposito, etiam si sollicitantium turba circumeat. Quid ergo est? non timeo ne mutent te, timeo ne impediant. Multum autem nocet etiam qui moratur, utique in tanta brevitate vitae, quam breviorem inconstantia facimus, aliud eius subinde atque aliud facientes initium; diducimus illam in particulas ac lancinamus.	(2) Са,мое полезное - сторониться людей, на тебя не похожих и одержимых другими желаниями. Впрочем, я уверен, что тебя не сбить с пути: ты будешь тверд в своих стремлениях даже среди толпы совратителей. Так что же? Я не боюсь, что тебя сделают другим, боюсь, что тебе помешают. Ведь и тот, из-за кого мы мешкаем, немало вредит нам; тем более что жизнь наша коротка и сами мы еще больше сокращаем ее своим непостоянством, каждый раз начиная жить наново. Мы дробим ее на мелкие части и рвем в клочки.
[3] Propera ergo, Lucili carissime, et cogita quantum additurus celeritati fueris, si a tergo hostis instaret, si equitem adventare suspicareris ac fugientium premer vestigia. Fit hoc, premeris: accelera et evade, perduc te in tutum et subinde considera quam pulchra res sit consummare vitam ante mortem, deinde exspectare securum reliquam temporis sui partem, nihil	(3) Спеши же, дорогой мой Луцилий, подумай, как бы ты ускорил шаг, если бы по пятам за тобою шли враги, если бы ты опасался, что вот-вот появится конный и пустится вдогонку убегающим. Так оно и есть: погоня настигает, беги быстрее, укройся в надежном месте! А покуда подумай, как хорошо пройти весь путь жизни раньше смертного часа, а потом

sibi, in possessione beatae vitae positum, quae beatior non fit si longior.	безмятежно ждать, пока минует остаток дней, ничего для себя не желая,. ибо ты достиг блаженства и жизнь твоя не станет блаженнее, если продлится еще.
[4] O quando illud videbis tempus quo scies tempus ad te non pertinere, quo tranquillus placidusque eris et crastini neglegens et in summa tui satietate! Vis scire quid sit quod faciat homines avidos futuri? nemo sibi contigit. Optaverunt itaque tibi alia parentes tui; sed ego contra omnium tibi eorum contemptum opto quorum illi copiam. Vota illorum multos compilant ut te locupletent; quidquid ad te transferunt alicui detrahendum est.	(4) Наступит, наконец, время, когда ты будешь знать, что-до времени тебе нет дела, когда ты станешь спокойным и безмятежным и, сытый собою по горло, не будешь думать о завтрашнем дне! Ты хочешь знать, отчего люди так жадны до будущего? Оттого, что никто сам себе не принадлежит! Твои родители желали для тебя много такого, что я, с моей стороны, желаю тебе презирать. Их пожелания грабили многих, чтобы обогатить тебя: все, что тебе достается, непременно у кого-нибудь отнято.
[5] Opto tibi tui facultatem, ut vagis cogitationibus agitata mens tandem resistat et certa sit, ut placeat sibi et intellectis veris bonis, quae simul intellecta sunt possidentur, aetatis adiectione non egeat. Ille demum necessitates supergressus est et exauctoratus ac liber qui vivit vita peracta.	(5) А я желаю тебе распоряжаться самим собой, чтобы твой дух, волнуемый смутными мыслями, противился им, обрел уверенность и довольство собою, чтобы, поняв, в чем истинное благо (а понять - значит овладеть им), он не нуждался в продлении жизни. Только тот поистине уволен со службы и свободен, тот ушел из-под власти необходимости, кто живет, завершив путь жизни. Будь здоров.

XXXIII

[1] Desideras his quoque epistulis sicut prioribus adscribi aliquas voces nostrorum procerum. Non fuerunt circa flosculos occupati: totus contextus illorum virilis est. Inaequalitatem scias esse ubi quae eminent notabilia sunt: non est admirationi una arbor ubi in eandem altitudinem tota silva surrexit.	(1) Ты хочешь, чтобы я и к этим письмам, как к прежним, прибавлял изречения наших великих. Но ведь они занимались не одними украшениями речи: все в их сочинениях мужественно. Ты сам знаешь: где что-нибудь выдается и бросается в глаза, там не все ровно. Если весь лес одинаковой высоты, ты не станешь восхищаться одним деревом.
[2] Eiusmodi vocibus referta sunt carmina, refertae historiae. Itaque nolo illas Epicuri existimes esse: publicae sunt et maxime nostrae, sed [in] illo magis adnotantur quia rarae interim interveniunt, quia inexspectatae, quia mirum est fortiter	(2) Такими изречениями полны и стихи, и труды историков. Поэтому не думай, будто они принадлежат только Эпикуру: они - общее достояние, и больше-всего - наше. Но у него их легче заметить, потому что попадаются они редко, потому что их не ждешь, потому что

aliquid dici ab homine mollitiam professo. Ita enim plerique iudicant: apud me Epicurus est et fortis, licet manuleatus sit; fortitudo et industria et ad bellum prompta mens tam in Persas quam in alte cinctos cadit.	странно видеть мужественное слово у человека, проповедующего изнеженность. Так судит о нем большинство; а для меня Эпикур будет мужествен даже в тунике с рукавами1. Ведь мужество и усердие, и готовность к бою есть и у персов, а не только у высоко подпоясанных 2.
[3] Non est ergo quod exigas excerpta et repetita: continuum est apud nostros quidquid apud alios excerpitur. Non habemus itaque ista ocliferia nec emptorem decipimus nihil inventurum cum intraverit praeter illa quae in fronte suspensa sunt: ipsis permittimus unde velint sumere exemplar.	(3) Так зачем же требовать от меня выбранных из целого и многократно повторенных слов, если то, что у других можно лишь выбрать, у наших говорится сплошь? Нет у нас бьющих в глаза приманок, мы не морочим покупателя, который, войдя, ничего не отыщет, кроме вывешенного у двери. Мы каждому позволяем выбирать образцы, откуда ему угодно.
[4] Iam puta nos velle singulares sententias ex turba separare: cui illas assignabimus? Zenoni an Cleanthi an Chrysippo an Panaetio an Posidonio Non sumus sub rege: sibi quisque se vindicat. Apud istos quidquid Hermarchus dixit, quidquid Metrodorus, ad unum refertur; omnia quae quisquam in illo contubernio locutus est unius ductu et auspiciis dicta sunt. Non possumus, inquam, licet temptemus, educere aliquid ex tanta rerum aequalium multitudine:	(4) Представь, что мы захотели бы привести то или другое изречение из множества: кому его приписать? Зенону, или Клеанфу, или Хрисиппу, или Панэтию, или Посидонию? Над нами нет царя, каждый распоряжается собою. А у них и то, что сказано Гермархом или Метродором, приписывается одному. Кто бы что ни сказал в их лагере, все сказано под верховным водительством единственного человека. Мы же, как бы ни старались, не можем выделить что-нибудь одно из такого множества одинаковых предметов.
pauperis est numerare pecus.	*Только бедняк считает овец.*
Quocumque miseris oculum, id tibi occurret quod eminere posset nisi inter paria legeretur.	Куда ты ни взглянешь, читая, всюду найдешь такое, что бросалось бы в глаза, не будь все остальное не хуже.
[5] Quare depone istam spem posse te summatim degustare ingenia maximorum virorum: tota tibi inspicienda sunt, tota tractanda. [Continuando] res geritur et per lineamenta sua ingenii opus nectitur ex quo nihil subduci sine ruina potest. Nec recuso quominus singula membra, dummodo in ipso homine, consideres: non est. formonsa cuius crus laudatur aut brachium, sed illa cuius universa facies admirationem partibus singulis abstulit.	(5) Поэтому не надейся, что тебе удастся наскоро отведать плоды дарования величайших людей: тут нужно все рассмотреть, все изучить. Все здесь по делу, каждая черта в произведении так сплетена с другою, что невозможно что-либо изъять, не разрушив целого. Впрочем, я не запрещаю тебе рассматривать и отдельные члены, но только имея перед собой всего человека. Не та красива, у которой хвалят руку или ногу, а та, у кого весь облик не позволит восхищаться отдельными чертами.

[6] Si tamen exegeris, non tam mendice tecum agam, sed plena manu fiet; ingens eorum turba est passim iacentium; sumenda erunt, non colligenda. Non enim excidunt sed fluunt; perpetua et inter se contexta sunt. Nec dubito quin multum conferant rudibus adhuc et extrinsecus auscultantibus; facilius enim singula insidunt circumscripta et carminis modo inclusa.	(6) Если ты все-таки настаиваешь, я не стану скупиться, а буду дарить щедрой рукой. Число изречений несметно, они разбросаны везде, их нужно не выбирать, а подбирать. Они не капают по капле, а текут сплошной струей, слитые воедино. Нет сомнения, они принесут немалую пользу неискушенным, слушающим из-за дверей. Легче запоминаются отдельные мысли, законченные и завершенные, как строки стихов.
[7] Ideo pueris et sententias ediscendas damus et has quas Graeci chrias vocant, quia complecti illas puerilis animus potest, qui plus adhuc non capit. Certi profectus viro captare flosculos turpe est et fulcire se notissimis ac paucissimis vocibus et memoria stare: sibi iam innitatur. Dicat ista, non teneat; turpe est enim seni aut prospicienti senectutem ex commentario sapere. 'Hoc Zenon dixit': tu quid? 'Hoc Cleanthes': tu quid? Quousque sub alio moveris? impera et dic quod memoriae tradatur, aliquid et de tuo profer.	(7) Поэтому мы и даем мальчикам заучивать наизусть изречения и то, что греки называют "хриями" 4: их легко может воспринять детская душа, неспособная еще вместить больше. Взрослому же и сделавшему успехи стыдно срывать цветочки изречений, опираясь, как на посох, на немногие расхожие мысли, и жить заученным на память. Пусть стоит на своих ногах и говорит сам, а не запоминает чужое. Стыдно старому или пожилому набираться мудрости из учебника. "Так сказал Зенон". - А ты сам? - "А это сказано Клеанфом". - А ты-то? До каких пор будешь под началом у других? Командуй сам, скажи слово, достойное памяти. Изреки что-нибудь от себя.
[8] Omnes itaque istos, numquam auctores, semper interpretes, sub aliena umbra latentes, nihil existimo habere generosi, numquam ausos aliquando facere quod diu didicerant. Memoriam in alienis exercuerunt; aliud autem est meminisse, aliud scire. Meminisse est rem commissam memoriae custodire; at contra scire est et sua facere quaeque nec ad exemplar pendere et totiens respicere ad magistrum.	(8) На мой взгляд, все эти не создатели, а толкователи, прячущиеся в чужой тени, не обладая ни каплей благородства, век не осмелятся сделать то, чему так долго учились. Они понаторели запоминать чужое. Но одно дело помнить, другое знать! Помнить - значит сохранять в па мяти порученное тебе другими, а знать это значит делать и по-своему, не упершись глазами в образец и не оглядываясь всякий раз на учителя. -
[9] 'Hoc dixit Zenon, hoc Cleanthes.' Aliquid inter te intersit et librum. Quousque disces? iam et praecipe. Quid est quare audiam quod legere possum? 'Multum' inquit 'viva vox facit.' Non quidem haec quae alienis verbis commodatur et actuari vice fungitur.	(9) "Так сказал Зенон, это сказано Клеанфом". - Не становись вторую книгой! До каких пор ты будешь учиться? Учи других, пора! Зачем мне слушать то, что я и сам могу прочесть? "Живой голос - великое дело!" - Но не тот, что приспособлен повторять чужие слова и годится только в переписчики.

[10] Adice nunc quod isti qui numquam tutelae suae fiunt primum in ea re sequuntur priores in qua nemo non a priore descivit; deinde in ea re sequuntur quae adhuc quaeritur. Numquam autem invenietur, si contenti fuerimus inventis. Praeterea qui alium sequitur nihil invenit, immo nec quaerit.	(10) И еще: неспособные выйти из-под опеки предшественников идут за ними, во-первых, даже в том, от чего все уже отошли, и, во-вторых, в том, что еще только ищется и никогда не будет найдено, если мы станем довольствоваться найденным прежде. Вдобавок, идущий следом за другим ничего не найдет, потому что не ищет.
[11] Quid ergo? non ibo per priorum vestigia? ego vero utar via vetere, sed si propiorem planioremque invenero, hanc muniam. Qui ante nos ista moverunt non domini nostri sed duces sunt. Patet omnibus veritas; nondum est occupata; multum ex illa etiam futuris relictum est. Vale.	"Что же" мне не идти по стопам предшественников?" - Нет, я воспользуюсь старой дорогой, но если найду другую, короче и ровнее, то сам ее вымощу. Все, кто до нас занимались тем же, не наши повелители, а наши вожатые. Истина открыта для всех, ею никто не завладел. Немалая доля ее останется и потомкам. Будь здоров.

XXXIV

[1] Cresco et exsulto et discussa senectute recalesco quotiens ex iis quae agis ac scribis intellego quantum te ipse - nam turbam olim reliqueras - superieceris. Si agricolam arbor ad fructum perducta delectat, si pastor ex fetu gregis sui capit voluptatem, si alumnum suum nemo aliter intuetur quam ut adulescentiam illius suam iudicet, quid evenire credis iis qui ingenia educaverunt et quae tenera formaverunt adulta subito vident?	(I) Я радуюсь и ликую, и, стряхнув с себя старость, распаляюсь, как юноша, когда по твоим делам и письмам понимаю, насколько ты превзошел самого себя (потому что толпу ты давно оставил позади). Если земледельца радует первый плод выращенного им дерева, если пастуху приятен прирост стада, если всякий смотрит на своего питомца так, словно считает его юность своею, - что, по-твоему, должны испытывать воспитавшие в другом природный дар, когда вдруг увидят созревшим то, что было нежным под их лепившими руками?
[2] Assero te mihi; meum opus es. Ego cum vidissem indolem tuam, inieci manum, exhortatus sum, addidi stimulos nec lente ire passus sum sed subinde incitavi; et nunc idem facio, sed iam currentem hortor et invicem hortantem.	(2) Я притязаю на тебя: ты - мое создание. Едва заметив твои задатки, я взялся за тебя, подбадривал, давал шпоры и не позволял идти медленно, то и дело подгонял тебя, да и сейчас занимаюсь тем же, однако подбадриваю бегущего и подбадривающего меня самого.
[3] 'Quid illud?' inquis 'adhuc volo.' In hoc plurimum est, non sic quomodo principia totius operis dimidium occupare dicuntur. Ista res animo constat; itaque pars magna bonitatis est velle fieri bonum. Scis quem	(3) Ты спросишь, чего мне еще надобно. - Теперь-то и пойдет самое важное. Обычно говорят, что начало - это уже полдела; то же относится1 и к нашей душе: желание стать добродетельными - полпути к добродетели. Но знаешь, кого

bonum dicam? perfectum, absolutum, quem malum facere nulla vis, nulla necessitas possit.	я назову добродетельным? Человека совершенного и независимого, которого никакая сила, никакая нужда не испортит.
[4] Hunc te prospicio, si perseveraveris et incubueris et id egeris ut omnia facta dictaque tua inter se congruant ac respondeant sibi et una forma percussa sint. Non est huius animus in recto cuius acta discordant. Vale.	(4) Такого я и прозреваю в тебе, если ты будешь упорен в своих стараниях, если будешь поступать так, чтобы между твоими делами и словами не было не только противоречия, но и расхождения, если и то и другое будет одной чеканки. Твоя душа еще не на верном пути, если поступки твои не согласуются между собой. Будь здоров!

XXXV

[1] Cum te tam valde rogo ut studeas, meum negotium ago: habere amicum volo, quod contingere mihi, nisi pergis ut coepisti excolere te, non potest. Nunc enim amas me, amicus non es. 'Quid ergo? haec inter se diversa sunt?' immo dis similia. Qui amicus est amat; qui amat non utique amicus est; itaque amicitia semper prodest, amor aliquando etiam nocet.	(1) Упрашивая тебя быть усердней в занятиях, я хлопочу о себе. Мне хочется иметь друга, но если ты не станешь и дальше образовывать себя так же, как вначале, то другом моим не сможешь быть и не будешь. Покуда же ты любишь меня, но другом еще не стал. - "Как так? Разве это не одно и то же?" - Нет, и разница тут велика. Друг всегда любит, но кто любит, тот не всегда друг. Потому что дружба приносит только пользу, а любовь иногда и вред. Так совершенствуйся хотя бы ради того, чтобы научиться любить.
[2] Si nihil aliud, ob hoc profice, ut amare discas. Festina ergo dum mihi proficis, ne istuc alteri didiceris. Ego quidem percipio iam fructum, cum mihi fingo uno nos animo futuros et quidquid aetati meae vigoris abscessit, id ad me et tua, quamquam non multum abest, rediturum; sed tamen re quoque ipsa esse laetus volo.	(2) И спеши, если ты стремишься к совершенству ради меня, не то выучишься для другого. А я уже заранее предвкушаю плоды, воображая, как мы будем жить душа в душу, как те силы, что уходят у меня с возрастом, возвращаются ко мне от тебя, хоть ты и ненамного младше.
[3] Venit ad nos ex iis quos amamus etiam absentibus gaudium, sed id leve et evanidum: conspectus et praesentia et conversatio habet aliquid vivae voluptatis, utique si non tantum quem velis sed qualem velis videas. Affer itaque te mihi, ingens munus, et quo magis instes, cogita te mortalem esse, me senem.	(3) Но я хочу испытать эту радость не только в мечтах. И в разлуке те, кого мы любим, приносят нам радость, но только небольшую и недолгую. Быть рядом, видеть, говорить - вот живое наслаждение, особенно если встречаешь не только того, кого хочешь, но и таким, каким хочешь. Сделай мне самый большой подарок - подари самого себя! 1 А чтобы стать еще усерднее,

	вспоминай, что ты смертей, а я стар.
[4] Propera ad me, sed ad te prius. Profice et ante omnia hoc cura, ut constes tibi. Quotiens experiri voles an aliquid actum sit, observa an eadem hodie velis quae heri: mutatio voluntatis indicat animum natare, aliubi atque aliubi apparere, prout tulit ventus. Non vagatur quod fixum atque fundatum est: istud sapienti perfecto contingit, aliquatenus et proficienti provectoque. Quid ergo interest? hic commovetur quidem, non tamen transit, sed suo loco nutat; ille ne commovetur quidem. Vale.	(4) Спеши же ко мне, но прежде - к себе самому. Совершенствуйся и больше всего заботься о том, чтобы быть верным самому себе. Всякий раз как захочешь проверить, сделано ли что-нибудь, взгляни, хочешь ли ты сегодня того, чего и вчера. Перемена желаний доказывает, что душа носится по волнам, появляясь то там, то тут, - куда пригонит ветер. Все, что стоит на прочном основании, непоколебимо. Это доступно достигшему совершенной мудрости, а отчасти и тому, кто с успехом в ней совершенствуется. В чем между ними разница? - Второй еще в движении, он хоть не меняет места, но колеблется, а первый недвижим. Будь здоров!

XXXVI

[1] Amicum tuum hortare ut istos magno animo contemnat qui illum obiurgant quod umbram et otium petierit, quod dignitatem suam destituerit et, cum plus consequi posset, praetulerit quietem omnibus; quam utiliter suum negotium gesserit cotidie illis ostentet. Hi quibus invidetur non desinent transire: alii elidentur, alii cadent. Res est inquieta felicitas; ipsa se exagitat. Movet cerebrum non uno genere: alios in aliud irritat, hos in impotentiam, illos in luxuriam; hos inflat, illos mollit et totos resolvit.	(1) Ободри твоего друга, чтобы он всем своим благородным сердцем презирал хулящих его за то, что он избрал безвестность и досуг, что отказался от почетной должности и, хотя мог подняться выше, предпочел всему покой. С каждым днем им будет все яснее, что он заключил сделку к своей выгоде. Те, кому завидуют, то и дело меняются: одних вытесняют, другие падают. Счастье - вещь беспокойная: оно само себе не дает ни отдыха, ни срока и на множество ладов тревожит наш ум. Каждого оно заставляет за чем-нибудь гнаться: одних - за властью, других - за роскошью, первых делая спесивыми, вторых - изнеженными, но губя и тех и этих. -
[2] 'At bene aliquis illam fert.' Sic, quomodo vinum. Itaque non est quod tibi isti persuadeant eum esse felicem qui a multis obsidetur: sic ad illum quemadmodum ad lacum concurritur, quem exhauriunt et turbant. 'Nugatorium et inertem vocant.' Scis quosdam perverse loqui et significare contraria. Felicem vocabant: quid ergo? erat?	(2) "Но ведь некоторые хорошо его переносят". - Да, так же, как хмель. Ни за что не позволяй убедить себя, будто счастлив тот, кого многие домогаются: ведь к такому сходятся, словно к озеру, из которого черпают воду и мутят ее. - "Люди называют его пустодумом и празднолюбцем". - Но ведь ты знаешь, что иные говорят все наоборот и речи их имеют противоположный смысл. Кого

	они называли счастливым, был ли счастлив?
[3] Ne illud quidem curo, quod quibusdam nimis horridi animi videtur et tetrici. Ariston aiebat malle se adulescentem tristem quam hilarem et amabilem turbae; vinum enim bonum fieri quod recens durum et asperum visum est; non pati aetatem quod in dolio placuit. Sine eum tristem appellent et inimicum processibus suis: bene se dabit in vetustate ipsa tristitia, perseveret modo colere virtutem, perbibere liberalia studia, non illa quibus perfundi satis est, sed haec quibus tingendus est animus.	(3) Какая нам забота в том, что некоторым его нрав покажется слишком суровым и угрюмым? Аристон ' говорил, что предпочитает юношу мрачного веселому и, на взгляд толпы, любезному. Если молодое вино кажется резким и терпким, оно станет хорошим, а то, что нравится еще до розлива, оказывается нестойким. Так пусть его зовут угрюмым и считают врагом своему успеху: со временем эта угрюмость обернется хорошей стороной. Лишь бы он упорно упражнялся в добродетели и впитывал благородные науки - не те, которыми довольно окропиться, а те, которые душа должна вобрать в себя.
[4] Hoc est discendi tempus. 'Quid ergo? aliquod est quo non sit discendum?' Minime; sed quemadmodum omnibus annis studere honestum est, ita non omnibus institui. Turpis et ridicula res est elementarius senex: iuveni parandum, seni utendum est. Facies ergo rem utilissimam tibi, si illum quam optimum feceris; haec aiunt beneficia esse expetenda tribuendaque, non dubie primae sortis, quae tam dare prodest quam accipere.	(4) Теперь самое время учиться. - "Как так? Разве бывает время, когда учиться незачем?" Нет, но если во всяком возрасте прилично заниматься наукой, то не во всяком - идти в обучение. Стыдно и смешно смотреть, как старик берется за азбуку. В молодости следует копить, а в старости - пользоваться. Чем лучше благодаря тебе станет он, тем больше ты и себе принесешь пользы. Говорят, что благодеяния самого высокого свойства - их-то и нужно добиваться и оказывать - равно полезны и благодетелю, и благодетельствуемому.
[5] Denique nihil illi iam liberi est, spopondit; minus autem turpe est creditori quam spei bonae decoquere. Ad illud aes alienum solvendum opus est negotianti navigatione prospera, agrum colenti ubertate eius quam colit terrae, caeli favore: ille quod debet sola potest voluntate persolvi.	(5) Наконец, он уже не в своей воле: ведь слово дано! Не так стыдно обмануть заимодавцев, разорившись, как обмануть добрую надежду. Чтобы заплатить долги, купцу нужно удачное плавание, земледельцу плодородье возделываемых полей и благоприятная погода, а ему, чтобы расквитаться, нужна только добрая воля.
[6] In mores fortuna ius non habet. Hos disponat ut quam tranquillissimus ille animus ad perfectum veniat, qui nec ablatum sibi quicquam sentit nec adiectum, sed in eodem habitu est quomodocumque res cedunt; cui sive aggeruntur vulgaria bona, supra res suas eminet, sive aliquid ex istis vel	(6) Над нравами человека фортуна не властна. Пусть он исправляет их ради того, чтобы его душа в наибольшем спокойствии могла достичь совершенства, когда уже никаких чувств не вызывают ни прибыли, ни убытки и состоянье ее не меняется, как бы ни шли дела, когда человек стоит выше своих обстоятельств, если даже его

omnia casus excussit, minor non fit.	осыпать всеми общепризнанными благами, и не теряет величия, если случай отнимет у него эти блага, все или отчасти.
[7] Si in Parthia natus esset, arcum infans statim tenderet; si in Germania, protinus puer tenerum hastile vibraret; si avorum nostrorum temporibus fuisset, equitare et hostem comminus percutere didicisset. Haec singulis disciplina gentis suae suadet atque imperat.	(7) Если бы он родился в Парфии, то с младенчества натягивал бы лук, если бы в Германии, - то в детстве уже замахивался бы легким копьем, а живи он во времена наших пращуров, ему пришлось бы выучиться скакать верхом и биться врукопашную. Каждого повелительно побуждает к этому воспитание, принятое у его племени.
[8] Quid ergo huic meditandum est? quod adversus omnia tela, quod adversus omne hostium genus bene facit, mortem contemnere, quae quin habeat aliquid in se terribile, ut et animos nostros quos in amorem sui natura formavit offendat, nemo dubitat; nec enim opus esset in id comparari et acui in quod instinctu quodam voluntario iremus, sicut feruntur omnes ad conservationem sui.	(8) О чем же надо ему размышлять? О том, что помогает нам против любого оружия, против всякого врага, - о презрении к смерти. В ней, несомненно, заключено нечто ужасное, поражающее наши души, от природы наделенные любовью к самим себе, - ведь не было бы нужды готовиться к смерти и собирать силы, если бы мы добровольно стремились к ней по безотчетному побуждению, как стремятся к сохранению жизни.
[9] Nemo discit ut si necesse fuerit aequo animo in rosa iaceat, sed in hoc duratur, ut tormentis non summittat fidem, ut si necesse fuerit stans etiam aliquando saucius pro vallo pervigilet et ne pilo quidem incumbat, quia solet obrepere interim somnus in aliquod adminiculum reclinatis. Mors nullum habet incommodum; esse enim debet aliquid cuius sit incommodum.	(9) Чтобы в случае надобности возлежать на розах со спокойной душой, учиться не нужно. Закаляются затем, чтобы не посрамить верности под пыткой, чтобы в случае надобности всю ночь простоять на валу в карауле, иногда даже раненым, и не опираться на копье, потому что едва склонишься хоть на какой-то посох, немедля подкрадывается сон. В смерти нет ничего плохого - ведь должен быть некто, кому было бы от нее плохо.
[10] Quod si tanta cupiditas te longioris aevi tenet? cogita nihil eorum quae ab oculis abeunt et in rerum naturam, ex qua prodierunt ac mox processura sunt, reconduntur consumi: desinunt ista, non pereunt, et mors, quam pertimescimus ac recusamus, intermittit vitam, non eripit; veniet iterum qui nos in lucem reponat dies, quem multi recusarent nisi oblitos reduceret.	(10) А если в тебе так сильно желание жить дольше, то подумай вот о чем: ничто исчезающее с наших глаз не уничтожается - все скрывается в природе, откуда оно появилось и появится снова. Есть перерыв, гибели нет. И смерть, которую мы со страхом отвергаем, прерывает, а не прекращает жизнь. Опять придет день, когда мы снова явимся на свет, хоть многие отказались бы возвращаться, если б не забывали все.
[11] Sed postea diligentius docebo	(11) Позже я растолкую тебе подробнее,

omnia quae videntur perire mutari. Aequo animo debet rediturus exire. Observa orbem rerum in se remeantium: videbis nihil in hoc mundo exstingui sed vicibus descendere ac surgere. Aestas abit, sed alter illam annus adducet; hiemps cecidit, referent illam sui menses; solem nox obruit, sed ipsam statim dies abiget. Stellarum iste discursus quidquid praeterit repetit; pars caeli levatur assidue, pars mergitur.	что все, по-види-мости гибнущее, лишь изменяется. А кому предстоит вернуться, тот должен уходить спокойно. Всмотрись в круговорот вещей, вновь спешащих к прежнему: ты увидишь, что в этом мире ничто не уничтожается, но только заходит и опять восходит. Лето минует, но следующий год снова приводит его; зима исчезает, но ее возвращают зимние месяцы; ночь затмевает солнце, но ее немедля прогоняет день. И разнообразное течение звезд таково, что они повторяют пройденный путь, и пока одна часть неба идет вверх, другая опускается вниз.
[12] Denique finem faciam, si hoc unum adiecero, nec infantes [nec] pueros nec mente lapsos timere mortem et esse turpissimum si eam securitatem nobis ratio non praestat ad quam stultitia perducit. Vale.	(12) Можно уже и кончать, но я прибавлю еще одно: ни младенцы, ни дети, ни повредившиеся в уме смерти не боятся - и позор тем, кому разум не дает такой же безмятежности, какую дарует глупость. Будь здоров.

XXXVII

[1] Quod maximum vinculum est ad bonam mentem, promisisti virum bonum, sacramento rogatus es. Deridebit te, si quis tibi dixerit mollem esse militiam et facilem. Nolo te decipi. Eadem honestissimi huius et illius turpissimi auctoramenti verba sunt: 'uri, vinciri ferroque necari'.	(1) Ты обещаешь быть человеком добра, а это самый надежный залог благомыслия. Ты уже приведен к присяге. И только в насмешку могут тебе сказать, будто служба твоя будет легкой и удобной, я же не хочу тебя обманывать. В твоем почетнейшем обязательстве и в обязательстве самом позорном 1 стоят одни и те же слова: "Даю себя жечь, вязать и убивать железом".
[2] Ab illis qui manus harenae locant et edunt ac bibunt quae per sanguinem reddant cavetur ut ista vel inviti patiantur: a te ut volens libensque patiaris. Illis licet arma summittere, misericordiam populi temptare: tu neque summittes nec vitam rogabis; recta tibi invictoque moriendum est. Quid porro prodest paucos dies aut annos lucrificare? sine missione nascimur.	(2) Кто отдает руки внаем для арены, кто за пищу и питье платит кровью, - от них берут ручательство в том, что они вытерпят все, хоть и против воли, а от тебя - что ты все вынесешь добровольно и с охотой. Им дозволено опустить оружие, попытать милосердие народа2, а тебе нельзя ни опустить меч, ни молить о пощаде: ты обязан умереть стоя, непобежденным. К тому же что пользы выгадать несколько дней либо лет? Для нас, коль скоро мы родились, нет избавления. -

[3] 'Quomodo ergo' inquis 'me expediam?' Effugere non potes necessitates, potes vincere. Fit via [vi]; et hanc tibi viam dabit philosophia. Ad hanc te confer si vis salvus esse, si securus, si beatus, denique si vis esse, quod est maximum, liber; hoc contingere aliter non potest.	(3) Ты спросишь: "Как же мне стать свободным?" - Избежать неизбежного нельзя - его можно только победить. "Сила путь пролагает себе"3. Этот путь откроет перед тобою философия. Обратись к ней, если хочешь не знать ущерба, быть безмятежным, счастливым и, главное, свободным. Иным способом этого не достичь.
[4] Humilis res est stultitia, abiecta, sordida, servilis, multis affectibus et sacrissimis subiecta. Hos tam graves dominos, interdum alternis imperantes, interdum pariter, dimittit a te sapientia, quae sola libertas est. Una ad hanc fert via, et quidem recta; non aberrabis; vade certo gradu. Si vis omnia tibi subicere, te subice rationi; multos reges, si ratio te rexerit. Ab illa disces quid et quemadmodum aggredi debeas; non incides rebus.	(4) Глупость - вещь унизи тельная, гнусная, презренная, рабская, подвластная многим жестоким страстям. Но от этих тягостных повелителей, которые приказывают то по очереди, то все вместе, избавит тебя мудрость, она же - единственная свобода. К ней ведет одна дорога, и притом прямая: с нее не собьешься, шагай уверенно! Если хочешь взять власть над всем, отдай власть над собою разуму! Многим будешь ты повелевать, если разум будет повелевать тобою. Он научит тебя, как и за что браться, и ты перестанешь наталкиваться на то или другое дело случайно.
[5] Neminem mihi dabis qui sciat quomodo quod vult coeperit velle: non consilio adductus illo sed impetu impactus est. Non minus saepe fortuna in nos incurrit quam nos in illam. Turpe est non ire sed ferri, et subito in medio turbine rerum stupentem quaerere, 'huc ego quemadmodum veni?' Vale.	(5) Ты не назовешь мне никого, кто, желая чего-нибудь, знал бы, откуда это желанье взялось, ведь он пришел к нему не по размышленье, а натолкнулся на него сходу. Фортуна сама находит нас не реже, чем мы ее. Стыдно не идти, а нестись по течению и в водовороте дел спрашивать, опешивши: "Как же я сюда попал?" Будь здоров.

XXXVIII

[1] Merito exigis ut hoc inter nos epistularum commercium frequentemus. Plurimum proficit sermo, quia minutatim irrepit animo: disputationes praeparatae et effusae audiente populo plus habent strepitus, minus familiaritatis. Philosophia bonum consilium est: consilium nemo clare dat. Aliquando utendum est et illis, ut ita dicam, contionibus, ubi qui dubitat impellendus est; ubi vero non	(1) Ты не зря требуешь, чтобы мы чаще обменивались письмами. Больше пользы приносит речь, которая малыми долями прокрадывается в душу. В пространных же рассуждениях, написанных заранее и прочитанных при народе, шуму много, а доверительности нет. Философия - это добрый совет, а давать советы во всеуслышанье никто не станет. Иногда не стоит пренебрегать и этой, так

hoc agendum est, ut velit discere, sed ut discat, ad haec submissiora verba veniendum est. Facilius intrant et haerent; nec enim multis opus est sed efficacibus. [2] Seminis modo spargenda sunt, quod quamvis sit exiguum, cum occupavit idoneum locum, vires suas explicat et ex minimo in maximos auctus diffunditur. Idem facit ratio: non late patet, si aspicias; in opere crescit. Pauca sunt quae dicuntur, sed si illa animus bene excepit, convalescunt et exsurgunt. Eadem est, inquam, praeceptorum condicio quae seminum: multum efficiunt, et angusta sunt. Tantum, ut dixi, idonea mens rapiat illa et in se trahat; multa invicem et ipsa generabit et plus reddet quam acceperit. Vale.	сказать, всенародностью, - когда надо подтолкнуть сомневающегося; но когда дело не в том, чтобы внушить желание учиться, а в самом учении, тогда нужны слова не такие громкие. Они легче проникают вглубь и удерживаются: ведь слов нужно немного, но зато убедительных. (2) Сеять их следует, как семена, каждое из которых, при всей его малости, попав на подходящую почву, обнаруживает свои силы и развивается так, что из крошечного вырастает огромное. То же самое и доводы разума: на взгляд они невелики, но растут по мере того, как делают свое дело. Сказано немного, однако сказанное, если западет в душу, крепнет и дает всходы. Повторяю, тот же удел у наставлений, что и у семян: короткие, они многое могут, лишь бы только им попасть, как я говорил, в подходящую душу, способную их принять. А она сама принесет плоды, возвратив полученное сторицей. Будь здоров.

XXXIX

[1] Commentarios quos desideras, diligenter ordinatos et in angustum coactos, ego vero componam; sed vide ne plus profutura sit ratio ordinaria quam haec quae nunc vulgo breviarium dicitur, olim cum latine loqueremur summarium vocabatur. Illa res discenti magis necessaria est, haec scienti; illa enim docet, haec admonet. Sed utriusque rei tibi copiam faciam. Tu a me non est quod illum aut illum exigas: qui notorem dat ignotus est.	(1) Заметки, которые ты просишь, я, конечно, составлю, сжатые и тщательно расположенные по порядку, но смотри сам, не больше ли пользы принесет обычное изложение, нежели то, что теперь называют "обобщением", а раньше, когда говорили еще по-латыни, называли "кратким итогом" '. Первое нужнее обучающемуся, второе - знающему, потому что первое учит, второе помогает вспомнить. Впрочем, я обеспечу тебя и тем, и другим. Но незачем требовать с меня ссылок на такого-то или такого-то: кто приводит поручателей, тот сам никому не ведом.
[2] Scribam ergo quod vis, sed meo more; interim multos habes quorum scripta nescio an satis ordinentur. Sume in manus indicem philosophorum: haec ipsa res expergisci te coget, si videris quam	(2) Я напишу то, что ты хочешь, только на' свой лад. А покуда у тебя есть немало других, хотя я не знаю, достаточно ли соблюдаешь ты порядок в их чтении. Возьми в руки какой-нибудь "Перечень философов"2:

multi tibi laboraverint. Concupisces et ipse ex illis unus esse; habet enim hoc optimum in se generosus animus, quod concitatur ad honesta. Neminem excelsi ingenii virum humilia delectant et sordida: magnarum rerum species ad se vocat et extollit.	увидав, сколько их ради тебя потрудилось, ты уже и от этого поневоле проснешься и захочешь стать одним из них. Ведь лучшее свойство благородного духа - это легко пробуждающееся стремление ко всему, что честно. Человек с возвышенной по природе душою не находит удовольствия в низменном и презренном, его манит ввысь зрелище великих дел.
[3] Quemadmodum flamma surgit in rectum, iacere ac deprimi non potest, non magis quam quiescere, ita noster animus in motu est, eo mobilior et actuosior quo vehementior fuerit. Sed felix qui ad meliora hunc impetum dedit: ponet se extra ius dicionemque fortunae; secunda temperabit, adversa comminuet et aliis admiranda despiciet.	(3) Подобно тому как пламя прямо вздымается вверх и не может ни гнуться и стелиться по земле, ни тем более затихнуть, так и наш дух всегда в движении и тем беспокойней и деятельней, чем больше в нем пыла. Счастлив тот, кто направит порыв духа на благо: он уйдет из-под власти фортуны, будет умерять удачу, одолевать неудачу, презирать то, чем другие восхищаются.
[4] Magni animi est magna contemnere ac mediocria malle quam nimia; illa enim utilia vitaliaque sunt, at haec eo quod superfluunt nocent. Sic segetem nimia sternit ubertas, sic rami onere franguntur, sic ad maturitatem non pervenit nimia fecunditas. Idem animis quoque evenit quos immoderata felicitas rumpit, qua non tantum in aliorum iniuriam sed etiam in suam utuntur.	(4) Великая душа пренебрегает великим и предпочитает умеренное чрезмерному, ибо первое полезно и животворно, второе вредно, потому что излишне. Так обилие зерна валит колосья, так ломаются от тяжести плодов ветви, так не вызревает слишком богатый урожай. То же случается и с душами: чрезмерное счастье сокрушает их, так как они пользуются им не только в ущерб другим, но и в ущерб себе.
[5] Qui hostis in quemquam tam contumeliosus fuit quam in quosdam voluptates suae sunt? quorum impotentiae atque insanae libidini ob hoc unum possis ignoscere, quod quae fecere patiuntur. Nec immerito hic illos furor vexat; necesse est enim in immensum exeat cupiditas quae naturalem modum transilit. Ille enim habet suum finem, inania et ex libidine orta sine termino sunt.	(5) Кто из врагов бесчестит человека так, как иных - собственные наслаждения? Таким можно простить их невоздержность и безумную похоть только по одной причине: они сами страдают от того, что творят. И недаром терзает их это неистовство: страсть, стоит ей перейти естественную меру, непременно теряет и всякую меру. Все желания имеют предел, кроме суетного и рожденного похотью: ему предела нет.
[6] Necessaria metitur utilitas: supervacua quo redigis? Voluptatibus itaque se mergunt quibus in consuetudinem adductis carere non	(6) Необходимое измеряется пользой, излишнему где найдешь границу? Так и погружаются в наслаждения, без которых, когда они вошли в привычку,

possunt, et ob hoc miserrimi sunt, quod eo pervenerunt ut illis quae supervacua fuerant facta sint necessaria. Serviunt itaque voluptatibus, non fruuntur, et mala sua, quod malorum ultimum est, et amant; tunc autem est consummata infelicitas, ubi turpia non solum delectant sed etiam placent, et desinit esse remedio locus ubi quae fuerant vitia mores sunt. Vale.	уже нельзя жить. Поэтому нет несчастнее зашедших так далеко, что прежде излишнее становится для них необходимым. Наслаждения уже не тешат их, а повелевают ими, они же - и это худшее зло! - любят свое зло. Тот дошел до предела несчастья, кого постыдное не только услаждает, но и радует. Нет лекарства для того, у кого пороки стали нравами. Будь здоров.

XL

[1] Quod frequenter mihi scribis gratias ago; nam quo uno modo potes te mihi ostendis. Numquam epistulam tuam accipio ut non protinus una simus. Si imagines nobis amicorum absentium iucundae sunt, quae memoriam renovant et desiderium [absentiae] falso atque inani solacio levant, quanto iucundiores sunt litterae, quae vera amici absentis vestigia, veras notas afferunt? Nam quod in conspectu dulcissimum est, id amici manus epistulae impressa praestat, agnoscere.	(1) Спасибо за то, что так часто мне пишешь, не упуская единственного способа показаться мне на глаза. Стоит мне получить от тебя письмо - и мы тотчас же снова вместе. Если нам приятны изображения отсутствующих друзей, напоминающие о них и умеряющие тоску разлуки пустым и обманчивым утешением, то насколько приятнее письма, хранящие живой след далеких друзей, живые пометы их руки! Это она, отпечатлевшись в письме, приносит ту радость, что отрадней всего при встрече, - радость узнавания.
[2] Audisse te scribis Serapionem philosophum, cum istuc applicuisset: 'solet magno cursu verba convellere, quae non effundit ?ima? sed premit et urguet; plura enim veniunt quam quibus vox una sufficiat'. Hoc non probo in philosopho, cuius pronuntiatio quoque, sicut vita, debet esse composita; nihil autem ordinatum est quod praecipitatur et properat. Itaque oratio illa apud Homerum concitata et sine intermissione in morem nivis superveniens oratori data est, lenis et melle dulcior seni profluit.	(2) Ты пишешь мне, что слышал философа Серапиона, когда он к вам туда причалил. "Он обычно извергает слова с такой скоростью, что они у него не льются, а теснятся и толкаются, так как их больше, чем может произнести один голос". По-моему, это плохо для философа, чья речь, как и жизнь, должна быть размеренной, а все, что второпях несется вперед, лишено порядка. У Гомера пылкая речь, когда слова сыплются без перерыва, как снег, приписана оратору, речь же старца льется плавно и слаще меда '.
[3] Sic itaque habe: [ut] istam vim dicendi rapidam atque abundantem aptiorem esse circulanti quam agenti rem magnam ac seriam docentique. Aeque stillare illum nolo quam currere; nec extendat aures nec obruat. Nam illa quoque inopia et exilitas minus	(3) Запомни, что стремительный напор и многословие больше пристали бродячему говоруну, чем толкующему о предметах серьезных и важных и тем более поучающему. У него, я думаю, слова не должны ни падать по капле, ни мчаться, ни заставлять нас

intentum auditorem habet taedio interruptae tarditatis; facilius tamen insidit quod exspectatur quam quod praetervolat. Venique tradere homines discipulis praecepta dicuntur: non traditur quod fugit.	прислушиваться, ни сыпаться нам в уши. Ведь бедность и худосочие тоже притупляют внимание слушателей, которым надоедает медлительность и прерывистость, - хотя то, чего приходится ждать, удерживается легче, чем пролетающее мимо. Ведь говорится, что люди передают ученикам знания, - но что уносится прочь, того не передашь.
[4] Adice nunc quod quae veritati operam dat oratio incomposita esse debet et simplex: haec popularis nihil habet veri. Movere vult turbam et inconsultas aures impetu rapere, tractandam se non praebet, aufertur: quomodo autem regere potest quae regi non potest? Quid quod haec oratio quae sanandis mentibus adhibetur descendere in nos debet? remedia non prosunt nisi immorantur.	(4) Подумай и о том, что речь, цель которой - истина, должна быть простой и безыскусной, между тем как в речах перед народом нет ни слова истины: их цель - взбудоражить толпу, мгновенно увлечь неискушенный слух, они уносятся, не давая над собою подумать. Но как может направлять других то, что само не подчинено правилам? Неужто речь, произнесенная ради излечения души, не должна в нас проникнуть? Лекарства не помогут, если не задержатся в теле.
[5] Multum praeterea habet inanitatis et vani, plus sonat quam valet. Lenienda sunt quae me exterrent, compescenda quae irritant, discutienda quae fallunt, inhibenda luxuria, corripienda avaritia: quid horum raptim potest fieri? quis medicus aegros in transitu curat? Quid quod ne voluptatem quidem ullam habet talis verborum sine dilectu ruentium strepitus?	(5) Кроме того, в такой речи немало пустого и суетного, шуму в ней больше, чем силы. Нужно умерить мои страхи, унять раздражение, рассеять заблуждения, нужно обуздать расточительность, искоренить алчность. Разве удастся это сделать на лету? Какой врач лечит больных мимоходом? Да что тут! Даже и удовольствия не доставляет этот треск без разбору сыплющихся слов!
[6] Sed ut pleraque quae fieri posse non crederes cognovisse satis est, ita istos qui verba exercuerunt abunde est semel audisse. Quid enim quis discere, quid imitari velit? quid de eorum animo iudicet quorum oratio perturbata et immissa est nec potest reprimi?	(6) Точно так же, как довольно однажды познакомиться с тем, что казалось невероятным, больше чем достаточно один раз услыхать этих умельцев. Чему захочешь у них учиться, в чем подражать им? Какое мненье составишь о душе того, чья беспорядочная речь несется без удержу?
[7] Quemadmodum per proclive currentium non ubi visum est gradus sistitur, sed incitato corporis ponderi servit ac longius quam voluit effertur, sic ista dicendi celeritas nec in sua potestate est nec satis decora philosophiae, quae ponere debet verba,	(7) Бегущие под уклон останавливаются не там, где наметили, вес тела увлекает их с разбегу дальше, чем они хотели, - и так же быстрая речь себе не подвластна и не пристала философии, которая должна не бросать слова на ветер, а вкладывать их в душу

non proicere, et pedetemptim procedere.	и потому идти шаг за шагом. -
[8] 'Quid ergo? non aliquando et insurget?' Quidni? sed salva dignitate morum, quam violenta ista et nimia vis exuit. Habeat vires magnas, moderatas tamen; perennis sit unda, non torrens. Vix oratori permiserim talem dicendi velocitatem inrevocabilem ac sine lege vadentem: quemadmodum enim iudex subsequi poterit aliquando etiam imperitus et rudis? Tum quoque, cum illum aut ostentatio abstulerit aut affectus impotens sui, tantum festinet atque ingerat quantum aures pati possunt.	(8) "Что ж, ей никогда и голоса не возвысить?" - Почему же? Но пусть сохраняет достоинство, с которым эта неистовая, чрезмерная сила несовместима. Пусть силы ее будут велики, но сдержанны, пусть речь ее будет неиссякаемой струей, а не дождевым потоком. По-моему, едва ли и оратору позволительна такая неудержимая, не ведающая законов скорость речи. Как уследить за нею судье, подчас неопытному и несведущему? Пусть оратор, даже когда его увлекает или желание блеснуть, или не властная над собою 2 страсть, говорит не быстрей и не больше, чем могут выдержать уши.
[9] Recte ergo facies si non audieris istos qui quantum dicant, non quemadmodum quaerunt, et ipse malueris, si necesse est, ?vel P. Vinicium dicere qui itaque?. Cum quaereretur quomodo P. Vinicius diceret, Asellius ait 'tractim'. Nam Geminus Varius ait, 'quomodo istum disertum dicatis nescio: tria verba non potest iungere'. Quidni malis tu sic dicere quomodo Vinicius?	(9) Ты правильно сделаешь, если не будешь обращать внимания на тех, кому важно, сколько сказано, а не как сказано, и предпочтешь, если понадобится, говорить, как Публий Виниций. - "Как это?" - На вопрос, как говорил Виниций, Азеллий отвечал: "В растяжку". А Гемин Варий говорил: "Почему вы называете его красноречивым, не понимаю: он и трех слов не может связать" 3. Почему же ты не желаешь говорить, как Виниций?
c[10] Aliquis tam insulsus intervenerit quam qui illi singula verba vellenti, tamquam dictaret, non diceret, ait 'dic, ?numquam dicas??' Nam Q. Hateri cursum, suis temporibus oratoris celeberrimi, longe abesse ab homine sano volo: numquam dubitavit, numquam intermisit; semel incipiebat, semel desinebat.	(10) Пусть и тебя прервет какой-нибудь невежа, как Виниция, которому крикнули из-за того, что он отрывал одно слово от другого, будто не говорил, а диктовал: "Говори! Скажешь ты когда-нибудь или нет?" Ведь, я думаю, мчаться, как Квинт Гатерий 4, знаменитейший в свое время оратор, не станет ни один человек в здравом уме. Гатерий не сомневался, не делал пауз, а раз начав, несся до конца.
[11] Quaedam tamen et nationibus puto magis aut minus convenire. In Graecis hanc licentiam tuleris: nos etiam cum scribimus interpungere assuevimus. Cicero quoque noster, a quo Romana eloquentia exsiluit, gradarius fuit. Romanus sermo magis se circumspicit et aestimat praebetque	(11) Есть вещи, которые, по-моему, одному народу подходят больше, другому меньше. У греков такая вольность была бы терпима, а мы и на письме привыкли разделять слова точками. Даже наш Цицерон, с которым так высоко поднялось римское красноречие, не был рысаком.

aestimandum.	Римская речь чаще озирается, задумывается и позволяет о себе подумать.
[12] Fabianus, vir egregius et vita et scientia et, quod post ista est, eloquentia quoque, disputabat expedite magis quam concitate, ut posses dicere facilitatem esse illam, non celeritatem. Hanc ego in viro sapiente recipio, non exigo; ut oratio eius sine impedimento exeat, proferatur tamen malo quam profluat.	(12) Фабиан, человек, отличавшийся и безупречной жизнью, и знаниями, и красноречием (которому принадлежит последнее место), когда вел рассуждения, говорил легко, но не скоро, так что речь его, можно сказать, отличалась плавностью, а не быстротой. Я не возражаю, если мудрый обладает и этим достоинством, но не требую, чтобы он говорил без запинки: по мне важнее, чтобы речь была хорошо произнесена, пусть и не так плавно.
[13] Eo autem magis te deterreo ab isto morbo quod non potest tibi ista res contingere aliter quam si te pudere desierit: perfrices frontem oportet et te ipse non audias; multa enim inobservatus ille cursus feret quae reprendere velis.	(13) Я тем более хочу отпугнуть тебя от этой напасти; ведь если она пристанет к тебе, значит, ты наверняка потерял стыд, разучился краснеть и перестал себя самого слушать. Ибо этот поток, за которым даже ты не следишь, несет много такого, что тебе самому потом захочется взять назад. Но, повторяю, к тебе эта напасть не пристанет, если ты не потеряешь совесть. Кроме того, нужно ежедневно упражняться и отдавать свое усердие сначала предметам, а потом словам.
[14] Non potest, inquam, tibi contingere res ista salva verecundia. Praeterea exercitatione opus est cotidiana et a rebus studium transferendum est ad verba. Haec autem etiam si aderunt et poterunt sine ullo tuo labore decurrere, tamen temperanda sunt; nam quemadmodum sapienti viro incessus modestior convenit, ita oratio pressa, non audax. Summa ergo summarum haec erit: tardilocum esse te iubeo. Vale. P	(14) А им тоже нельзя давать воли, пусть даже они придут сами и потекут без всякого твоего труда: мудрецу приличествует не только скромная осанка, но и сжатая, сдержанная речь. А итог всех итогов таков: приказываю тебе говорить медленно! Будь здоров.

XLI

[1] Facis rem optimam et tibi salutarem si, ut scribis, perseveras ire ad bonam mentem, quam stultum est optare cum possis a te impetrare. Non sunt ad caelum elevandae manus nec exorandus aedituus ut nos ad aurem simulacri,	(1) Ты пишешь, что по-прежнему упорно стремишься к совершенству духа; дело это прекрасное и для тебя спасительное, ибо глупо молить о том, чего можно добиться от себя самого. Незачем ни простирать руки к

quasi magis exaudiri possimus, admittat: prope est a te deus, tecum est, intus est.	небесам, ни просить прислужника в храме, чтобы он допустил нас к самому уху кумира, как будто тот лучше услышит нас: ведь бог близ тебя, с тобою, в тебе!
[2] Ita dico, Lucili: sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum observator et custos; hic prout a nobis tractatus est, ita nos ipse tractat. Bonus vero vir sine deo nemo est: an potest aliquis supra fortunam nisi ab illo adiutus exsurgere? Ille dat consilia magnifica et erecta. In unoquoque virorum bonorum	(2) Говорю тебе, Луцилий, что в нас заключен некий божественный дух, наблюдатель и страж всего хорошего и дурного, - и как мы с ним обращаемся, так и он с нами. Всякий истинный человек добра причастен божеству. Кто без помощи бога может возвыситься над фортуной? Он дает нам благородные и правдивые советы. В каждом человеке добра
[quis deus incertum est] habitat deus.	*... обитает один - но не ведаем кто - из бессмертных1*
[3] Si tibi occurrerit vetustis arboribus et solitam altitudinem egressis frequens lucus et conspectum caeli [densitate] ramorum aliorum alios protegentium summovens, illa proceritas silvae et secretum loci et admiratio umbrae in aperto tam densae atque continuae fidem tibi numinis faciet. Si quis specus saxis penitus exesis montem suspenderit, non manu factus, sed naturalibus causis in tantam laxitatem excavatus, animum tuum quadam religionis suspicione percutiet. Magnorum fluminum capita veneramur; subita ex abdito vasti amnis eruptio aras habet; coluntur aquarum calentium fontes, et stagna quaedam vel opacitas vel immensa altitudo sacravit.	(3) Если тебе встретится роща, где то и дело попадаются старые деревья выше обычного, где не видно неба из-за гущины нависающих друг над другом ветвей, то и высота стволов, и уединенность места, и удивительная под открытым небом тень, густая и без просветов, - все внушит тебе веру в присутствие божества. Или если пещера в глубоко изъеденных скалах несет на своих сводах гору, если выкопана она не руками, а стала столь просторной от естественных причин, то душа у тебя всколыхнется предчувствием святыни. Мы чтим истоки больших рек, ставим алтари там, где из-под земли вдруг выбиваются обильные потоки, поклоняемся горячим источникам, многие озера для нас священны из-за их темных вод или безмерной глубины.
[4] Si hominem videris interritum periculis, intactum cupiditatibus, inter adversa felicem, in mediis tempestatibus placidum, ex superiore loco homines videntem, ex aequo deos, non subibit te veneratio eius? non dices, 'ista res maior est altiorque quam ut credi similis huic in quo est corpusculo possit'?	(4) А если ты увидишь человека, не устрашенного опасностями, чуждого страстям, счастливого среди бед, спокойного среди бурь, глядящего на людей сверху вниз, а на богов - как на равных, разве не почувствуешь ты преклонения перед ним? Разве не скажешь: "Тут есть нечто слишком великое и возвышенное, чтобы можно было поверить, будто оно схоже с этим жалким телом - своим

	обиталищем. Сюда снизошла божественная сила".
[5] Vis isto divina descendit; animum excellentem, moderatum, omnia tamquam minora transeuntem, quidquid timemus optamusque ridentem, caelestis potentia agitat. Non potest res tanta sine adminiculo numinis stare; itaque maiore sui parte illic est unde descendit. Quemadmodum radii solis contingunt quidem terram sed ibi sunt unde mittuntur, sic animus magnus ac sacer et in hoc demissus, ut propius [quidem] divina nossemus, conversatur quidem nobiscum sed haeret origini suae; illinc pendet, illuc spectat ac nititur, nostris tamquam melior interest.	(5) Если высокая душа чужда волнений, пренебрегает всем, словно все для нее ничтожно, если ей смешны наши страхи и стремления, - значит, ею движет небесная власть. Ничто столь великое не может существовать без поддержки божества. И выходит, что большей своей частью эта душа принадлежит тому миру, откуда снизошла. Как солнечные лучи, хоть и касаются земли, пребывают там, откуда исходят, так и душа, великая и святая, хоть и послана сюда затем, чтобы мы могли ближе познать божественное, хоть и не чуждается нас, однако неотрывно связана со своей родиной: от нее она зависит, к ней направляет и взоры, и усилия, а в нашей жизни участвует как нечто лучшее.
[6] Quis est ergo hic animus? qui nullo bono nisi suo nitet. Quid enim est stultius quam in homine aliena laudare? quid eo dementius qui ea miratur quae ad alium transferri protinus possunt? Non faciunt meliorem equum aurei freni. Aliter leo aurata iuba mittitur, dum contractatur et ad patientiam recipiendi ornamenti cogitur fatigatus, aliter incultus, integri spiritus: hic scilicet impetu acer, qualem illum natura esse voluit, speciosus ex horrido, cuius hic decor est, non sine timore aspici, praefertur illi languido et bratteato.	(6) Что же это за душа? Та, что не блещет другими благами, кроме своих. Разве есть что глупее, чем хвалить человека за то, что ему не при надлежит? Есть ли что безумнее, чем восхищаться вещами, которые немедля могут перейти к другому? Лошадь не становится лучше, если узда у нее из золота. Одно дело - когда выпускают льва с позолоченной гривой, укротив его и утомив настолько, что он позволил себя украсить, другое дело когда он выходит неубранный и не сломленный духом. И уж, конечно, такой зверь, яростный в нападении, каким создала его природа, прекрасный в своей дикости и украшенный лишь тем, что на него нельзя смотреть без страха, намного превосходит другого, расслабленного и осыпанного блестками.
[7] Nemo gloriari nisi suo debet. Vitem laudamus si fructu palmites onerat, si ipsa pondere [ad terram] eorum quae tulit adminicula deducit: num quis huic illam praeferret vitem cui aureae uvae, aurea folia dependent? Propria virtus est in vite fertilitas; in homine quoque	(7) Никто не должен похваляться чужим. Мы хвалим лозу, если она отягощает побеги гроздьями, если гнет подпору к земле весом собственных плодов. Кто предпочтет ей лозу, на которой и ягоды, и листья из золота? Достоинство лозы -

id laudandum est quod ipsius est. Familiam formonsam habet et domum pulchram, multum serit, multum fenerat: nihil horum in ipso est sed circa ipsum.	плодоносность; так и в человеке следует хвалить лишь то, что от него самого. У такого-то красивая челядь и прекрасный дом, он много сеет и много получает барыша: но все это - не от него самого, а вокруг него.
[8] Lauda in illo quod nec eripi potest nec dari, quod proprium hominis est. Quaeris quid sit? animus et ratio in animo perfecta. Rationale enim animal est homo; consummatur itaque bonum eius, si id implevit cui nascitur.	(8) Хвали в нем то, что нельзя ни отнять, ни дать, что принадлежит самому человеку. Ты спросишь, что это? Душа, а в ней - совершенный разум. Ведь человек - разумное существо; значит, для него высшее благо - выполнить то, ради чего он рожден.
Quid est autem quod ab illo ratio haec exigat? rem facillimam, secundum naturam suam vivere. Sed hanc difficilem facit communis insania: in vitia alter alterum trudimus. Quomodo autem revocari ad salutem possunt quos nemo retinet, populus impellit? Vale.	(9) А что требует от него разум? Ничего трудного: только жить согласно своей природе. Трудно это лишь по причине всеобщего безумия мы все толкаем друг друга к пороку. Как можно вернуть к здравомыслию тех, кого не удерживает никто, а гонит вперед целая толпа? Будь здоров.

XLII

[1] Iam tibi iste persuasit virum se bonum esse? Atqui vir bonus tam cito nec fieri potest nec intellegi. Scis quem nunc virum bonum dicam? hunc secundae notae; nam ille alter fortasse tamquam phoenix semel anno quingentesimo nascitur. Nec est mirum ex intervallo magna generari: mediocria et in turbam nascentia saepe fortuna producit, eximia vero ipsa raritate commendat.	(1) Неужто ему удалось тебя убедить, будто он - человек добра? Человеком добра нельзя стать быстро, как нельзя быстро распознать его. Знаешь, кого я называю теперь людьми добра? Людей второго разбора! Потому что истинный человек добра рождается, может быть, раз в пятьсот лет, как феникс; впрочем, нет ничего удивительного в том, что великое появляется изредка. Посредственное, рожденное для того, чтобы влиться в толпу, фортуна создает одно за другим, исключительность исключительного удостоверяется его редкостью.
[2] Sed iste multum adhuc abest ab eo quod profitetur; et si sciret quid esset vir bonus, nondum esse se crederet, fortasse etiam fieri posse desperaret. 'At male existimat de malis.' Hoc etiam mali faciunt, nec ulla maior poena nequitiaest quam quod sibi ac suis displicet.	(2) А ему еще далеко до того, чем он себя провозглашает; и знай он, что такое человек добра, он бы не считал себя таким, а может быть, и не надеялся бы им стать. - "Но он плохо думает о плохих". - Как и сами плохие люди: ведь тяжелей всего порочность карается тем, что противна и самой себе, и своим приверженцам. -

[3] 'At odit eos qui subita et magna potentia impotenter utuntur.' Idem faciet cum idem potuerit. Multorum quia imbecilla sunt latent vitia, non minus ausura cum illis vires suae placuerint quam illa quae iam felicitas aperuit. Instrumenta illis explicandae nequitiae desunt.	(3) "Он ненавидит тех, кто, внезапно получив большую власть, не властны сдерживать себя". - И он бы делал то же самое, если бы мог. Пороки многих скрыты, потому что немощны, а уверенные в своих силах, они стали бы не менее дерзки, чем те, которых счастье вывело на свет.
[4] Sic tuto serpens etiam pestifera tractatur dum riget frigore: non desunt tunc illi venena sed torpent. Multorum crudelitas et ambitio et luxuria, ut paria pessimis audeat, fortunae favore deficitur. Eadem velle [subaudi si] cognosces: da posse quantum volunt.	(4) У таких лишь нет средств развернуться во всей своей низости. Так ядовитую змею не опасно трогать, пока она скована холодом: не то что в ней нет яда, а просто он заморожен. Многим не хватает только благосклонности судьбы, чтобы сравняться и жестокостью, и честолюбием, и жаждой роскоши с самыми худшими. Дай им силы на все, чего они хотят, и ты узнаешь, что хочется им того же.
[5] Meministi, cum quendam affirmares esse in tua potestate, dixisse me volaticum esse ac levem et te non pedem eius tenere sed pinnam? Mentitus sum: pluma tenebatur, quam remisit et fugit. Scis quos postea tibi exhibuerit ludos, quam multa in caput suum casura temptaverit. Non videbat se per aliorum pericula in suum ruere non cogitabat quam onerosa essent quae petebat, etiam si supervacua non essent.	(5) Помнишь, когда ты утверждал, будто один такой в твоей власти, я ответил, что он легок, как птица, и держишь ты его не за лапу, а за перо? Разве я солгал? Ты держал его за пушинку, он оставил ее у тебя в руках - и унесся. Знаешь, сколько он еще сыграет с тобой шуток, как много натворит такого, что потом на его же голову падет? Он не видел, что, угрожая другим, ставит и себя под угрозу. Он не думал, что все, чего он домогается, даже и не будь оно ненужным, было бы обременительным.
[6] Hoc itaque in his quae affectamus, ad quae labore magno contendimus, inspicere debemus, aut nihil in illis commodi esse aut plus incommodi: quaedam supervacua sunt, quaedam tanti non sunt. Sed hoc non pervidemus et gratuita nobis videntur quae carissime constant.	(6) Значит, за чем бы мы ни гнались, чего бы ни домогались ценой больших трудов, следует посмотреть, просто ли в нем нет ничего приятного или же больше есть неприятного. Одно не нужно, другое не стоит своей цены. А мы этого не замечаем, нам кажется, будто мы даром берем то, что обходится очень дорого.
[7] Ex eo licet stupor noster appareat, quod ea sola putamus emi pro quibus pecuniam solvimus, ea gratuita vocamus pro quibus nos ipsos impendimus. Quae emere nollemus si domus nobis nostra pro illis esset danda, si amoenum aliquod	(7) Все наше тупоумие заметно хотя бы из того, что мы считаем купленным лишь приобретенное за деньги, а на что тратим самих себя, то зовем даровым. Чего мы не пожелали бы купить, если бы в уплату пришлось отдать дом или красивое и плодородное имение, - ради

fructuosumve praedium, ad ea paratissimi sumus pervenire cum sollicitudine, cum periculo, cum iactura pudoris et libertatis et temporis; adeo nihil est cuique se vilius.	этого готовы терпеть тревоги и опасности, потерять и стыд, и свободу, и время. Всякий ценит самого себя дешевле всего.
[8] Idem itaque in omnibus consiliis rebusque faciamus quod solemus facere quotiens ad institorem alicuius mercis accessimus: videamus hoc quod concupiscimus quanti deferatur. Saepe maximum pretium est pro quo nullum datur. Multa possum tibi ostendere quae acquisita acceptaque libertatem nobis extorserint; nostri essemus, si ista nostra non essent.	(8) Будем же во всех делах и помыслах действовать так, словно мы пришли к торговцу каким-нибудь товаром, и посмотрим, сколько просят за то, что мы желаем. Часто цена высока, а дают всего ничего. И еще я могу показать тебе много такого, что, попав к нам в руки, отнимает у нас свободу; если бы оно нам не принадлежало, мы принадлежали бы самим себе.
[9] Haec ergo tecum ipse versa, non solum ubi de incremento agetur, sed etiam ubi de iactura. 'Hoc periturum est.' Nempe adventicium fuit; tam facile sine isto vives quam vixisti. Si diu illud habuisti, perdis postquam satiatus es; si non diu, perdis antequam assuescas. 'Pecuniam minorem habebis.' Nempe et molestiam.	(9) Хорошо подумай об этом и тогда, когда дело идет не о прибыли, а об убытке. С тем-то предстоит расстаться; но разве оно всегда было твоим? Ты так же легко проживешь без него, как жил когда-то. Если ты долго владел утраченным, то успел им насытиться, если недолго, то не успел привыкнуть к нему. Меньше будет денег? Значит, и меньше докуки.
[10] 'Gratiam minorem.' Nempe et invidiam. Circumspice ista quae nos agunt in insaniam, quae cum plurimis lacrimis amittimus: scies non damnum in iis molestum esse, sed opinionem damni. Nemo illa perisse sentit sed cogitat. Qui se habet nihil perdidit: sed quoto cuique habere se contigit? Vale.	(10) Меньше милостей? Значит, и меньше зависти. Взгляни, что доводит нас до безумия, что мы теряем со слезами, - и ты поймешь, что горек не сам урон, а мнение о нем. Никто не чувствует потери, - о ней только думают. Кто сохранил себя, тот ничего не потерял, но многим ли удается сохранить себя? Будь здоров.

XLIII

[1] Quomodo hoc ad me pervenerit quaeris, quis mihi id te cogitare narraverit quod tu nulli narraveras? Is qui scit plurimum, rumor. 'Quid ergo?' inquis 'tantus sum ut possim excitare rumorem?' Non est quod te ad hunc locum respiciens metiaris: ad istum respice in quo moraris.	(1) Ты спрашиваешь, как это дошло до меня, кто рассказал мне о твоих думах, о которых ты не рассказывал никому. - Та, кто знает больше всех: людская молва. - "Как так? - спросишь ты. - Неужели я такой важный, чтобы дать пищу толкам?" - Когда меришь себя, нельзя оглядываться на здешние места: смотри на те, где живешь.
[2] Quidquid inter vicina eminet magnum est illic ubi eminet; nam magnitudo non habet modum certum:	(2) Что высится над всею округой, то и считается большим. Величина единой мерой не мерится, она становится

comparatio illam aut tollit aut deprimit. Navis quae in flumine magna est in mari parvula est; gubernaculum quod alteri navi magnum alteri exiguum est.	либо больше, либо меньше от сравнения. Судно, крупное на реке, будет крохотным в море, руль, который для одного корабля велик, будет мал для другого.
[3] Tu nunc in provincia, licet contemnas ipse te, magnus es. Quid agas, quemadmodum cenes, quemadmodum dormias, quaeritur, scitur: eo tibi diligentius vivendum est. Tunc autem felicem esse te iudica cum poteris in publico vivere, cum te parietes tui tegent, non abscondent, quos plerumque circumdatos nobis iudicamus non ut tutius vivamus, sed ut peccemus occultius.	(3) Теперь в провинции ты - важное лицо, хотя бы сам себя и не ценил. Все спрашивают и разузнают, что ты делаешь, что ешь, на чем спишь. Тем более осмотрительно должен ты жить. Считай себя счастливым тогда, когда сможешь жить у всех на виду, когда стены будут защищать тебя, а не прятать, хоть обычно мы и думаем, будто они вокруг нас не затем, чтобы нам жить в безопасности, а затем, чтобы незаметнее грешить.
[4] Rem dicam ex qua mores aestimes nostros: vix quemquam invenies qui possit aperto ostio vivere. Ianitores conscientia nostra, non superbia opposuit: sic vivimus ut deprendi sit subito aspici. Quid autem prodest recondere se et oculos hominum auresque vitare?	(4) Я скажу одну вещь, по которой ты оценишь наши нравы: едва ли найдешь такого, кто мог бы жить при открытых дверях. Сторожей к нам приставила не наша гордость, а наша стыдливость. Мы живем так, что внезапно увидеть нас - значит, поймать с поличным. Но что пользы прятаться, избегая людских глаз и ушей?
[5] Bona conscientia turbam advocat, mala etiam in solitudine anxia atque sollicita est. Si honesta sunt quae facis, omnes sciant; si turpia, quid refert neminem scire cum tu scias? O te miserum si contemnis hunc testem! Vale.	(5) Чистая совесть может созвать целую толпу, нечистая и в одиночестве не избавлена от тревоги и беспокойства. Если твои поступки честны, пусть все о них знают, если они постыдны, что толку таить их от всех, когда ты сам о них знаешь? И несчастный ты человек, если не считаешься с этим свидетелем! Будь здоров.

XLIV

[1] Iterum tu mihi te pusillum facis et dicis malignius tecum egisse naturam prius, deinde fortunam, cum possis eximere te vulgo et ad felicitatem hominum maximam emergere. Si quid est aliud in philosophia boni, hoc est, quod stemma non inspicit; omnes, si ad originem primam revocantur, a dis sunt.	(1) Опять ты передо мною уничижаешься и говоришь, будто сперва к тебе была враждебна природа, потом фортуна, между тем как ты мог бы вырваться из толпы и подняться к величайшему счастью, доступному людям. Но если есть в философии что хорошее, так это то, что она не смотрит в родословную. Все, если взглянуть на изначальное происхожденье, ведут род от богов.

[2] Eques Romanus es, et ad hunc ordinem tua te perduxit industria; at mehercules multis quattuordecim clausa sunt, non omnes curia admittit, castra quoque quos ad laborem et periculum recipiant fastidiose legunt: bona mens omnibus patet, omnes ad hoc sumus nobiles. Nec reicit quemquam philosophia nec eligit: omnibus lucet.	(2) Ты - римский всадник, и вошел в это сословие благодаря собственной предприимчивости. А есть, право же, много таких, для кого закрыты четырнадцать рядов 1. Курия допускает не всех, лагерь, принимающий для трудов и опасностей, придирчив в отборе. Благородство духа доступно всем, для этого все мы родовиты. Философия никого не отвергает и не выбирает: она светит каждому.
[3] Patricius Socrates non fuit; Cleanthes aquam traxit et rigando horto locavit manus; Platonem non accepit nobilem philosophia sed fecit: quid est quare desperes his te posse fieri parem? Omnes hi maiores tui sunt, si te illis geris dignum; geres autem, si hoc protinus tibi ipse persuaseris, a nullo te nobilitate superari.	(3) Сократ не был патрицием, Клеанф носил воду, нанявшись поливать садик, Платона философия не приняла благородным, а сделала. Почему же ты не надеешься с ними сравняться? Все они твои предки, если ты будешь их достоин, а достойным их ты станешь, только убедив себя в том, что родовитостью ты никому не уступаешь.
[4] Omnibus nobis totidem ante nos sunt; nullius non origo ultra memoriam iacet. Platon ait neminem regem non ex servis esse oriundum, neminem non servum ex regibus. Omnia ista longa varietas miscuit et sursum deorsum fortuna versavit.	(4) За всеми нами одинаковое число поколений, происхожденье всякого лежит за пределами памяти. Платон говорит: "Нет царя, что не произошел бы от раба, и нет раба не царского рода" 2. Все перемешала долгая череда перемен и перевернула вверх дном фортуна.
[5] Quis est generosus? ad virtutem bene a natura compositus. Hoc unum intuendum est: alioquin si ad vetera revocas, nemo non inde est ante quod nihil est. A primo mundi ortu usque in hoc tempus perduxit nos ex splendidis sordidisque alternata series. Non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus; nemo in nostram gloriam vixit nec quod ante nos fuit nostrum est: animus facit nobilem, cui ex quacumque condicione supra fortunam licet surgere.	(5) Кто благороден? Тот, кто имеет природную наклонность к добродетели. Только на это и надо смотреть! А иначе, если мы доберемся до глубочайшей старины, окажется, что всякий происходит из тех времен, прежде которых ничего не было. От начала мира до наших дней вела нас череда перемен, то блистательных, то убогих. Благородны мы не потому, что наш атрий полон закопченных портретов3. Никто не жил ради нашей славы; что было до нас, то не наше. Благородными делает нас душа, которая из любого состояния может подняться над фортуной.
[6] Puta itaque te non equitem Romanum esse sed libertinum: potes hoc consequi, ut solus sis liber inter ingenuos. 'Quomodo?' inquis. Si mala bonaque non populo auctore distineris. Intuendum est non unde veniant, sed quo eant. Si quid est	(6) Вообрази, что ты не римский всадник, а вольноотпущенник; и тогда ты можешь своими усилиями стать единственным свободным среди свободнорожденных. - "Каким образом?" - спросишь ты. - Если будешь определять благо и зло не по мерке толпы. Смотреть

quod vitam beatam potest facere, id bonum est suo iure; depravari enim in malum non potest.	нужно не на начало, а на конец пути. Что может сделать нашу жизнь блаженной, то и есть благо, ни от чего не зависимое. Во зло его извратить нельзя.
[7] Quid est ergo in quo erratur, cum omnes beatam vitam optent? quod instrumenta eius pro ipsa habent et illam dum petunt fugiunt. Nam cum summa vitae beatae sit solida securitas et eius inconcussa fiducia, sollicitudinis colligunt causas et per insidiosum iter vitae non tantum ferunt sarcinas sed trahunt; ita longius ab effectu eius quod petunt semper abscedunt et quo plus operae impenderunt, hoc se magis impediunt et feruntur retro. Quod evenit in labyrintho properantibus: ipsa illos velocitas implicat. Vale.	(7) В чем же заблуждаются все люди, когда желают счастливой жизни? В том, что принимают средства к ней за нее самое и чем больше к ней стремятся, тем дальше от нее оказываются. Ведь начало и конец блаженства в жизни - безмятежность и непоколебимая уверенность, а люди копят причины для тревог и не то что несут, а волокут свой груз по жизненному пути, полному засад. Так они уходят все дальше от цели и чем больше тратят труда, тем больше себе мешают и самих себя отбрасывают вспять. Так бывает с теми, кто торопится пройти через лабиринт: сама спешка их запутывает. Будь здоров.

XLV

[1] Librorum istic inopiam esse quereris. Non refert quam multos sed quam bonos habeas: lectio certa prodest, varia delectat. Qui quo destinavit pervenire vult unam sequatur viam, non per multas vagetur: non ire istuc sed errare est.	(1) Ты жалуешься, что тебе там не хватает книг. Но ведь дело не в том, чтобы книг было много, а в том, чтоб они были хорошие: от чтенья с выбором мы получаем пользу, от разнообразного - только удовольствие. Кто хочет дойти до места, тот выбирает одну дорогу, а не бродит по многим, потому что это называется не идти, а блуждать. -
[2] 'Vellem' inquis '[non] magis consilium mihi quam libros dares.' Ego vero quoscumque habeo mittere paratus sum et totum horreum excutere; me quoque isto, si possem, transferrem, et nisi mature te finem officii sperarem impetraturum, hanc senilem expeditionem indixissem mihi nec me Charybdis et Scylla et fabulosum istud fretum deterrere potuissent. Tranassem ista, non solum traiecissem, dummodo te complecti possem et praesens aestimare quantum animo crevisses.	(2) Но ты скажешь: "Мне нужны от тебя не советы, а книги". - Я готов тебе послать все, сколько имею, и вытрясти закрома. Да и сам бы я отправился туда, будь у меня силы, и приказал бы себе совершить этот старческий поход, если бы не надеялся, что ты скоро добьешься осво вождения от должности. Меня не испугали бы ни Сцилла, ни Харибда, ни прославленный в преданиях пролив: я бы пересек его даже не на корабле, а вплавь, лишь бы обнять тебя и увидеть вблизи, насколько ты вырос духом.
[3] Ceterum quod libros meos tibi mitti desideras, non magis ideo me disertum puto quam formonsum	(3) Из-за того, что ты хочешь получить и мои сочинения, я не стану считать себя красноречивым, как не счел бы

putarem si imaginem meam peteres. Indulgentiae scio istud esse, non iudici; et si modo iudici est, indulgentia tibi imposuit.	себя красавцем, попроси ты мой портрет. Я знаю, что причиною тут снисходительность, а не здравая оценка, а если и оценка, то тебе ее внушила снисходительность.
[4] Sed qualescumque sunt, tu illos sic lege tamquam verum quaeram adhuc, non sciam, et contumaciter quaeram. Non enim me cuiquam emancipavi, nullius nomen fero; multum magnorum virorum iudicio credo, aliquid et meo vindico. Nam illi quoque non inventa sed quaerenda nobis reliquerunt, et invenissent forsitan necessaria nisi et supervacua quaesissent.	(4) Но каковы бы они ни были, прочти мои книги, видя в них поиски истины, которой я не знаю, но ищу упорно. Ведь я никому не отдался во власть, ничьего имени не принял и, хотя верю суждениям великих людей, признаю некоторые права и за моими собственными. Сами великие оставили нам не только открытия, но и много ненайденного. Может быть, они и нашли бы необходимое, если бы не искали лишнего.
[5] Multum illis temporis verborum cavillatio eripuit, captiosae disputationes quae acumen irritum exercent. Nectimus nodos et ambiguam significationem verbis illigamus ac deinde dissolvimus: tantum nobis vacat? iam vivere, iam mori scimus? Tota illo mente pergendum est ubi provideri debet ne res nos, non verba decipiant.	(5) Но много времени отняли у них словесные тонкости и полные ловушек рассуждения, лишь оттачивающие пустое остроумие. Мы запутываем узлы, навязывая словам двойной смысл, а потом распутываем их. Неужели так много у нас свободного времени? Неужели .мы уже знаем, как жить, как умирать? Вот к чему следует направить все мысли. Не в словах, а в делах нужна зоркость, чтобы не быть обманутым.
[6] Quid mihi vocum similitudines distinguis, quibus nemo umquam nisi dum disputat captus est? Res fallunt: illas discerne. Pro bonis mala amplectimur; optamus contra id quod optavimus; pugnant vota nostra cum votis, consilia cum consilis.	(6) Зачем ты указываешь мне различия между сходными речениями, когда тут, если не пускаться в рассуждения, в ловушку не попадешься? Различай предметы: они нас обманывают! Дурное мы любим как хорошее, одной молитвой опровергаем другую. Желания у нас в разладе с желаниями, замыслы - с замыслами.
[7] Adulatio quam similis est amicitiae! Non imitatur tantum illam sed vincit et praeterit; apertis ac propitiis auribus recipitur et in praecordia ima descendit, eo ipso gratiosa quo laedit: doce quemadmodum hanc similitudinem possim dinoscere. Venit ad me pro amico blandus inimicus; vitia nobis sub virtutum nomine obrepunt: temeritas sub titulo fortitudinis latet, moderatio vocatur ignavia, pro cauto timidus accipitur. In his magno	(7) А как похожа лесть на дружбу! Она не только ей подражает, но и побеждает ее, и обгоняет: ведь для нее-то и открыт благосклонный слух, она-то и проникает в глубину сердца, приятная нам как раз тем, чем вредит. Научи меня различать это сходство! Вкрадчивый враг подошел ко мне под личиной друга, пороки подбираются к нам под именем добродетелей; наглость прикрывается прозвищем смелости, лень зовется умеренностью, трусливого принимают за осторожного. Здесь-то

periculo erramus: his certas notas imprime.	нам блуждать всего опасней, - так отметь каждый предмет явным знаком.
[8] Ceterum qui interrogatur an cornua habeat non est tam stultus ut frontem suam temptet, nec rursus tam ineptus aut hebes ut nesciat [nisi] tu illi subtilissima collectione persuaseris. Sic ista sine noxa decipiunt quomodo praestigiatorum acetabula et calculi, in quibus me fallacia ipsa delectat. Effice ut quomodo fiat intellegam: perdidi lusum. Idem de istis captionibus dico - quo enim nomine potius sophismata appellem? -: nec ignoranti nocent nec scientem iuvant.	(8) Все равно спрошенный о том, "есть ли у него рога", не будет так глуп, чтобы ощупать себе лоб1, не будет так глуп и слабоумен, чтобы не знать правды, даже если ты приведешь в доказательство свое хитрое умозаключенье. Это - обман безобидный, как чашки и камешки фокусников, где само надувательство доставляет удовольствие: сделай так, чтобы я понял, как все получается, - и пропал весь интерес. То же самое и с этими ловушками (а как иначе мне назвать софизм?): не знающему они не вредят, знающему - не доставляют удовольствия.
[9] Si utique vis verborum ambiguitates diducere, hoc nos doce, beatum non eum esse quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluxit, sed illum cui bonum omne in animo est, erectum et excelsum et mirabilia calcantem, qui neminem videt cum quo se commutatum velit, qui hominem ea sola parte aestimat qua homo est, qui natura magistra utitur, ad illius leges componitur, sic vivit quomodo illa praescripsit; cui bona sua nulla vis excutit, qui mala in bonum vertit, certus iudicii, inconcussus, intrepidus; quem aliqua vis movet, nulla perturbat; quem fortuna, cum quod habuit telum nocentissimum vi maxima intorsit, pungit, non vulnerat, et hoc raro; nam cetera eius tela, quibus genus humanum debellatur, grandinis more dissultant, quae incussa tectis sine ullo habitatoris incommodo crepitat ac solvitur.	(9) А если ты все-таки хочешь разбираться в словах двоякого смысла, то объясни нам, что блажен не тот, кого толпа считает блаженным, к кому стекается много денег, но тот, чье благо все внутри, кто прям и высок духом и презирает то, что других восхищает, кто ни с кем не хотел бы поменяться местами, кто ценит человека лишь как человека, кто избирает наставницей природу, сообразуется с ее законами, живет так, как она предписывает, у кого никакая сила не отнимет его блага, кто и беды обернет ко благу, кто тверд в суждениях, непоколебим и бесстрашен, кого иная сила и взволнует, но никакая не приведет в смятение, кого фортуна, изо всех сил метнув самое зловредное свое копье, не ранит, а только оцарапает, да и то редко, Потому что прочие ее копья, которыми она валит наземь род людской, отскакивают, словно град, который, ударяясь о крышу, шумит и тает без ущерба для обитателей дома.
[10] Quid me detines in eo quem tu ipse pseudomenon appellas, de quo tantum librorum compositum est? Ecce tota mihi vita mentitur: hanc coargue, hanc ad verum, si acutus es, redige. Necessaria iudicat quorum magna pars supervacua est; etiam quae non est supervacua nihil in se	(10) Зачем ты занимаешь меня так долго тем, что сам именуешь "лжецом"2 и о чем сочинили столько книг? Вся жизнь лжет мне: уличи-ка ее и верни к правде, если ты так остер. Ведь она считает по большей части излишнее - необходимым; но даже и не излишнее часто неспособно сделать нас

momenti habet in hoc, ut possit fortunatum beatumque praestare. Non enim statim bonum est, si quid necessarium est: aut proicimus bonum, si hoc nomen pani et polentae damus et ceteris sine quibus vita non ducitur.	счастливыми и блаженными. Ведь то, что необходимо, не есть непременно благо: мы унизим понятие блага, если назовем этим словом хлеб или мучную похлебку, или что-нибудь еще, без чего не проживешь.
[11] Quod bonum est utique necessarium est: quod necessarium est non utique bonum est, quoniam quidem necessaria sunt quaedam eademque vilissima. Nemo usque eo dignitatem boni ignorat ut illud ad haec in diem utilia demittat.	(11) Что благо, то всегда необходимо, что необходимо, то не всегда благо, коль скоро и самые низменные вещи бывают необходимы. Нет такого, кто настолько не знал бы достоинства блага, что мог унизить его до повседневных надобностей.
[12] Quid ergo? non eo potius curam transferes, ut ostendas omnibus magno temporis impendio quaeri supervacua et multos transisse vitam dum vitae instrumenta conquirunt? Recognosce singulos, considera universos: nullius non vita spectat in crastinum.	(12) Так не лучше ли перенести свои усилия и постараться доказать всем, как много времени тратится на добывание ненужного, как много людей упускает жизнь, добывая средства к жизни? Испытай каждого в отдельности, поразмысли обо всех: жизнь любого занята завтрашним днем. -
[13] Quid in hoc sit mali quaeris? Infinitum. Non enim vivunt sed victuri sunt: omnia differunt. Etiamsi attenderemus, tamen nos vita praecurreret; nunc vero cunctantes quasi aliena transcurrit et ultimo die finitur, omni perit. Sed ne epistulae modum excedam, quae non debet sinistram manum legentis implere, in alium diem hanc litem cum dialecticis differam nimium subtilibus et hoc solum curantibus, non et hoc. Vale.	(13) Ты спросишь, что тут плохого. - Очень много! Ведь эти люди не живут, а собираются жить и все и вся откладывают. Сколько бы мы ни старались, жизнь бежит быстрее нас, а если мы еще медлим, она проносится, словно и не была нашей, и, хотя кончается в последний день, уходит от нас ежедневно. Но, чтобы письмо, которому не положено не умещаться в левой руке читающего, не оказалось чересчур большим, я отложу на другой раз мою тяжбу со слишком тонкими диалектиками, которым есть дело лишь до одного и нет до другого. Будь здоров.

XLVI

[1] Librum tuum quem mihi promiseras accepi et tamquam lecturus ex commodo adaperui ac tantum degustare volui; deinde blanditus est ipse ut procederem longius. Qui quam disertus fuerit ex hoc intellegas licet: levis mihi visus est, cum esset nec mei nec tui corporis, sed qui primo aspectu aut Titi Livii aut Epicuri posset videri.	(1) Книгу, которую ты обещал мне, я получил и, намереваясь попозже прочесть ее без помех, приоткрыл, желая только отведать... Но потом она заманила меня дальше, я стал двигаться вперед; насколько она красноречива, ты поймешь вот из чего: мне она показалась короткой ' и такой, какая не по плечу ни мне, ни

Tanta autem dulcedine me tenuit et traxit ut illum sine ulla dilatione perlegerim. Sol me invitabat, fames admonebat, nubes minabantur; tamen exhausi totum.	тебе, но напоминающей на первый взгляд труд Тита Ливия либо Эпикура. Словом, она меня не отпускала и увлекла такой приятностью, что я прочел ее до конца, не откладывая. Солнце меня звало, голод напоминал о себе, тучи мне грозили, но я проглотил все до конца.
[2] Non tantum delectatus sed gavisus sum. Quid ingenii iste habuit, quid animi! Dicerem 'quid impetus!', si interquievisset, si [ex] intervallo surrexisset; nunc non fuit impetus sed tenor. Compositio virilis et sancta; nihilominus interveniebat dulce illud et loco lene. Grandis, erectus es: hoc te volo tenere, sic ire. Fecit aliquid et materia; ideo eligenda est fertilis, quae capiat ingenium, quae incitet.	(2) И не только получил от книги удовольствие, но и порадовался. Сколько в нем дарованья, повторял я, сколько души! Какие порывы, сказал бы я. если бы нашел между взлетами затишья. А так это не порывы, а плавный полет; и весь слог мужественный, возвышенный, хотя есть в нем - всякий раз к месту - и мягкая приятность. И сам ты величав и высок духом; таким и оставайся, так и шествуй дальше! Но кое-что сделал и сам предмет книги; потому и нужно выбирать предмет плодотворный, чтобы он не был тесен для нашего дарования я сам его подстегивал.
[3] [De] libro plura scribam cum illum retractavero; nunc parum mihi sedet iudicium, tamquam audierim illa, non legerim. Sine me et inquirere. Non est quod verearis: verum audies. O te hominem felicem, quod nihil habes propter quod quisquam tibi tam longe mentiatur! nisi quod iam etiam ubi causa sublata est mentimur consuetudinis causa. Vale.	(3) О твоей книге я напишу больше, когда снова ею займусь, а пока я не успел оценить ее умом, словно не прочел все, а прослушал. Позволь мне рассмотреть ее придирчивей. Бояться тебе нечего: ты услышишь правду. Ведь ты счастливец: ни у кого нет причин лгать тебе из такой дали, - разве что мы лжем и без причин, по одной привычке. Будь здоров.

XLVII

[1] Libenter ex iis qui a te veniunt cognovi familiariter te cum servis tuis vivere: hoc prudentiam tuam, hoc eruditionem decet. 'Servi sunt.' Immo homines. 'Servi sunt ' Immo contubernales. 'Servi sunt.' Immo humiles amici. 'Servi sunt.' Immo conservi, si cogitaveris tantundem in utrosque licere fortunae.	(1) Я с радостью узнаю от приезжающих из твоих мест, что ты обходишься со своими рабами, как с близкими. Так и подобает при твоем уме и образованности. Они рабы? Нет, люди. Они рабы? Нет, твои соседи по дому. Они рабы? Нет, твои смиренные друзья. Они рабы? Нет, твои товарищи по рабству, если ты вспомнишь, что и над тобой, и над ними одинакова власть фортуны.
[2] Itaque rideo istos qui turpe existimant cum servo suo cenare:	(2) Мне смешны те, кто гнушается сесть за стол с рабом - и почему?

quare, nisi quia superbissima consuetudo cenanti domino stantium servorum turbam circumdedit? Est ille plus quam capit, et ingenti aviditate onerat distentum ventrem ac desuetum iam ventris officio, ut maiore opera omnia egerat quam ingessit.	Только потому, что спесивая привычка окружила обедающего хозяина толпой стоящих рабов! Он ест больше, чем может, в непомерной жадности отягощает раздутый живот, до того отвыкший от своего дела, что ему труднее освободиться от еды. чем вместить ее.
[3] At infelicibus servis movere labra ne in hoc quidem ut loquantur, licet; virga murmur omne compescitur, et ne fortuita quidem verberibus excepta sunt, tussis, sternumenta, singultus; magno malo ulla voce interpellatum silentium luitur; nocte tota ieiuni mutique perstant.	(3) А несчастным рабам нельзя раскрыть рот, даже чтобы сказать слово. Розга укрощает малейший шепот, даже случайно кашлянувший, чихнувший, икнувший не избавлен от порки: страданьем искупается малейшее нарушение тишины. Так и простаивают они целыми ночами, молча и не евши.
[4] Sic fit ut isti de domino loquantur quibus coram domino loqui non licet. At illi quibus non tantum coram dominis sed cum ipsis erat sermo, quorum os non consuebatur, parati erant pro domino porrigere cervicem, periculum imminens in caput suum avertere; in conviviis loquebantur, sed in tormentis tacebant.	(4) Из-за этого и говорят о хозяевах те, кому при хозяевах говорить запрещается. Зато другие, кому можно перемолвиться словом не только при хозяине, но и с ним самим, кому не затыкали рта, готовы бывали за хозяина подставить голову под меч, принять на себя близкую опасность. За столом они говорили, под пыткой молчали1.
[5] Deinde eiusdem arrogantiae proverbium iactatur, totidem hostes esse quot servos: non habemus illos hostes sed facimus. Alia interim crudelia, inhumana praetereo, quod ne tamquam hominibus quidem sed tamquam iumentis abutimur. [quod] Cum ad cenandum discubuimus, alius sputa deterget, alius reliquias temulentorum [toro] subditus colligit.	(5) Часто повторяют бесстыдную пословицу: "Сколько рабов, столько врагов". Они нам не враги - мы сами делаем их врагами. Я не говорю о жестокости и бесчеловечности, - но мы и так обращаемся с ними не как с людьми, а как со скотами. Мы возлежим за столом, а из них один подтирает плевки, другой, согнувшись, собирает оброненные пьяными объедки,
[6] Alius pretiosas aves scindit; per pectus et clunes certis ductibus circumferens eruditam manum frusta excutit, infelix, qui huic uni rei vivit, ut altilia decenter secet, nisi quod miserior est qui hoc voluptatis causa docet quam qui necessitatis discit.	(6) третий разрезает дорогую птицу и уверенными движениями умелых рук членит на доли то грудку, то гузку. Несчастен живущий только ради того, чтобы по правилам резать откормленную птицу, но тот, кто обучает этому ради собственного удовольствия, более жалок, чем обучающийся по необходимости.
[7] Alius vini minister in muliebrem modum ornatus cum aetate luctatur: non potest effugere pueritiam, retrahitur, iamque militari habitu	(7) А этот - виночерпий в женском уборе - воюет с возрастом, не имеет права выйти из отрочества, снова в него загоняемый; годный уже в солдаты, он

glaber retritis pilis aut penitus evulsis tota nocte pervigilat, quam inter ebrietatem domini ac libidinem dividit et in cubiculo vir, in convivio puer est.	гладок, так как стирает все волоски пемзой или вовсе выщипывает их; он не спит целыми ночами, деля их между пьянством и похотью хозяина, в спальне - мужчина, в столовой - мальчик.
[8] Alius, cui convivarum censura permissa est, perstat infelix et exspectat quos adulatio et intemperantia aut gulae aut linguae revocet in crastinum. Adice obsonatores quibus dominici palati notitia subtilis est, qui sciunt cuius illum rei sapor excitet, cuius delectet aspectus, cuius novitate nauseabundus erigi possit, quid iam ipsa satietate fastidiat, quid illo die esuriat. Cum his cenare non sustinet et maiestatis suae deminutionem putat ad eandem mensam cum servo suo accedere. Di melius! quot ex istis dominos habet!	(8) А тот несчастный, назначенный цензором над гостями, стоит и высматривает, кто лестью и невоздержностью в речах или в еде заслужит приглашения на завтра. Вспомни о тех, на ком лежит закупка снеди, кто до тонкости знает хозяйский вкус: какая еда раздразнит его запахом, какая понравится на вид, какая своей новизной пробудит убитый тошнотой голод, на что он, пресытившись, не может смотреть и чего ему сегодня хочется. И с ними он не в силах пообедать, считая, что унизит свое величие, если сядет за стол с рабом. Великие боги!
[9] Stare ante limen Callisti domi num suum vidi et eum qui illi impegerat titulum, qui inter reicula manicipia produxerat, aliis intrantibus excludi. Rettulit illi gratiam servus ille in primam decuriam coniectus, in qua vocem praeco experitur: et ipse illum invicem apologavit, et ipse non iudicavit domo sua dignum. Dominus Callistum vendidit: sed domino quam multa Callistus!	(9) А сколько людей служит хозяевам, вышедшим из рабов! Я видел, как хозяин стоял у порога Каллиста2, и когда другие входили, он, когда-то повесивший на Каллиста объявление, выводивший его на продажу среди негодных рабов, не был допущен. Раб, выброшенный в первую десятку3, на которой глашатай пробует голос, отблагодарил хозяина сполна, отказав ему и не сочтя его достойным войти в дом. Хозяин продал Каллиста; но Каллист хозяину продал куда больше 4.
[10] Vis tu cogitare istum quem servum tuum vocas ex isdem seminibus ortum eodem frui caelo, aeque spirare, aeque vivere, aeque mori! tam tu illum videre ingenuum potes quam ille te servum. Variana clade multos splendidissime natos, senatorium per militiam auspicantes gradum, fortuna depressit: alium ex illis pastorem, alium custodem casae fecit. Contemne nunc eius fortunae hominem in quam transire dum contemnis potes.	(10) Изволь-ка подумать: разве он, кого ты зовешь своим рабом, не родился от того же семени, не ходит под тем же небом, не дышит, как ты, не живет, как ты, не умирает, как ты? Равным образом и ты мог бы видеть его свободнорожденным, и он тебя - рабом. Когда разбит был Вар 5, фортуна унизила многих блестящих по рождению, готовых через военную службу войти в сенат: одних она сделала пастухами, других - сторожами при хижинах. Вот и презирай человека того состояния, в которое ты сам, покуда презираешь его, можешь перейти.

[11] Nolo in ingentem me locum immittere et de usu servorum disputare, in quos superbissimi, crudelissimi, contumeliosissimi sumus. Haec tamen praecepti mei summa est: sic cum inferiore vivas quemadmodum tecum superiorem velis vivere. Quotiens in mentem venerit quantum tibi in servum [tuum] liceat, veniat in mentem tantundem in te domino tuo licere.	(11) Я не хочу заниматься этим чересчур обширным предметом и рассуждать насчет обращения с рабами, с которыми мы так надменны, жестоки и сварливы. Но вот общая суть моих советов: обходись со стоящими ниже так, как ты хотел бы. чтобы с тобою обходились стоящие выше. Вспомнив, как много власти дано тебе над рабом, вспомни, что столько же власти над тобою у твоего господина. -
[12] 'At ego' inquis 'nullum habeo dominum.' Bona aetas est: forsitan habebis. Nescis qua aetate Hecuba servire coeperit, qua Croesus, qua Darei mater, qua Platon, qua Diogenes?	(12) "Но надо мною господина нет!" - Ты еще молод; а там, глядишь, и будет. Разве ты не знаешь, в каких летах попала в рабство Гекуба, в каких - Крез, и мать Дария, и Платон, и Диоген?6
[13] Vive cum servo clementer, comiter quoque, et in sermonem illum admitte et in consilium et in convictum. Hoc loco acclamabit mihi tota manus delicatorum 'nihil hac re humilius, nihil turpius'. Hos ego eosdem deprehendam alienorum servorum osculantes manum.	(13) Будь милосерден с рабом, будь приветлив, допусти его к себе и собеседником, и советчиком, и сотрапезником. - Тут и закричат мне все наши привередники: "Да ведь это самое унизительное, самое позорное!" - А я тут же поймаю их с поличным, когда они целуют руку чужому рабу.
[14] Ne illud quidem videtis, quam omnem invidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliam servis detraxerint? Dominum patrem familiae appellaverunt, servos - quod etiam in mimis adhuc durat - familiares; instituerunt diem festum, non quo solo cum servis domini vescerentur, sed quo utique; honores illis in domo gerere, ius dicere permiserunt et domum pusillam rem publicam esse iudicaverunt.	(14) И разве вы не видите, как наши предки старались избавить хозяев - от ненависти, рабов - от поношения? Хозяина они называли "отцом семейства", рабов (это до сих пор удержалось в мимах) - домочадцами. Ими был установлен праздничный день7 - не единственный, когда хозяева садились за стол с рабами, но такой, что садились непременно, и еще оказы вали им в доме всякие почести, позволяли судить да рядить, объявляя дом маленькой республикой. -
[15] 'Quid ergo? omnes servos admovebo mensae meae?' Non magis quam omnes liberos. Erras si existimas me quosdam quasi sordidioris operae reiecturum, ut puta illum mulionem et illum bubulcum. Non ministeriis illos aestimabo sed moribus: sibi quisque dat mores, ministeria casus assignat. Quidam cenent tecum quia digni sunt, quidam ut sint; si quid enim in illis ex sordida conversatione servile est, honestiorum	(15) "Что же, надо допустить всех моих рабов к столу?" - Нет, так же как не всех свободных. Но ты ошибаешься, полагая, будто я отправлю некоторых прочь за то, что они заняты грязными работами: этот, мол, погонщик мулов, а тот пасет коров. Знай: не по занятию, а по нравам буду я их ценить. Нравы каждый создает себе сам, к занятию приставляет случай. Одни пусть обедают с тобой, потому что достойны, другие - затем, чтобы стать

convictus excutiet.	достойными. Что бы ни осталось в них рабского от общения с рабами, все сгладится за столом рядом с людьми более почтенными.
[16] Non est, mi Lucili, quod amicum tantum in foro et in curia quaeras: si diligenter attenderis, et domi invenies. Saepe bona materia cessat sine artifice: tempta et experire. Quemadmodum stultus est qui equum empturus non ipsum inspicit sed stratum eius ac frenos, sic stultissimus est qui hominem aut ex veste aut ex condicione, quae vestis modo nobis circumdata est, aestimat.	(16) Нельзя, Луцилий, искать друзей только на форуме и в курии; если будешь внимателен, то найдешь их и дома. Часто хороший камень пропадает за неимением ваятеля; испытай его, попробуй его сам. Глуп тот, кто, покупая коня, смотрит только на узду и попону, еще глупее тот, кто ценит человека по платью или по положению, которое тоже лишь облекает нас, как платье.
[17] 'Servus est.' Sed fortasse liber animo. 'Servus est.' Hoc illi nocebit? Ostende quis non sit: alius libidini servit, alius avaritiae, alius ambitioni, [omnes spei], omnes timori. Dabo consularem aniculae servientem, dabo ancillulae divitem, ostendam nobilissimos iuvenes mancipia pantomimorum: nulla servitus turpior est quam voluntaria. Quare non est quod fastidiosi isti te deterreant quominus servis tuis hilarem te praestes et non superbe superiorem: colant potius te quam timeant.	(17) Он раб! Но, быть может, душою он свободный. Он раб! Но чем это ему вредит? Покажи мне, кто не раб. Один в рабстве у похоти, другой - у скупости, третий - у честолюбия и все - у страха. Я назову консуляра8 - раба старухи и богача - раба служанки, покажу самых родовитых юношей в услужении у пантомимов. Нет рабства позорнее добровольного. Так что нечего нашим слишком разборчивым гордецам запугивать тебя. Будь с рабами приветлив, покажи себя высоким без высокомерия: пусть они лучше чтят тебя, чем боятся.
[18] Dicet aliquis nunc me vocare ad pilleum servos et dominos de fastigio suo deicere, quod dixi, 'colant potius dominum quam timeant'. 'Ita' inquit 'prorsus? colant tamquam clientes, tamquam salutatores?' Hoc qui dixerit obliviscetur id dominis parum non esse quod deo sat est. Qui colitur, et amatur: non potest amor cum timore misceri.	(18) Кто-нибудь скажет, будто я зову рабов надеть колпак9, а хозяев лишаю их достоинства, когда говорю, что лучше бы рабы чтили их, чем боялись: "Неужто так прямо он и говорит: пусть рабы чтят нас, как будто они - клиенты или утренние посетители?" - Кто так скажет, забывает, что и с хозяина хватит того, чем довольствуется бог - почитания и любви. А любовь не уживается со страхом.
[19] Rectissime ergo facere te iudico quod timeri a servis tuis non vis, quod verborum castigatione uteris: verberibus muta admonentur. Non quidquid nos offendit et laedit; sed ad rabiem cogunt pervenire deliciae, ut quidquid non ex voluntate respondit iram evocet.	(19) Поэтому, на мой взгляд, ты правильно поступаешь, когда, не желая, чтобы рабы тебя боялись, наказываешь их словами. Побоями наставляют бессловесных животных. Не все, что обидно, вредит нам; но избалованность доводит нас до такого неистовства, что все перечащее нашему желанию вызывает у нас ярость.

[20] Regum nobis induimus animos; nam illi quoque obliti et suarum virium et imbecillitas alienae sic excandescunt, sic saeviunt, quasi iniuriam acceperint, a cuius rei periculo illos fortunae suae magnitudo tutissimos praestat. Nec hoc ignorant, sed occasionem nocendi captant querendo; acceperunt iniuriam ut facerent.	(20) Так мы и усваиваем царские привычки. Ведь цари забывают, как сильны они сами и как слабы другие, и чуть что - распаляются гневом, словно от обиды, хотя даже от возможности обид надежно охраняет царей величие их удела. И они это знают, но только ищут и не упускают случая сотворить зло: для того и нужна им обида, чтобы кому-нибудь повредить.
[21] Diutius te morari nolo; non est enim tibi exhortatione opus. Hoc habent inter cetera boni mores: placent sibi, permanent. Levis est malitia, saepe mutatur, non in melius sed in aliud. Vale.	(21) Больше не буду тебя задерживать: ведь тебе не нужны увещанья. У добрых нравов, помимо прочего, то преимущество, что они довольны собой и не меняются. Непостоянно злонравие: оно меняется часто, но к лучшему никогда. Будь здоров.

XLVIII

[1] Ad epistulam quam mihi ex itinere misisti, tam longam quam ipsum iter fuit, postea rescribam; seducere me debeo et quid suadeam circumspicere. Nam tu quoque, qui consulis, diu an consuleres cogitasti: quanto magis hoc mihi faciendum est, cum longiore mora opus sit ut solvas quaestionem quam ut proponas? utique cum aliud tibi expediat, aliud mihi.	(1) На твое письмо, присланное с дороги и длинное, как эта дорога, я отвечу позже. Мне нужно уединиться и обдумать, что тебе посоветовать. Ведь и ты, прежде чем обратиться за советом, долго размышлял, надо ли советоваться; так не следует ли мне тем более сделать это, хотя бы потому, что разрешить вопрос нельзя так же быстро, как задать, особенно когда для одного хорошо одно, для другого - другое? Снова я говорю, как эпикуреец?
[2] Iterum ego tamquam Epicureus loquor? mihi vero idem expedit quod tibi: aut non sum amicus, nisi quidquid agitur ad te pertinens meum est. Consortium rerum omnium inter nos facit amicitia; nec secundi quicquam singulis est nec adversi; in commune vivitur. Nec potest quisquam beate degere qui se tantum intuetur, qui omnia ad utilitates suas convertit: alteri vivas oportet, si vis tibi vivere.	(2) Но для меня хорошо то же, что и для тебя, и я не был бы тебе другом, если бы не считал своим все, что тебя касается. Дружба сделает наши дела общими, у каждого поодиночке нет ни беды ни удачи: вся жизнь друзей - заодно. Она не может быть блаженной у того, кто смотрит только на себя и все обращает себе на пользу; нужно жить для другого, если хочешь жить для себя.
[3] Haec societas diligenter et sancte observata, quae nos homines hominibus miscet et iudicat aliquod esse commune ius generis humani, plurimum ad illam quoque de qua loquebar interiorem societatem	(3) Этот неукоснительно и свято соблюдаемый союз, который связывает людей с людьми и заставляет признать, что есть некое общее для человеческого рода право, он более всего способствует душевному

amicitiae colendam proficit; omnia enim cum amico communia habebit qui multa cum homine.	дружескому союзу, о котором я говорил. Кто многим делится со всяким человеком, тот с другом разделит все.
[4] Hoc, Lucili virorum optime, mihi ab istis subtilibus praecipi malo, quid amico praestare debeam, quid homini, quam quot modis 'amicus' dicatur, et 'homo' quam multa significet. In diversum ecce sapientia et stultitia discedunt! cui accedo? in utram ire partem iubes? Illi homo pro amico est, huic amicus non est pro homine; ille amicum sibi parat, hic se amico: tu mihi verba distorques et syllabas digeris.	(4) Я предпочел бы, Луцилий, лучший из людей, чтобы хитроумные наставники объяснили мне, что я должен дать другу, а что - всякому человеку, чем растолковали, сколько есть способов употребления слова "друг" и сколько значений у слова "человек". Глупость и мудрость расходятся; с кем мне пойти? В какую сторону ты велишь мне направиться? Для одного каждый человек все равно что друг, для другого друг не все равно что всякий человек; первый заводит дружбу ради себя, второй ради друга. А ты мне раздираешь в куски слова и режешь их на слоги.
[5] Scilicet nisi interrogationes vaferrimas struxero et conclusione falsa a vero nascens mendacium adstrinxero, non potero a fugiendis petenda secernere. Pudet me: in re tam seria senes ludimus. [Vale.]	(5) Выходит, если я не умею составить каверзный вопрос и посредством ложного умозаключения навязать рожденную от истины неправду, мне не разобраться и в том, к чему надо стремиться, а чего избегать! Стыдно мне: дело у нас серьезное, а мы, старые люди, играем в игрушки.
[6] 'Mus syllaba est; mus autem caseum rodit; syllaba ergo caseum rodit.' Puta nunc me istuc non posse solvere: quod mihi ex ista inscientia periculum imminet? quod incommodum? Sine dubio verendum est ne quando in muscipulo syllabas capiam, aut ne quando, si neglegentior fuero, caseum liber comedat. Nisi forte illa acutior est collectio: 'mus syllaba est; syllaba autem caseum non rodit; mus ergo caseum non rodit'.	(6) "Мышь - это слог; но мышь грызет сыр, следовательно, слог грызет сыр". Допустим, что я не умею это распутать; но какая мне от моего незнанья беда? Какой ущерб? Без сомненья, я должен опасаться, что в мышеловку попадается слог или, по моей небрежности, свободный слог какой-нибудь книги съест весь сыр. Впрочем, можно прогнать страх умозаключеньем еще хитрее: "Мышь - это слог; слог не грызет сыра; следовательно, мышь не грызет сыра".
[7] O pueriles ineptias! in hoc supercilia subduximus? in hoc barbam demisimus? hoc est quod tristes docemus et pallidi? Vis scire quid philosophia promittat generi humano? consilium. Alium mors vocat, alium paupertas urit, alium divitiae vel alienae torquent vel suae; ille malam fortunam horret, hic se felicitati suae	(7) О, ребяческие нелепицы! И ради них мы морщим лоб? Ради них отпускаем бороду? Им обучаем людей, унылые и бледные? Ты хочешь знать, что обещает человеческому роду философия? Дать совет! Одного манит смерть, другого давит бедность, третьего мучит богатство, свое или чужое; тот страшится злой судьбы,

subducere cupit; hunc homines male habent, illum dii.	этот желает избавиться от собственной удачи; тому враждебны люди, этому боги.
Quid mihi lusoria ista componis? non est iocandi locus: ad miseros advocatus es. Opem laturum te naufragis, captis, aegris, egentibus, intentae securi subiectum praestantibus caput pollicitus es: quo diverteris? quid agis? Hic cum quo ludis timet: succurre, quidquid Elaqueti respondentium poenisE. Omnes undique ad te manus tendunt, perditae vitae perituraeque auxilium aliquod implorant, in te spes opesque sunt; rogant ut ex tanta illos volutatione extrahas, ut disiectis et errantibus clarum veritatis lumen ostendas.	(8) Зачем ты сочиняешь все эти шуточки? Сейчас не время забавляться: тебя позвали на помощь несчастным. Ты обещал дать избавление тонущим, пленным, больным, голодным, подставившим, шею под топор, готовым упасть; зачем же ты уходишь в сторону? Что ты творишь? Тому, с кем ты шутишь, страшно. На всякое твое слово все, кому тяжко и больно, ответят: "Помоги!"1 Со всех сторон протягивают к тебе руки, умоляя спасти погибшую или гибнущую жизнь; ты для них надежда и подмога; они просят, чтобы ты вытащил их из водоворота, показал им, раскиданным порознь и заблудившимся, яркий свет истины.
[9] Dic quid natura necessarium fecerit, quid supervacuum, quam faciles [leges] posuerit, quam iucunda sit vita, quam expedita illas sequentibus, quam acerba et implicita eorum qui opinioni plus quam naturae crediderunt *** si prius docueris quam partem eorum levatura sint. Quid istorum cupiditates demit? quid temperat? Utinam tantum non prodessent! nocent. Hoc tibi cum voles manifestissimum faciam, comminui et debilitari generosam indolem in istas argutias coniectam.	(9) Назови им, что природа создала необходимым, что излишним, какие легкие она предписала нам законы, как приятно и необременительно жить, следуя им, и как трудно и горько тем, кто верит людскому мнению больше, чем природе, - если ты прежде им растолковал, что избавит их хотя бы от малой части бед, что положит конец или меру их вожделеньям. Если бы эти тонкости были просто бесполезны! Но ведь они вредны! Я тебе, если хочешь, докажу яснее ясного, что самое благородное дарование слабеет и чахнет, если тратится на них.
[10] Pudet dicere contra fortunam militaturis quae porrigant tela, quemadmodum illos subornent. Hac ad summum bonum itur? per istud philosophiae 'sive nive' et turpes infamesque etiam ad album sedentibus exceptiones? Quid enim aliud agitis, cum eum quem interrogatis scientes in fraudem inducitis, quam ut formula cecidisse videatur? Sed quemadmodum illos praetor, sic hos philosophia in integrum restituit.	(10) Стыдно сказать, но какое оружие дадут они сражающимся с фортуной, чем оснастят их? Здесь ли путь к высшему благу? Нет, так проникают в философию все эти "либо-либо", все увертки, гнусные и постыдные даже для сидящих у доски для объявлений2. Ведь вы, когда вопросами заведомо заманиваете собеседников в ловушку, разве действуете иначе, чем те, кто старается хоть по видимости опровергнуть иск? Но как претор - истца, так же философия восстанавливает в правах

	замороченных вами.
[11] Quid disceditis ab ingentibus promissis et grandia locuti, effecturos vos ut non magis auri fulgor quam gladii praestringat oculos meos, ut ingenti constantia et quod omnes optant et quod omnes timent calcem, ad grammaticorum elementa descenditis? Quid dicitis?	(11) Что же вы отступаетесь от ваших громких посулов, и, наобещав так много - вы, мол, сделаете так, что блеск меча поразит мой взор не больше, чем блеск золота, что я с небывалой твердостью буду пренебрегать и желанным, и страшным для всех остальных, зачем спускаетесь до начальных правил, которым учат грамматики? Что вы говорите?
sic itur ad astra	*"Так восходят до звезд?"*
Hoc enim est quod mihi philosophia promittit, ut parem deo faciat; ad hoc invitatus sum, ad hoc veni: fidem praesta.	Сделать меня равным богу - вот что обещала мне философия. Этим она меня манила, ради этого я пришел. Так сдержи слово!
[12] Quantum potes ergo, mi Lucili, reduc te ab istis exceptionibus et praescriptionibus philosophorum: aperta decent et simplicia bonitatem. Etiam si multum superesset aetatis, parce dispensandum erat ut sufficeret necessariis: nunc quae dementia est supervacua discere in tanta temporis egestate! Vale.	(12) Поэтому, Луцилий, держись подальше от этих уверток и уловок философов. Добрым нравам пристало лишь ясное и простое. Даже если бы тебе оставалось много лет жизни, тратить их надо бережно, чтобы хватило на необходимое; а теперь - какое безумие обучаться ненужному, когда времени в обрез! Будь здоров.

XLIX

[1] Est quidem, mi Lucili, supinus et neglegens qui in amici memoriam ab aliqua regione admonitus reducitur; tamen repositum in animo nostro desiderium loca interdum familiaria evocant, nec exstinctam memoriam reddunt sed quiescentem irritant, sicut dolorem lugentium, etiam si mitigatus est tempore, aut servulus familiaris amisso aut vestis aut domus renovat. Ecce Campania et maxime Neapolis ac Pompeiorum tuorum conspectus incredibile est quam recens desiderium tui fecerint: totus mihi in oculis es. Cum maxime a te discedo; video lacrimas combibentem et affectibus tuis inter ipsam coercitionem exeuntibus non satis resistentem.	(1) Кто, мой Луцилий, возвращается мыслью к другу, только когда о нем напомнит какая-нибудь местность, тот просто равнодушный лежебока. И все-таки знакомая округа оживляет порой глубоко спрятанную в душе тоску, не то что возвращая нам исчезнувшие воспоминания, но пробуждая уснувшие. Так скорбь об утрате, даже когда ее утешит время, становится острей при взгляде на любимого раба, на платье или жилище утраченного. И вот Кампания, а больше всего Неаполь и вид близ твоих Помпеи - невероятное дело! - вернули моей тоске по тебе первоначальную остроту. Весь ты у меня перед глазами - такой, каким был при расставании: глотающий слезы, бессильный сдержать подавляемые и все же рвущиеся наружу чувства. И мне кажется, будто я совсем недавно тебя

	потерял.
[2] Modo amisisse te videor; quid enim non 'modo' est, si recorderis? Modo apud Sotionem philosophum puer sedi, modo causas agere coepi, modo desii velle agere, modo desii posse. Infinita est velocitas temporis, quae magis apparet respicientibus. Nam ad praesentia intentos fallit; adeo praecipitis fugae transitus lenis est.	(2) Но, если ты вспомнишь, - разве что-нибудь было не "совсем недавно"? Совсем недавно я был мальчиком и сидел у философа Сотиона1, совсем недавно начал вести дела в суде, совсем недавно потерял к этому охоту, а там и силы. Безмерна скоротечность времени, и ясней всего это видно, когда озираешься назад. Взгляд, прикованный к настоящему, время обманывает, ускользая при своей быстроте легко и плавно.
[3] Causam huius rei quaeris? quidquid temporis transit eodem loco est; pariter aspicitur, una iacet; omnia in idem profundum cadunt. Et alioqui non possunt longa intervalla esse in ea re quae tota brevis est. Punctum est quod vivimus et adhuc puncto minus; sed et hoc minimum specie quadam longioris spatii natura derisit: aliud ex hoc infantiam fecit, aliud pueritiam, aliud adulescentiam, aliud inclinationem quandam ab adulescentia ad senectutem, aliud ipsam senectutem. In quam angusto quodam quot gradus posuit!	(3) Ты спросишь, в чем тут причина? Минувшее пребывает в одном месте, равно обозримое, единое и недвижное, и все падает в его глубину. Помимо этого, не может быть разделено на долгие отрезки то, что само по себе коротко. Срок нашей жизни не больше точки и даже меньше ее, но и это бесконечно малое природа разделила, словно некое длинное поприще: часть его - детство, другая часть - отрочество, третья - юность, далее - некий спад от юности к старости и, наконец, сама старость. Вот сколько ступеней уместила она на таком малом пространстве!
[4] Modo te prosecutus sum; et tamen hoc 'modo' aetatis nostrae bona portio est, cuius brevitatem aliquando defecturam cogitemus. Non solebat mihi tam velox tempus videri: nunc incredibilis cursus apparet, sive quia admoveri lineas sentio, sive quia attendere coepi et computare damnum meum. Eo magis itaque indignor aliquos ex hoc tempore quod sufficere ne ad necessaria quidem potest,	(4) Совсем недавно я проводил тебя, но это "недавно" составляет немалую долю нашей жизни, - так что надо иногда подумать о краткости остающегося срока. Раньше время не казалось мне таким быстротечным, теперь его немыслимый бег ясно заметен, потому ли, что конечная черта видна мне все ближе, потому ли, что я стал рачительнее и подсчитываю убытки.
[5] etiam si custoditum diligentissime fuerit, in supervacua maiorem partem erogare. Negat Cicero, si duplicetur sibi aetas, habiturum se tempus quo legat lyricos: eodem loco [pono] dialecticos: tristius inepti sunt. Illi ex professo lasciviunt, hi agere ipsos aliquid existimant.	(5) Тем более сержусь я на расточителей, тратящих на ненужные вещи большую часть времени, которого, как прилежно его ни береги, и на необходимое-то не хватает. Цицерон говорит, что даже если бы ему удвоили срок жизни, у него не было бы времени читать лириков2. То же самое и с диалектиками! Только их глупость прискорбнее: озорство лириков

	откровенно, а эти мнят о себе, будто заняты делом.
[6] Nec ego nego prospicienda ista, sed prospicienda tantum et a limine salutanda, in hoc unum, ne verba nobis dentur et aliquid esse in illis magni ac secreti boni iudicemus. Quid te torques et maceras in ea quaestione quam subtilius est contempsisse quam solvere? Securi est et ex commodo migrantis minuta conquirere: cum hostis instat a tergo et movere se iussus est miles, necessitas excutit quidquid pax otiosa collegerat.	(6) Я не отрицаю, что и на это нужно бросить взгляд, - но только взгляд; поклонись диалектикам с порога - и довольно, чтобы они не заговорили тебя, а ты не подумал, будто они владеют каким-то великим и тайным благом. Зачем мучиться и биться над этим вопросом, если умнее не решать его, а с презреньем отбросить? Рыскать в поисках мелочей пристало тому, кто ничего не боится и странствует без помех; а когда с тыла наседает враг и солдату приказано сняться с места, необходимость растрясает все, что позволил накопить мирный досуг.
[7] Non vacat mihi verba dubie cadentia consectari et vafritiam in illis meam experiri.	(7) У меня нет времени гоняться за словами сомнительного смысла и на них испытывать свое хитроумие.
Aspice qui coeant populi, quae moenia clusis ferrum acuant portis.	*Сколько народов - взгляни! - собралось, какое оружье* *Точат они на погибель..*
Magno mihi animo strepitus iste belli circumsonantis exaudiendus est.	С великим мужеством должен я внимать звучащему вокруг грохоту сражений.
[8] Demens omnibus merito viderer, si cum saxa in munimentum murorum senes feminaeque congererent, cum iuventus intra portas armata signum eruptionis exspectaret aut posceret, cum hostilia in portis tela vibrarent et ipsum solum suffossionibus et cuniculis tremeret, sederem otiosus et eiusmodi quaestiunculas ponens: 'quod non perdidisti habes; cornua autem non perdidisti; cornua ergo habes' aliaque ad exemplum huius acutae delirationis concinnata.	(8) По заслугам все сочли бы меня безумным, если бы я, покуда женщины и старики носят камни для укрепленья стен, покуда вооруженная молодежь в воротах ждет знака к вылазке и торопит его, покуда вражеские копья блестят у самых ворот и дрожит земля, взрытая подкопами, сидел без дела, задавая такие примерно вопросики: "У тебя есть то, чего ты не терял; ты не терял рогов; следовательно, у тебя есть рога" - или что-нибудь еще по образцу этого замысловатого бреда.
[9] Atqui aeque licet tibi demens videar si istis impendero operam: et nunc obsideor. Tunc tamen periculum mihi obsesso externum immineret, murus me ab hoste secerneret: nunc mortifera mecum sunt. Non vaco ad istas ineptias; ingens negotium in manibus est. Quid agam? mors me sequitur, fugit vita.	(9) Точно так же и ты вправе счесть меня безумным, если я стану тратить труд на эти вещи: ведь и теперь я осажден. Но в той осаде опасность двигалась бы извне, от врагов меня отделяла бы стена, а теперь смертельная угроза рядом. На все эти глупости у меня нет досуга: на руках у меня огромная работа. Что мне делать? Смерть гонится за мною, убегает от меня жизнь! Научи меня, как тут помочь!

[10] Adversus haec me doce aliquid; effice ut ego mortem non fugiam, vita me non effugiat. Exhortare adversus difficilia, [de aequanimitate] adversus inevitabilia; angustias temporis mei laxa. Doce non esse positum bonum vitae in spatio eius sed in usu posse fieri, immo saepissime fieri, ut qui diu vixit parum vixerit. Dic mihi dormituro 'potes non expergisci'; dic experrecto 'potes non dormire amplius'. Dic exeunti 'potes non reverti'; dic redeunti 'potes non exire'.	(10) Сделай так, чтобы я не бежал от смерти, чтобы не убегали дни моей жизни. Поощри меня на борьбу с трудностями, научи равнодушию перед лицом неизбежного, расширь тесные пределы моего времени, растолкуй мне, что благо не в том, чтобы жизнь была долгой, а в том, как ею распорядиться: может случиться, да и случается нередко, что живущий долго проживет очень мало. Скажи мне перед сном: "Может быть, ты не проснешься", - а по пробуждении скажи: "Может быть, ты больше не ляжешь спать"; скажи при выходе из дому: "Может быть, ты не вернешься", - скажи по возвращении: "Может быть, ты не выйдешь больше".
[11] Erras si in navigatione tantum existimas minimum esse quo [a] morte vita diducitur: in omni loco aeque tenue intervallum est. Non ubique se mors tam prope ostendit: ubique tam prope est. Has tenebras discute, et facilius ea trades ad quae praeparatus sum. Dociles natura nos edidit, et rationem dedit imperfectam, sed quae perfici posset.	(11) Ты заблуждаешься, если полагаешь, что только в морском плавании жизнь отделена от смерти тонкою преградой: повсюду грань между ними столь же ничтожна. Не везде смерть видна так близко, но везде она стоит так же близко. Рассей мглу - и ты легче преподашь мне то, к чему я подготовлен. Пирода сделала нас восприимчивыми и дала разум хоть и не совершенный, но способный к совершенствованию.
[12] De iustitia mihi, de pietate disputa, de frugalitate, de pudicitia utraque, et illa cui alieni corporis abstinentia est, et hac cui sui cura. Si me nolueris per devia ducere, facilius ad id quo tendo perveniam; nam, ut ait ille tragicus, 'veritatis simplex oratio est', ideoque illam implicari non oportet; nec enim quicquam minus convenit quam subdola ista calliditas animis magna conantibus. Vale.	(12) Рассуждай со мною о справедливости, о благочестии, об умеренности, о двух родах стыдливости - о той, что не велит посягать на тело другого, и о той, что велит оберегать свое. Если ты не станешь водить меня сквозь дебри, я легче доберусь до моей цели. Если, как сказал трагический поэт4, "речь истины проста", то не следует и запутывать ее, и душам, стремящимся к великому, ничто не пристало меньше, нежели эта каверзная хитрость. Будь здоров.

L

Latin	Русский
[1] Epistulam tuam accepi post multos menses quam miseras; supervacuum itaque putavi ab eo qui afferebat quid ageres quaerere.	(1) Письмо твое я получил спустя много месяцев после того, как ты его отправил, и поэтому счел за лишнее спрашивать у доставившего его о твоих делах. Ведь

Valde enim bonae memoriae est, si meminit; et tamen spero te sic iam vivere ut, ubicumque eris, sciam quid agas. Quid enim aliud agis quam ut meliorem te ipse cotidie facias, ut aliquid ex erroribus ponas, ut intellegas tua vitia esse quae putas rerum? Quaedam enim locis et temporibus adscribimus; at illa, quocumque transierimus, secutura sunt.	чтобы еще помнить о них, нужна очень хорошая память. А ты, я надеюсь, живешь теперь так, что все твои дела мне из вестны, где бы ты ни находился. Ибо чем ты еще занят, помимо того, что ежедневно стараешься стать лучше, избавляешься от какого-нибудь заблуждения, признаешь своими пороки, которые прежде приписывал обстоятельствам? Мы ведь многие из них относим на счет времени и места, а они, куда бы мы ни отправились, неразлучны с нами.
[2] Harpasten, uxoris meae fatuam, scis hereditarium onus in domo mea remansisse. Ipse enim aversissimus ab istis prodigiis sum; si quando fatuo delectari volo, non est mihi longe quaerendus: me rideo. Haec fatua subito desiit videre. Incredibilem rem tibi narro, sed veram: nescit esse sc caecam; subinde paedagogum suum rogat ut migret, ait domum tenebricosam esse.	(2) Ты знаешь Гарпасту, дуру моей жены, что осталась наследственной обузой в нашем доме. Я сам терпеть не могу этих выродков, а если хочу позабавиться чьей-нибудь глупостью, то искать далеко мне не надо: я смеюсь над собой. Так вот эта дура вдруг потеряла зрение. Я рассказываю тебе правду, хоть и невероятную: она не знает, что слепа, и то и дело просит приставленного к ней раба перебраться куда-нибудь из этого темного дома.
[3] Hoc quod in illa ridemus omnibus nobis accidere liqueat tibi: nemo se avarum esse intellegit, nemo cupidum. Caeci tamen ducem quaerunt, nos sine duce erramus et dicimus, 'non ego ambitiosus sum, sed nemo aliter Romae potest vivere; non ego sumptuosus sum, sed urbs ipsa magnas impensas exigit; non est meum vitium quod iracundus sum, quod nondum constitui certum genus vitae: adulescentia haec facit'.	(3) Но то, за что мы смеемся над нею, бывает с нами со всеми, знай это; ни один не признает себя скупым или жадным. Слепые просят поводыря, а мы блуждаем без вожатого и говорим: "Я-то не честолюбив, но в Риме иначе жить нельзя! Я - не мот, но Город требует больших расходов! Что я вспыльчив, что не выбрал еще для себя образа жизни, - все это не мои пороки: в них виновна моя молодость!"
[4] Quid nos decipimus? non est extrinsecus malum nostrum: intra nos est, in visceribus ipsis sedet, et ideo difficulter ad sanitatem pervenimus quia nos aegrotare nescimus. Si curari coeperimus, quando tot morborum tantas vires discutiemus? Nunc vero ne quaerimus quidem medicum, qui minus negotii haberet si adhiberetur ad recens vitium; sequerentur teneri et rudes animi recta monstrantem.	(4) Что же мы себя обманываем? Наша беда не приходит извне: она в нас, в самой нашей утробе. И выздороветь нам тем труднее, что мы не знаем о своей болезни. Начни мы лечиться - скоро ли удастся прогнать столько хворей, и таких сильных?' Но мы даже не ищем врача, хотя ему пришлось бы меньше трудиться, позови мы его раньше, пока порок не был застарелым: душа податливая и неопытная легко пошла бы за указывающим прямой путь.
[5] Nemo difficulter ad naturam	(5) Трудно вернуть к природе только

reducitur nisi qui ab illa defecit: erubescimus discere bonam mentem. At mehercules, [si] turpe est magistrum huius rei quaerere, illud desperandum est, posse nobis casu tantum bonum influere: laborandum est et, ut verum dicam, ne labor quidem magnus est, s modo, ut dixi, ante animum nostrum formare incipimus et recorrigere quam indurescat pravitas eius.	того, кто от нее отпал. Мы стыдимся учиться благомыслию; но право, если стыдно искать учителя в таком деле, то нечего надеяться, что это великое благо достанется нам случайно. Нужно трудиться, - и, по правде, труд этот не так велик, если только, повторяю, мы начнем образовывать и исправлять душу прежде, чем порочность ее закоренеет. Но и закоренелые пороки для меня не безнадежны.
[6] Sed nec indurata despero: nihil est quod non expugnet pertinax opera et intenta ac diligens cura. Robora m rectum quamvis flexa revocabis; curvatas trabes calor explicat et aliter natae in id finguntur quod usus noster exigit: quanto facilius animus accipit formam, flexibilis et omni umore obsequentior! Quid enim est aliud animus quam quodam modo se habens spiritus? vides autem tanto spiritum esse faciliorem omni alia materia quanto tenuior est.	(6) Нет ничего, над чем не взяла бы верх упорная работа и заботливое лечение. Можно сделать прямыми искривленные стволы дубов; выгнутые бревна распрямляет тепло, и вопреки их природе им придают такой вид, какой нужен нам. Так насколько же легче принимает форму наш дух, гибкий и еще менее упругий, чем любая жидкость! Ведь что такое дух, как не особое состояние воздуха? А воздух, ты видишь сам, настолько же превосходит все вещества податливостью, насколько уступает им плотностью.
[7] Illud, mi Lucili, non est quod te impediat quominus de nobis bene speres, quod malitia nos iam tenet, quod diu in possessione nostri est: ad neminem ante bona mens venit quam mala; omnes praeoccupati sumus; virtutes discere vitia dediscere [est].	(7) Однако, Луцилий, нельзя отчаиваться в нас по той причине, что мы в плену зла и оно давно уже нами владеет. Никому благомыслие не досталось сразу же, - у всех дух был раньше захвачен злом. Учиться добродетели - это значит отучаться от пороков.
[8] Sed eo maiore animo ad emendationem nostri debemus accedere quod semel traditi nobis boni perpetua possessio est; non dediscitur virtus. Contraria enim male in alieno haerent, ideo depelli et exturbari possunt; fideliter sedent quae in locum suum veniunt. Virtus secundum naturam est, vitia inimica et infesta sunt.	(8) И тем смелее мы должны браться за исправленье самих себя, что однажды преподанное нам благо переходит в наше вечное владение. Добродетели нельзя разучиться. Противоборствующие ей пороки сидят в чужой почве, потому их можно изничтожить и искоренить; прочно лишь то, что на своем месте. Добродетель сообразна с природою, пороки ей враждебны и ненавистны.
[9] Sed quemadmodum virtutes receptae exire non possunt facilisque earum tutela est, ita initium ad illas eundi arduum, quia hoc proprium imbecillae mentis atque aegrae est, formidare inexperta; itaque cogenda est ut incipiat. Deinde non est acerba	(9) Но хотя воспринятые добродетели ни за что нас не покинут и сберечь их легко, начало пути к ним трудно, так как первое побуждение немощного и больного разума - это испуг перед неизведанным. Нужно принудить его взяться за дело, а потом лекарство не

medicina; protinus enim delectat, dum sanat. Aliorum remediorum post sanitatem voluptas est, philosophia pariter et salutaris et dulcis est. Vale.	будет горьким: оно доставляет удовольствие, покуда лечит. Все наслаждение от других лекарств - после выздоровления, а философия и целебна, и приятна в одно время. Будь здоров.

LI

[1] Quomodo quisque potest, mi Lucili: tu istic habes Aetnam, [et illuc] nobilissimum Siciliae montem - quem quare dixerit Messala unicum, sive Valgius, apud utrumque enim legi, non reperio, cum plurima loca evomant ignem, non tantum edita, quod crebrius evenit, videlicet quia ignis in altissimum effertur, sed etiam iacentia -, nos, utcumque possumus, contenti sumus Bais; quas postero die quam attigeram reliqui, locum ob hoc devitandum, cum habeat quasdam naturales dotes, quia illum sibi celebrandum luxuria desumpsit.	(1) Как кто может, Луцилий! У тебя там есть Этна, знаменитейшая сицилийская гора, которую Мессала либо Вальгий1 (я читал это у обоих) назвали единственной, а почему, я не могу понять: ведь есть много мест, изрыгающих огонь, не только возвышенных (это бывает чаще, так как огонь, ясное дело, взлетает как можно выше), но и равнинных. А мы, насколько можем, будем довольны Байями2, которые я покинул на следующий день по прибытии; мест этих, несмотря на некоторые их природные достоинства, надобно избегать, потому что роскошная жизнь избрала их для своих празднеств.
[2] 'Quid ergo? ulli loco indicendum est odium?' Minime; sed quemadmodum aliqua vestis sapienti ac probo viro magis convenit quam aliqua, nec ullum colorem ille odit sed aliquem parum putat aptum esse frugalitatem professo, sic regio quoque est quam sapiens vir aut ad sapientiam tendens declinet tamquam alienam bonis moribus.	(2) "Так значит, есть места, которым следует объявить опалу?" - Вовсе нет! Но как мудрому и честному человеку одна одежда пристала больше, другая меньше, как некоторые цвета он не то что ненавидит, а считает не слишком подходящими для исповедующего умеренность, так есть местности, которых человек мудрый или стремящийся к мудрости избегает, как несовместимых с добрыми нравами.
[3] Itaque de secessu cogitans numquam Canopum eliget, quamvis neminem Canopus esse frugi vetet, ne Baias quidem: deversorium vitiorum esse coeperunt. Illic sibi plurimum luxuria permittit, illic, tamquam aliqua licentia debeatur loco, magis solvitur.	(3) Мечтающий об уединении не выберет Канопа3, хотя и Каноп никому не возбраняет быть воздержным; и то же самое Байи. Они сделались притоном всех пороков: там страсть к наслаждениям позволяет себе больше, чем всюду, там она не знает удержу, будто само место дает ей волю.
[4] Non tantum corpori sed etiam moribus salubrem locum eligere debemus; quemadmodum inter tortores habitare nolim, sic ne inter popinas quidem. Videre ebrios per litora errantes et comessationes navigantium	(4) Мы должны выбирать места, здоровые не только для тела, но и для нравов. Я не хотел бы жить среди палачей, и точно так же не хочу жить среди кабаков. Какая мне нужда глядеть на пьяных, шатающихся вдоль

et symphoniarum cantibus strepentes lacus et alia quae velut soluta legibus luxuria non tantum peccat sed publicat, quid necesse est?	берега, на пирушки в лодках, на озеро, оглашаемое музыкой и пением, и на все прочее, чем жажда удовольствий, словно освободившись от законов, не только грешит, но и похваляется?
[5] Id agere debemus ut irritamenta vitiorum quam longissime profugiamus; indurandus est animus et a blandimentis voluptatum procul abstrahendus. Una Hannibalem hiberna solverunt et indomitum illum nivibus atque Alpibus virum enervaverunt fomenta Campaniae: armis vicit, vitiis victus est.	(5) Мы должны бежать подальше от всего, чем возбуждаются пороки. Душу нужно закалять, уводя ее прочь от соблазна наслаждений. Одна зимовка развратила Ганнибала4, кампанский уют изнежил человека, не сломленного альпийскими снегами. Победивший мечом был побежден пороками.
[6] Nobis quoque militandum est, et quidem genere militiae quo numquam quies, numquam otium datur: debellandae sunt in primis voluptates, quae, ut vides, saeva quoque ad se ingenia rapuerunt. Si quis sibi proposuerit quantum operis aggressus sit, sciet nihil delicate, nihil molliter esse faciendum. Quid mihi cum istis calentibus stagnis? quid cum sudatoriis, in quae siccus vapor corpora exhausurus includitur? omnis sudor per laborem exeat.	(6) Мы тоже должны быть солдатами, и та служба, что мы несем, не дает покоя, не позволяет передохнуть. В первой же битве нужно победить наслаждение, которое, как ты видишь, брало в плен и свирепых по природе. Если кто себе представит, за какое большое дело берется, тот узнает, что избалованностью да изнежен ностью ничего не добьешься. Что мне эти горячие озера? Что мне потельни, где тело охватывает сухой пар, выгоняющий прочь влагу? Пусть выжмет из меня пот работа!
[7] Si faceremus quod fecit Hannibal, ut interrupto cursu rerum omissoque bello fovendis corporibus operam daremus, nemo non intempestivam desidiam, victori quoque, nedum vincenti, periculosam, merito reprehenderet: minus nobis quam illis Punica signa sequentibus licet, plus periculi restat cedentibus, plus operis etiam perseverantibus.	(7) Если мы поступим по примеру Ганнибала: прервем все дела, прекратим войну и начнем старательно холить тело, то всякий заслуженно нас упрекнет в несвоевременной праздности, опасной не только для побеждающего, но и для победителя. А нам дозволено еще меньше, чем шедшим за пунийскими знаменами: больше опасностей ждет нас, если мы отступим, больше труда - если будем упорствовать.
[8] Fortuna mecum bellum gerit: non sum imperata facturus; iugum non recipio, immo, quod maiore virtute faciendum est, excutio. Non est emolliendus animus: si voluptati cessero, cedendum est dolori, cedendum est labori, cedendum est paupertati; idem sibi in me iuris esse volet et ambitio et ira; inter tot affectus distrahar, immo discerpar.	(8) Фортуна ведет со мною войну; я не буду выполнять ее веленья, не принимаю ее ярма и даже - а для этого нужно еще больше доблести - сбрасываю его. Мне нельзя изнеживать душу. Если я сдамся наслаждению, надо сдаться и боли, и тяготам, и бедности; на такие же права надо мною притязает и гнев, и честолюбие; вот сколько страстей

	будет влечь меня в разные стороны, разрывая на части.
[9] Libertas proposita est; ad hoc praemium laboratur. Quae sit libertas quaeris? Nulli rei servire, nulli necessitati, nullis casibus, fortunam in aequum deducere. Quo die illam intellexero plus posse, nil poterit: ego illam feram, cum in manu mors sit?	(9) Мне предложили свободу; ради этой награды я и стараюсь. Ты спросишь, что такое свобода? Не быть рабом ни у обстоятельств, ни у неизбежности, ни у случая; низвести фортуну на одну ступень с собою; а она, едва я пойму, что могу больше нее, окажется бессильна надо мною. Мне ли нести ее ярмо, если смерть - в моих руках?
[10] His cogitationibus intentum loca seria sanctaque eligere oportet; effeminat animos amoenitas nimia, nec dubie aliquid ad corrumpendum vigorem potest regio. Quamlibet viam iumenta patiuntur quorum durata in aspero ungula est: in molli palustrique pascuo saginata cito subteruntur. Et fortior miles ex confragoso venit: segnis est urbanus et verna. Nullum laborem recusant manus quae ad arma ab aratro transferuntur: in primo deficit pulvere ille unctus et nitidus.	(10) Кто занят такими размышлениями, тому нужно выбирать места строгие и незапятнанные. Чрезмерная приятность расслабляет душу, и местность, без сомнения, не лишена способности развращать. Вьючные животные выносят любую дорогу, если их копыта отвердели на камнях, а разжиревшие на мягком болотистом пастбище быстро сходят на нет. Храбрее тот солдат, что пришел с гор, ленивее тот, что взят из городского дома. Ни в каком труде не подведут руки, что взялись за меч, оставив плуг, а умащенный до блеска теряет силы, едва глотнув пыли.
[11] Severior loci disciplina firmat ingenium aptumque magnis conatibus reddit. Literni honestius Scipio quam Bais exulabat: ruina eiusmodi non est tam molliter collocanda. Illi quoque ad quos primos fortuna populi Romani publicas opes transtulit, C. Marius et Cn. Pompeius et Caesar, exstruxerunt quidem villas in regione Baiana, sed illas imposuerunt summis iugis montium: videbatur hoc magis militare, ex edito speculari late longeque subiecta. Aspice quam positionem elegerint, quibus aedificia excitaverint locis et qualia: scies non villas esse sed castra.	(11) Привычка к суровой местности укрепляет наши природные задатки, благодаря ей мы лучше годимся для больших дел. Честнее для изгнанника Сципиона было жить в Литерне5, а не в Байях: ему нельзя было упасть так мягко. Даже те, в чьи руки фортуна римского народа впервые отдала могущество, прежде принадлежавшее всем гражданам, - Гай Марий, и Гней Помпеи, и Цезарь, - хоть и построили усадьбы в окрестностях Бай, но поместили их на вершинах самых высоких гор. Казалось, что это больше подобает людям военным: с высоты озирать вширь и вдаль все лежащее внизу. Взгляни, какие места они выбрали для возведения построек и каковы эти постройки, - и ты поймешь, что здесь не усадьба, а лагерь.
[12] Habitaturum tu putas umquam fuisse illic M. Catonem, ut	(12) Неужели, по-твоему, Катон стал бы жить в домике, откуда он мог бы

praenavigantes adulteras dinumeraret et tot genera cumbarum variis coloribus picta et fluvitantem toto lacu rosam, ut audiret canentium nocturna convicia? nonne ille manere intra vallum maluisset, quod in unam noctem manu sua ipse duxisset? Quidni mallet, quisquis vir est, somnum suum classico quam symphonia rumpi?	считать проплывающих мимо распутниц, глядеть на великое множество разнообразных лодок, раскрашенных во все цвета, и на розы, что носятся по озеру, мог бы слышать пение ночных гуляк? Неужели он не предпочел бы остаться между валами, которые своими руками возвел бы за одну ночь? Разве всякий, если только он мужчина, не предпочтет, чтобы его сон прервала труба, а не флейты и тимпаны?
[13] Sed satis diu cum Bais litigavimus, numquam satis cum vitiis, quae, oro te, Lucili, persequere sine modo, sine fine; nam illis quoque nec finis est nec modus. Proice quaecumque cor tuum laniant, quae si aliter extrahi nequirent, cor ipsum cum illis reveliendum erat. Voluptates praecipue exturba et invisissimas habe: latronum more, quos 'philktas' Aegyptii vocant, in hoc nos amplectuntur, ut strangulent. Vale.	(13) Впрочем, довольно мне воевать с Байями - с Байями, но не с пороками! Прошу тебя, Луцилий, преследуй их без конца, без предела, потому что им самим нет ни предела, ни конца. Выбрось те из них, что терзают твое сердце, а если нельзя их искоренить иначе, - вырви вместе с ними и сердце. А пуще всего гони наслаждения: пусть они будут тебе всего ненавистнее. Ведь они вроде тех разбойников, которых в Египте называют "(piXTj-ccu" 6, обнимают нас для того, чтобы удушить. Будь здоров.

LII

[1] Quid est hoc, Lucili, quod nos alio tendentes alio trahit et eo unde recedere cupimus impellit? quid colluctatur cum animo nostro nec permittit nobis quicquam semel velle? Fluctuamur inter varia consilia; nihil libere volumus, nihil absolute, nihil semper.	(1) Что влечет нас, Луцилий, в одну сторону, хотя мы стремимся в другую, и толкает туда, откуда мы желаем уйти? Что борется с нашей душой и не дает нам захотеть чего-нибудь раз и навсегда? Мы мечемся между замыслами, у нас нет свободных, независимых, стойких желаний.
[2] 'Stultitia' inquis 'est cui nihil constat, nihil diu placet.' Sed quomodo nos aut quando ab illa revellemus? Nemo per se satis valet ut emergat; oportet manum aliquis porrigat, aliquis educat.	(2) - Ты говоришь: "Это глупость: у нее нет ничего постоянного, ничто не нравится ей подолгу", - Но как или когда мы от нее избавимся? Никому не хватит собственных сил, чтобы вынырнуть: нужно, чтобы кто-нибудь протянул руку и вытащил нас.
[3] Quosdam ait Epicurus ad veritatem sine ullius adiutorio exisse, fecisse sibi ipsos viam; hos maxime laudat quibus ex se impetus fuit, qui se ipsi protulerunt: quosdam indigere ope aliena, non ituros si nemo praecesserit,	(3). Эпикур говорит, что некоторые - и он в их числе ' без всякой помощи пробивались к истине и сами себе прокладывали дорогу; таких он и хвалит больше всех, потому что порыв у них шел из сердца и они сами себя

sed bene secuturos. Ex his Metrodorum ait esse; egregium hoc quoque, sed secundae sortis ingenium. Nos ex illa prima nota non sumus; bene nobiscum agitur, si in secundam recipimur. Ne hunc quidem contempseris hominem qui alieno beneficio esse salvus potest; et hoc multum est, velle servari.	продвинули вперед. А другие нуждаются в посторонней помощи: если никого впереди не будет, они шагу не сделают, но охотно идут по пятам; к таким он относит Метродора. Это способность не самая высокая, но тоже замечательная. Мы к первому разряду не принадлежим, хорошо, если нас примут и во второй. Нельзя презирать человека, который может спасти себя благодаря другому, а само желание спастись много значит.
[4] Praeter haec adhuc invenies genus aliud hominum ne ipsum quidem fastidiendum eorum qui cogi ad rectum compellique possunt, quibus non duce tantum opus sit sed adiutore et, ut ita dicam, coactore; hic tertius color est. Si quaeris huius quoque exemplar, Hermarchum ait Epicurus talem fuisse. Itaque alteri magis gratulatur, alterum magis suspicit; quamvis enim ad eundem finem uterque pervenerit, tamen maior est laus idem effecisse in difficiliore materia.	(4) Но, кроме того, есть еще один род людей, которым также нельзя гнушаться: это те, кого можно принуждением толкнуть на верную дорогу, кому нужен не вожатый, а помощник и, так сказать, погонщик. Такие составляют третий разряд. Если тебе нужен пример, то Эпикур говорит, что таков был Гермарх. Итак, второй разряд есть с чем поздравить, но вящего уваженья заслуживает третий. Потому что, хоть оба приходят к одной цели, больше заслуга тех, кто одолел наибольшие трудности.
[5] Puta enim duo aedificia excitata esse, ambo paria, aeque excelsa atque magnifica. Alter puram aream accepit, illic protinus opus crevit; alterum fundamenta lassarunt in mollem et fluvidam humum missa multumque laboris exhaustum est dum pervenitur ad solidum: intuentibus quidquid fecit [alter] *** alterius magna pars et difficilior latet.	(5) Представь себе, что возведены два одинаковых здания, равные и высотой, и великолепием. Одна постройка словно принялась на своем участке и выросла очень быстро2. Основание другой было заложено в мягкую, зыбучую почву, здание оказалось шатким, и для упрочения его было потрачено много труда. В первом все, что сделано, бросается в глаза, в другом самая большая и трудная часть работы не видна.
[6] Quaedam ingenia facilia, expedita, quaedam manu, quod aiunt, facienda sunt et in fundamentis suis occupata. Itaque illum ego feliciorem dixerim qui nihil negotii secum habuit, hunc quidem melius de se meruisse qui malignitatem naturae suae vicit et ad sapientiam se non perduxit sed extraxit.	(6) Одни люди по природе податливы и послушны, других надобно, что называется, обрабатывать вручную и браться за них с самого основания. Поэтому я сказал бы так: кому не пришлось над собою трудиться, тот счастливее, но больше заслуга перед самим собой у того, кто победил дурные свойства своей натуры и не пришел, но прорвался к мудрости.
[7] Hoc durum ac laboriosum ingenium nobis datum scias licet; imus per	(7) Пусть мы знаем, что наш нрав неподатлив и труден для исправления,

obstantia. Itaque pugnemus, aliquorum invocemus auxilium. 'Quem' inquis 'invocabo? Hunc aut illum?' Tu vero etiam ad priores revertere, qui vacant; adiuvare nos possunt non tantum qui sunt, sed qui fuerunt.	но мы идем через преграды. Так будем сражаться и призовем кого-нибудь на помощь. "Но кого мне призвать? Того или этого?" - Обратись хотя бы к предкам: у них довольно досуга, а помочь нам могут не только живущие, но и жившие прежде.
[8] Ex his autem qui sunt eligamus non eos qui verba magna celeritate praecipitant et communes locos volvunt et in privato circulantur, sed eos qui vita docent, qui cum dixerunt quid faciendum sit probant faciendo, qui docent quid vitandum sit nec umquam in eo quod fugiendum dixerunt deprehenduntur; eum elige adiutorem quem magis admireris cum videris quam cum audieris.	(8) А из ныне живущих следует выбирать не таких, кто безостановочно сыплет словами, повторяя общие места, и собирает слушателей по частным домам, но таких, кто учит жить3, кто, говоря, что нужно делать, доказывает это делом, кто, поучая, чего следует чуждаться, сам ни разу не был пойман на том, от чего велит бежать. Выбирай себе в помощники того, кому больше удивишься, увидев, чем услышав.
[9] Nec ideo te prohibuerim hos quoque audire quibus admittere populum ac disserere consuetudo est, si modo hoc proposito in turbam prodeunt, ut meliores fiant faciantque meliores, si non ambitionis hoc causa exercent. Quid enim turpius philosophia captante clamores? numquid aeger laudat medicum secantem?	(9) Я не запрещаю тебе слушать и тех, кто привык рассуждать перед публикой, если только они вышли к толпе затем, чтобы сделать ее лучше и стать лучше самим, а не тщеславия ради. Что может быть постыднее, чем философия, ищущая рукоплесканий? Разве больной хвалит врача с ножом?
[10] Tacete, favete et praebete vos curationi; etiam si exclamaveritis, non aliter audiam quam si ad tactum vitiorum vestrorum ingemescatis. Testari vultis attendere vos moverique rerum magnitudine? sane liceat: ut quidem iudicetis et feratis de meliore suffragium, quidni non permittam? Apud Pythagoram discipulis quinque annis tacendum erat: numquid ergo existimas statim illis et loqui et laudare licuisse?	(10) Молчите, благоговейте и дайте себя лечить! А если вы и поднимете голос, то пусть я услышу лишь стон, вырванный прикосновением к вашему пороку. Вы хотите показать, как вы внимательны, до чего вас взволновало величие предмета? Пожалуйте! С чего мне запрещать вам судить самим и подать голос за лучшее? У Пифагора ученики должны были молчать пять лет; так неужели, по-твоему, им разрешалось сразу и заговорить, и начать хвалить?
[11] Quanta autem dementia eius est quem clamores imperitorum hilarem ex auditorio dimittunt! Quid laetaris quod ab hominibus his laudatus es quos non potes ipse laudare? Disserebat populo Fabianus, sed audiebatur modeste; erumpebat interdum magnus clamor laudantium, sed quem rerum magnitudo evocaverat, non sonus inoffense ac	(11) Но как велико безумие того, кто покидает круг слушателей, радуясь восторженным крикам невежд? Что ты веселишься, если тебя хвалят люди, которых сам ты не можешь похвалить? Фабиан говорил перед публикой, но слушали его скромно, только иногда вырывался громкий крик одобренья, вызванный, однако, величием

molliter orationis elapsae.	предмета, а не звучанием безобидной и плавно льющейся речи.
[12] Intersit aliquid inter clamorem theatri et scholae: est aliqua et laudandi elegantia. Omnia rerum omnium, si observentur, indicia sunt, et argumentum morum ex minimis quoque licet capere: impudicum et incessus ostendit et manus mota et unum interdum responsum et relatus ad caput digitus et flexus oculorum; improbum risus, insanum vultus habitusque demonstrat. Illa enim in apertum per notas exeunt: qualis quisque sit scies, si quemadmodum laudet, quemadmodum laudetur aspexeris.	(12) Пусть все же будет разница между криками в театре и в школе! Ведь и хвалить можно разнузданно. Если присмотреться, каждая вещь есть признак другой вещи, и можно понять нрав человека по мельчайшим уликам. Бесстыдного выдают и походка, и движения руки, и один какой-нибудь ответ, и манера подносить палец к голове или косить глазами, бесчестного - какой-нибудь смешок, безумного выражение лица и осанка. Все это обнаруживает себя через приметы. И ты о каждом узнаешь, каков он, если поглядишь, как он хвалит и как его хвалят.
[13] Hinc atque illinc philosopho manus auditor intentat et super ipsum caput mirantium turba consistit: non laudatur ille nunc, si intellegis, sed conclamatur. Relinquantur istae voces illis artibus quae propositum habent populo placere: philosophia adoretur.	(13) Слушатели со всех сторон тянут к философу руки, восхищенная толпа теснится над самой его головой. Это, понятное дело, уже не похвалы, а просто вопли. Пусть лучше такие голоса останутся на долю искусств, намеренно угождающих народу; а философии подобает благоговение.
[14] Permittendum erit aliquando iuvenibus sequi impetum animi, tunc autem cum hoc ex impetu facient, cum silentium sibi imperare non poterunt; talis laudatio aliquid exhortationis affert ipsis audientibus et animos adulescentium exstimulat. [At] ad rem commoveantur, non ad verba composita; alioquin nocet illis eloquentia, si non rerum cupiditatem facit sed sui.	(14) Юношам пусть будет иногда позволено поддаться душевному порыву, - но только тогда, когда есть этот порыв, когда они не могут принудить себя к молчанию. Такая похвала усиливает рвение самих слушателей и подстегивает души молодежи. Но рвение это должно быть направлено на дело, а не на складные слова, не то красноречие вредит, вызывая желание не действовать, а произносить речи.
[15] Differam hoc in praesentia; desiderat enim propriam et longam exsecutionem, quemadmodum populo disserendum, quid sibi apud populum permittendum sit, quid populo apud se. Damnum quidem fecisse philosophiam non erit dubium postquam prostituta est; sed potest in penetralibus suis ostendi, si modo non institorem sed antistitem nancta est. Vale.	(15) Но покуда я отложу эти вопросы, которые требуют особого и долгого рассмотрения: как говорить перед слушателями, что можно позволить себе в их присутствии и что - слушателям в своем присутствии. Ведь философия, выставляясь, словно продажная женщина, без сомнения терпит ущерб; но в собственном святилище она может явиться глазам людей, если найдет не торговца, а жреца. Будь здоров.

LIII

[1] Quid non potest mihi persuaderi, cui persuasum est ut navigarem? Solvi mari languido; erat sine dubio caelum grave sordidis nubibus, quae fere aut in aquam aut in ventum resolvuntur, sed putavi tam pauca milia a Parthenope tua usque Puteolos subripi posse, quamvis dubio et impendente caelo. Itaque quo celerius evaderem, protinus per altum ad Nesida derexi praecisurus omnes sinus.	(1) На что только меня не уговорят, если уж уговорили плыть морем! Отчалил я в затишье, но небо было в тяжелых серых тучах, которые непременно должны разразиться либо дождем, либо ветром. Все же я думал, хотя погода ненадежна и грозит ненастьем, мне удастся проскользнуть, благо от твоей Партенопеи до Путеол немного миль. Итак, чтобы уйти побыстрее, я направился через открытое море прямо к Несиде1, срезав все излучины.
[2] Cum iam eo processissem ut mea nihil interesset utrum irem an redirem, primum aequalitas illa quae me corruperat periit; nondum erat tempestas, sed iam inclinatio maris ac subinde crebrior fluctus. Coepi gubernatorem rogare ut me in aliquo litore exponeret: aiebat ille aspera esse et importuosa nec quicquam se aeque in tempestate timere quam terram.	(2) Едва мы отплыли настолько, что было уже все равно, вперед ли идти или назад, как подкупившая меня гладь исчезла: бури еще не было, но море взволновалось, а потом зыбь пошла чаще. Я стал просить кормчего высадить меня где-нибудь на берегу. Он же говорил, что на здешних скалистых берегах нету стоянок и что не так страшна буря, как суша.
[3] Peius autem vexabar quam ut mihi periculum succurreret; nausia enim me segnis haec et sine exitu torquebat, quae bilem movet nec effundit. Institi itaque gubernatori et illum, vellet nollet, coegi, peteret litus. Cuius ut viciniam attigimus, non exspecto ut quicquam ex praeceptis Vergilii fiat,	(3) Но я слишком мучился, чтобы думать об опасности: меня изводила тошнота, слабая и безысходная, которая, взбаламутив желчь, не позволяет еще ее извергнуть. Я пристал к кормчему и заставил его, хочет не хочет, плыть к берегу. Когда мы подошли, я не стал ждать, пока мы выполним наставления Вергилия 2, чтобы
obvertunt pelago proras *aut ancora de prora iacitur:*	*Носом в простор корабли повернулись, или чтобы* *С носа якорь слетел*
memor artificii mei vetus frigidae cultor mitto me in mare, quomodo psychrolutam decet, gausapatus.	но, вспомнив мое искусство, бросился в море, как подобает старому любителю холодных купаний, в плотной одежде.
[4] Quae putas me passum dum per aspera erepo, dum viam quaero, dum facio? Intellexi non immerito nautis terram timeri. Incredibilia sunt quae tulerim, cum me ferre non possem: illud scito, Ulixem non fuisse tam irato mari natum ut ubique naufragia faceret: nausiator erat. Et ego	(4) Подумай сам, чего только я не натерпелся, пока полз через утесы, пока искал дорогу, пока прошел ее! Я понял, что моряки недаром боялись суши. Просто невероятно, сколько я вынес, не имея сил выносить самого себя! Знай, Улисс был от рожденья обречен гневу моря: не потому, что

quocumque navigare debuero vicensimo anno perveniam.	всюду шел ко дну, а потому, что страдал морской болезнью. И я, если мне придется куда-нибудь плыть, доберусь до места на двадцатый год3.
[5] Ut primum stomachum, quem scis non cum mari nausiam effugere, collegi, ut corpus unctione recreavi, hoc coepi mecum cogitare, quanta nos vitiorum nostrorum sequeretur oblivio, etiam corporalium, quae subinde admonent sui, nedum illorum quae eo magis latent quo maiora sunt.	(5) Едва я привел в порядок желудок, который - ты знаешь сам - не избавился от тошноты, избавившись от моря, едва восстановил силы умащеньем, как стал думать про себя вот о чем. До чего же легко мы забываем о своих изъянах, и телесных, хоть они часто о себе напоминают, и, конечно, тех, которые тем глубже скрыты, чем они больше.
[6] Levis aliquem motiuncula decipit; sed cum crevit et vera febris exarsit, etiam duro et perpessicio confessionem exprimit. Pedes dolent, articuli punctiunculas sentiunt: adhuc dissimulamus et aut talum extorsisse dicimus nos aut in exercitatione aliqua laborasse. Dubio et incipiente morbo quaeritur nomen, qui ubi ut talaria coepit intendere et utrosque distortos pedes fecit, necesse est podagram fateri.	(6) Легкий жар может обмануть, но когда он поднимется и начнется настоящая лихорадка, она у самого твердого и терпеливого вырвет признание. Ноги болят, в суставах немного колет - мы это скрываем, говорим, что подвернули щиколотку или перетрудили каким-нибудь упражнением. Пока хворь сомнительна и только подкрадывается, мы ищем ей имя, но когда болезнь начнет раздувать щиколотки опухолями и сделает обе ноги правыми, то тут поневоле признаешь, что это подагра.
[7] Contra evenit in his morbis quibus afficiuntur animi: quo quis peius se habet, minus sentit. Non est quod mireris, Lucili carissime; nam qui leviter dormit, et species secundum quietem capit et aliquando dormire se dormiens cogitat: gravis sopor etiam somnia exstinguit animumque altius mergit quam ut in ullo intellectu sui sit.	(7) А с теми болезнями, что поражают душу, все обстоит наоборот: каждый, чем больше ими страдает, тем меньше это чувствует. И удивляться тут, милый мой Луцилий, нечему. Кто спит неглубоко и в дремоте видит какие-то образы, тот иногда во сне понимает, что спит, а тяжелый сон прогоняет даже сновидения, и душа так глубоко в него погружается, что сама себя забывает.
[8] Quare vitia sua nemo confitetur? quia etiam nunc in illis est: somnium narrare vigilantis est, et vitia sua confiteri sanitatis indicium est. Expergiscamur ergo, ut errores nostros coarguere possimus. Sola autem nos philosophia excitabit, sola somnum excutiet gravem: illi te totum dedica. Dignus illa es, illa digna te est: ite in complexum alter alterius. Omnibus aliis rebus te nega, fortiter, aperte; non est	(8) Почему никто не признается в своих пороках? Потому что тонет в них и сейчас. Рассказывать сны - дело бодрствующего; признать свои пороки - признак выздоровления. Проснемся же, чтобы изобличить наши заблужденья. Но разбудит нас только философия, только она заставит нас стряхнуть тяжелый сон. Посвяти ей всего себя: она достойна тебя, а ты достоин ее. Устремитесь же друг другу

quod precario philosopheris.	в объятия! Смело и открыто откажись от всех остальных дел! Философией нельзя заниматься урывками.
[9] Si aeger esses, curam intermisisses rei familiaris et forensia tibi negotia excidissent nec quemquam tanti putares cui advocatus in remissione descenderes; toto animo id ageres ut quam primum morbo liberareris. Quid ergo? non et nunc idem facies? omnia impedimenta dimitte et vaca bonae menti: nemo ad illam pervenit occupatus. Exercet philosophia regnum suum; dat tempus, non accipit; non est res subsiciva; ordinaria est, domina est, adest et iubet.	(9) Если бы ты заболел, то оставил бы домашние заботы, забыл о судебных делах и никого не считал стоящим того, чтобы пойти за него ходатаем даже в дни облегчения. Ты делал бы все, чтобы поскорей избавиться от болезни. Так разве теперь ты занят другим? Оставь же все, что тебе мешает, добудь себе досуг: кто занят, тот не достигнет благомыслия! В руках философии - царская власть; она распоряжается твоим временем, а не ты уделяешь ей час-другой. Она не есть нечто побочное, - она есть главное; она - повелительница, ей и приказывать.
[10] Alexander cuidam civitati partem agrorum et dimidium rerum omnium promittenti 'eo' inquit 'proposito in Asiam veni, ut non id acciperem quod dedissetis, sed ut id haberetis quod reliquissem'. Idem philosophia rebus omnibus: 'non sum hoc tempus acceptura quod vobis superfuerit, sed id vos habebitis quod ipsa reiecero'.	(10) Александр ответил на предложение какого-то города4 отдать ему часть земли и половину богатств: "Я пришел в Азию не затем, чтобы брать, сколько вы дадите; это вы будете иметь столько, сколько я вам оставлю". Так и философия говорит прочим занятиям: "Я не желаю, чтобы мне доставалось то время, которое останется от вас, - это вы получите столько, сколько я на вас отпущу".
[11] Totam huc converte mentem, huic asside, hanc cole: ingens intervallum inter te et ceteros fiet; omnes mortales multo antecedes, non multo te dii antecedent. Quaeris quid inter te et illos interfuturum sit? diutius erunt. At mehercules magni artificis est clusisse totum in exiguo; tantum sapienti sua quantum deo omnis aetas patet. Est aliquid quo sapiens antecedat deum: ille naturae beneficio non timet, suo sapiens.	(11) Отдай ей все мысли, не разлучайся с нею, чти ее - и ты сразу увеличишь разрыв между тобою и остальными. Намного обогнав всех смертных, ты ненамного отстанешь от богов. Ты спросишь, в чем будет между вами разница? - Они долговечнее тебя. Но ведь, право, нужно быть великим искусником, чтобы в ничтожно малое вместить все. Для мудрого его век так же долог, как для богов - вечность. А кое в чем мудрец и превосходит бога: тот избавлен от страха благодаря природе, а этот - благодаря себе самому.
[12] Ecce res magna, habere imbecillitatem hominis, securitatem dei. Incredibilis philosophiae vis est ad omnem fortuitam vim retundendam. Nullum telum in corpore eius sedet;	(12) И это очень немало - при человеческой слабости обладать бесстрашием бога! Трудно поверить, какова сила философии и способность отбить всякую случайную силу.

munita est, solida; quaedam defetigat et velut levia tela laxo sinu eludit, quaedam discutit et in eum usque qui miserat respuit. Vale.	Никакое оружие не вонзается в ее тело: она защищена и неуязвима. Одни копья она затупляет и, словно легкие стрелы, отражает широким своим одеяньем, другие отбрасывает и даже посылает в того, кто их метнул. Будь здоров.

LIV

[1] Longum mihi commeatum dederat mala valetudo; repente me invasit. 'Quo genere?' inquis. Prorsus merito interrogas: adeo nullum mihi ignotum est. Uni tamen morbo quasi assignatus sum, quem quare Graeco nomine appellem nescio; satis enim apte dici suspirium potest. Brevis autem valde et procellae similis est impetus; intra horam fere desinit: quis enim diu exspirat?	(1) Долгий отпуск дала мне внезапно налетевшая хворь. - "Что за хворь?" - спросишь ты, и не без причины: ведь нет болезни, с которой я не был бы знаком. Но один недуг словно бы приписан ко мне; не знаю, зачем называть его по-гречески, если к нему вполне подходит слово "удушье". Начинается оно сразу, подобно буре, и очень сильно, а примерно через час прекращается. Кто же испускает дух долго?
[2] Omnia corporis aut incommoda aut pericula per me transierunt: nullum mihi videtur molestius. Quidni? aliud enim quidquid est aegrotare est, hoc animam egerere. Itaque medici hanc 'meditationem mortis' vocant; facit enim aliquando spiritus ille quod saepe conatus est. Hilarem me putas haec tibi scribere quia effugi?	(2) Я прошел через все, что мучит тело и грозит ему опасностью, но ничего тяжелее, по-моему, нет. Почему? Всем остальным, каково бы оно ни было, мы болеем, а тут отдаем душу. Из-за этого врачи и называют такую хворь "подготовкой к смерти". Ведь однажды дух сделает то, что пытается сделать так часто.
[3] Tam ridicule facio, si hoc fine quasi bona valetudine delector, quam ille, quisquis vicisse se putat cum vadimonium distulit. Ego vero et in ipsa suffocatione non desii cogitationibus laetis ac fortibus acquiescere.	(3) Ты думаешь, я пишу тебе так весело оттого, что избегнул смерти? Радоваться окончанию приступа, словно выздоровлению, было бы глупее, чем, получив отсрочку, мнить себя выигравшим тяжбу. А я, даже задыхаясь, не переставал успокаивать себя радостными и мужественными мыслями.
[4] 'Quid hoc est?' inquam 'tam saepe mors experitur me? Faciat: [at] ego illam diu expertus sum.' 'Quando?' inquis. Antequam nascerer. Mors est non esse. Id quale sit iam scio: hoc erit post me quod ante me fuit. Si quid in hac re tormenti est, necesse est et fuisse, antequam prodiremus in lucem; atqui nullam sensimus tunc vexationem.	(4) "Что же это такое, - говорил я, - почему смерть так долго ко мне примеривается? Пусть уж сделает свое дело! Я-то давно к ней примерился". - Ты спросишь, когда. - Прежде чем родился. Смерть - это небытие; но оно же было и раньше, и я знаю, каково оно: после меня будет то же, что было до меня. Если не быть - мучительно, значит, это было мучительно и до того,

	как мы появились на свет, - но тогда мы никаких мук не чувствовали.
[5] Rogo, non stultissimum dicas si quis existimet lucernae peius esse cum exstincta est quam antequam accenditur? Nos quoque et exstinguimur et accendimur: medio illo tempore aliquid patimur, utrimque vero alta securitas est. In hoc enim, mi Lucili, nisi fallor, erramus, quod mortem iudicamus sequi, cum illa et praecesserit et secutura sit. Quidquid ante nos fuit mors est; quid enim refert non incipias an desinas, cum utriusque rei hic sit effectus, non esse?	(5) Скажи, разве не глупо думать, будто погашенной светильне хуже, чем до того, как ее зажгли? Нас тоже и зажигают, и гасят: в промежутке мы многое чувствуем, а до и после него - глубокая безмятежность. Если я не ошибаюсь, Луцилий, то вот в чем наше заблуждение: мы думаем, будто смерть будет впереди, а она и будет, и была. То, что было до нас, - та же смерть. Не все ли равно, что прекратиться, что не начаться? Ведь и тут и там - итог один: небытие.
[6] His et eiusmodi exhortationibus - tacitis scilicet, nam verbis locus non erat - alloqui me non desii; deinde paulatim suspirium illud, quod esse iam anhelitus coeperat, intervalla maiora fecit et retardatum est. At remansit, nec adhuc, quamvis desierit, ex natura fluit spiritus; sentio haesitationem quandam eius et moram. Quomodo volet, dummodo non ex animo suspirem.	(6) С такими ободряющими речами (конечно, безмолвными: тут не до слов!) я непрестанно обращался к себе, потом понемногу одышка, которая уже переходила в хрип, стала реже, успокоилась и почти прекратилась. Несмотря на это, дышу я и сейчас не так, как положено природой: я чувствую, как дыханье прерывается и застревает в груди. Ну да ладно, лишь бы не вздыхать из глубины души!
[7] Hoc tibi de me recipe: non trepidabo ad extrema, iam praeparatus sum, nihil cogito de die toto. Illum tu lauda et imitare quem non piget mori, cum iuvet vivere: quae est enim virtus, cum eiciaris, exire? Tamen est et hic virtus: eicior quidem, sed tamquam exeam. Et ideo numquam eicitur sapiens quia eici est inde expelli unde invitus recedas: nihil invitus facit sapiens; necessitatem effugit, quia vult quod coactura est. Vale.	(7) Обещаю тебе одно: в последний час я не задрожу - ведь я к нему готов и даже не помышляю о целом дне. Воздавай хвалы и подражай тому, кому не тяжко умереть, хоть жизнь его и приятна. А велика ли доблесть уйти, когда тебя выбрасывают за дверь? Впрочем, и тут есть доблесть: если ты будешь выброшен так, будто сам уходишь. Поэтому мудрого выбросить за дверь невозможно: ведь выбросить значит, прогнать оттуда, откуда уходишь против воли. А мудрый ничего не делает против воли и уходит из-под власти необходимости,. добровольно исполняя то, к чему она принуждает. Будь здоров.

LV

[1] A gestatione cum maxime venio, non minus fatigatus quam si tantum ambulassem quantum sedi; labor est	(1).Я как раз вернулся с прогулки в носилках; впрочем, если бы я столько же прошел пешком, усталость была бы не

enim et diu ferri, ac nescio an eo maior quia contra naturam est, quae pedes dedit ut per nos ambularemus, oculos ut per nos videremus. Debilitatem nobis indixere deliciae, et quod diu noluimus posse desimus.	больше. Когда тебя подолгу носят, это тоже труд и, видно, еще более тяжелый из-за своей противоестественности. Природа дала нам ноги, чтобы мы сами ходили, и глаза, чтобы мы сами глядели. Изнеженность обрекла нас на бессилие, мы не можем делать то, чего долго не хотели делать.
[2] Mihi tamen necessarium erat concutere corpus, ut, sive bilis insederat faucibus, discuteretur, sive ipse ex aliqua causa spiritus densior erat, extenuaret illum iactatio, quam profuisse mihi sensi. Ideo diutius vehi perseveravi invitante ipso litore, quod inter Cumas et Servili Vatiae villam curvatur et hinc mari, illinc lacu velut angustum iter cluditur. Erat autem a recenti tempestate spissum; fluctus enim illud, ut scis, frequens et concitatus exaequat, longior tranquillitas solvit, cum harenis, quae umore alligantur, sucus abscessit.	(2) Однако мне необходимо было встряхнуться, для того ли, чтобы растрясти застоявшуюся в горле желчь, или для того, чтобы по какой-то причине стеснившийся в груди воздух разредился от качания носилок. И я чувствовал, что оно мне помогает, и поэтому долго и упорно двигался туда, куда манила меня излучина берега между усадьбой Сервилия Ватии и Кумами, узкого, словно дорога, и сжатого между морем и озером1. После недавней бури песок был плотный, потому что, как ты знаешь, частый и сильный прибой разравнивает его, а долгое затишье разрыхляет, так как уходит вся связывающая песчинки влага.
[3] Ex consuetudine tamen mea circumspicere coepi an aliquid illic invenirem quod mihi posset bono esse, et derexi oculos in villam quae aliquando Vatiae fuit. In hac ille praetorius dives, nulla alia re quam otio notus, consenuit, et ob hoc unum felix habebatur. Nam quotiens aliquos amicitiae Asinii Galli, quotiens Seiani odium, deinde amor merserat - aeque enim offendisse illum quam amasse periculosum fuit -, exclamabant homines, 'o Vatia, solus scis vivere'.	(3) По привычке я стал озираться вокруг, не найдется ли чего такого, что пошло бы мне на пользу, и взгляд мой упал на усадьбу, когда-то принадлежавшую Ватии. В ней он, богатый, как бывший претор, и ничем, кроме безделья, не знаменитый, состарился, почитаемый за одно это счастливцем. Ибо всякий раз, когда кого-нибудь топила дружба с Азинием Галлом2, либо вражда, а потом и приязнь Сеяна3 (и задевать его, и любить было одинаково опасно), люди восклицали: "О Ватия, ты один умеешь жить!" А он умел не жить, а прятаться.
[4] At ille latere sciebat, non vivere; multum autem interest utrum vita tua otiosa sit an ignava. Numquam aliter hanc villam Vatia vivo praeteribam quam ut dicerem, 'Vatia hic situs est'. Sed adeo, mi Lucili, philosophia sacrum quiddam est et venerabile ut etiam si quid illi simile est mendacio placeat. Otiosum enim hominem seductum existimat vulgus et securum et se contentum, sibi viventem, quorum nihil ulli	(4) Ведь жить свободным от дел и жить в праздности - не одно и то же. При жизни Ватии я не мог пройти мимо этой усадьбы и не сказать: "Здесь покоится Ватия". Но философия, мой Луцилий, внушает такое почтение и священный трепет, что даже сходство с нею, пусть и ложное, привлекает людей. Человека, свободного от дел, толпа считает добровольно уединившимся, безмятежным, независимым и живущим для себя, между тем как все эти блага

contingere nisi sapienti potest. Ille solus scit sibi vivere; ille enim, quod est primum, scit vivere.	никому, кроме мудреца, не доступны.
[5] Nam qui res et homines fugit, quem cupiditatum suarum infelicitas relegavit, qui alios feliciores videre non potuit, qui velut timidum atque iners animal metu oblituit, ille sibi non vivit, sed, quod est turpissimum, ventri, somno, libidini; non continuo sibi vivit qui nemini. Adeo tamen magna res est constantia et in proposito suo perseverantia ut habeat auctoritatem inertia quoque pertinax.	(5) Этот, живущий в тревоге, неужто умеет жить для себя? И, самое главное, умеет ли он вообще жить? Кто бежит от дел и людей, неудачливый в своих желаниях и этим изгнанный прочь, кто не может видеть других более удачливыми, кто прячется из трусости, словно робкое и ленивое животное, тот живет не ради себя, а - куда позорнее! - ради чрева, сна и похоти. Кто живет ни для кого, тот не живет и ради себя. Но постоянство и упорство в своем намерении - вещи такие замечательные, что и упорная лень внушает уважение.
[6] De ipsa villa nihil tibi possum certi scribere; frontem enim eius tantum novi et exposita, quae ostendit etiam transeuntibus. Speluncae sunt duae magni operis, cuivis laxo atrio pares, manu factae, quarum altera solem non recipit, altera usque in occidentem tenet. Platanona medius rivus et a mari et ab Acherusio lacu receptus euripi modo dividit, alendis piscibus, etiam si assidue exhauriatur, sufficiens. Sed illi, cum mare patet, parcitur: cum tempestas piscatoribus dedit ferias, manus ad parata porrigitur.	(6) О самой усадьбе не могу ничего написать тебе наверняка: я знаю только ее лицевую сторону и то, что видно проходящим мимо. Там есть две пещеры, просторнее любого атрия, вырытые вручную ценой огромных трудов; в одну солнце не заглядывает, в другой оно до самого заката. Платановую рощу делит на манер Еврипа4 ручей, впадающий и в море, и в Ахерусийское озеро. Рыбы, что кормится в ручье, хватало бы вдосталь и для ежедневного лова, однако ее не трогают, если можно выйти в море; когда же буря дает рыбакам отпуск, то нужно только протянуть руку за готовым.
[7] Hoc tamen est commodissimum in villa, quod Baias trans parietem habet: incommodis illarum caret, voluptatibus fruitur. Has laudes eius ipse novi: esse illam totius anni credo; occurrit enim Favonio et illum adeo excipit ut Bais neget. Non stulte videtur elegisse hunc locum Vatia in quem otium suum pigrum iam et senile conferret.	(7) Самое большое преимущество усадьбы в том, что от Бай она отделена стеной и, наслаждаясь всем, что есть там хорошего, не знает тамошних неудобств. Эти лучшие ее свойства я знаю сам и полагаю, что она годится на все времена года. Ведь ее овевает Фавоний 5, который она даже отнимает у Бай, принимая его на себя. Видно, Ватия был неглуп, если выбрал это место, чтобы жить в безделье и старческой лени.
[8] Sed non multum ad tranquillitatem locus confert: animus est qui sibi commendet omnia. Vidi ego in villa hilari et amoena maestos, vidi in media solitudine occupatis similes. Quare non est quod	(8) Но место не так уже способствует спокойствию; наша душа делает для себя каждую вещь такой или иной. Я видел опечаленными обитателей веселых и приятных усадеб, видел живущих в уединении, которые не отличались от

existimes ideo parum bene compositum esse te quod in Campania non es. Quare autem non es? huc usque cogitationes tuas mitte.	самых занятых. Поэтому не думай, будто тебе живется не очень уютно оттого, что ты далеко от Кампании. Да и далеко ли? Достигни этих мест мыслями!
[9] Conversari cum amicis absentibus licet, et quidem quotiens velis, quamdiu velis. Magis hac voluptate, quae maxima est, fruimur dum absumus; praesentia enim nos delicatos facit, ct quia aliquando una loquimur, ambulamus, consedimus, cum diducti sumus nihil de iis quos modo vidimus cogitamus.	(9) Можно общаться и с отсутствующими друзьями так часто и так долго, как тебе самому угодно. В разлуке мы еще больше наслаждаемся этим общением, прекрасней которого нет ничего. Жизнь рядом делает нас избалованными, и хотя мы порой вместе сидим, вместе гуляем и беседуем, но, разойдясь порознь, перестаем думать о тех, с кем только что виделись.
[10] Et ideo aequo animo ferre debemus absentiam, quia nemo non multum etiam praesentibus abest. Pone hic primum noctes separatas, deinde occupationes utrique diversas, deinde studia secreta, suburbanas profectiones: videbis non multum esse quod nobis peregrinatio eripiat.	(10) Потому и должны мы переносить разлуку спокойно, что каждый подолгу разлучен даже с теми, кто близко. Во-первых, считай ночи, проведенные врозь, затем - дела, у каждого свои, потом уединенные занятия, отлучки в загородные, - и ты увидишь, что пребывание на чужбине отнимает у нас не так много.
[11] Amicus animo possidendus est; hic autem numquam abest; quemcumque vult cotidie videt. Itaque mecum stude, mecum cena, mecum ambula: in angusto vivebamus, si quicquam esset cogitationibus clusum. Video te, mi Lucili; cum maxime audio; adeo tecum sum ut dubitem an incipiam non epistulas sed codicellos tibi scribere. Vale.	(11) Друг должен быть у нас в душе, а душа всегда с нами: она может хоть каждый день видеть, кого захочет. Так что занимайся со мною, обедай со мною, гуляй со мною. Мы жили бы очень тесно, если бы хоть что-нибудь было недоступно нашим мыслям. Я вижу тебя, Луцилий, я даже слышу тебя, я так близко к тебе, что сомневаюсь, не слать ли тебе вместо писем записки. Будь здоров.

LVI

[1] Peream si est tam necessarium quam videtur silentium in studia seposito. Ecce undique me varius clamor circumsonat: supra ipsum balneum habito. Propone nunc tibi omnia genera vocum quae in odium possunt aures adducere: cum fortiores exercentur et manus plumbo graves iactant, cum aut laborant aut laborantem imitantur, gemitus audio, quotiens retentum spiritum remiserunt, sibilos et acerbissimas	(1) Пусть я погибну, если погруженному в ученые занятия на самом деле так уж необходима тишина! Сейчас вокруг меня со всех сторон - многоголосый крик: ведь я живу над самой баней. Вот и вообрази себе все разнообразие звуков, из-за которых можно возненавидеть собственные уши. Когда силачи упражняются, выбрасывая вверх отягощенные свинцом руки, когда они трудятся или делают вид, будто трудятся, я слышу их

respirationes; cum in aliquem inertem et hac plebeia unctione contentum incidi, audio crepitum illisae manus umeris, quae prout plana pervenit aut concava, ita sonum mutat. Si vero pilicrepus supervenit et numerare coepit pilas, actum est.	стоны; когда они задержат дыханье, выдохи их пронзительны, как свист; попадется бездельник, довольный самым простым умащением, - я слышу удары ладоней по спине, и звук меняется смотря по тому, бьют ли плашмя или полой ладонью. А если появятся игроки в мяч и начнут считать броски, - тут уж все кончено.
[2] Adice nunc scordalum et furem deprensum et illum cui vox sua in balineo placet, adice nunc eos qui in piscinam cum ingenti impulsae aquae sono saliunt. Praeter istos quorum, si nihil aliud, rectae voces sunt, alipilum cogita tenuem et stridulam vocem quo sit notabilior subinde exprimentem nec umquam tacentem nisi dum vellit alas et alium pro se clamare cogit; iam biberari varias exclamationes et botularium et crustularium et omnes popinarum institores mercem sua quadam et insignita modulatione vendentis.	(2) Прибавь к этому и перебранку, и ловлю вора, и тех, кому нравится звук собственного голоса в бане. Прибавь и тех, кто с оглушительным плеском плюхается в бассейн. А кроме тех, чей голос, по крайней мере, звучит естественно, вспомни про выщипывателя волос, который, чтобы его заметили, извлекает из гортани особенно пронзительный визг и умолкает, только когда выщипывает кому-нибудь подмышки, заставляя другого кричать за себя. К тому же есть еще и пирожники, и колбасники, и торговцы сладостями и всякими кушаньями, каждый на свой лад выкликающие товар. -
[3] 'O te' inquis 'ferreum aut surdum, cui mens inter tot clamores tam varios, tam dissonos constat, cum Chrysippum nostrum assidua salutatio perducat ad mortem.' At mehercules ego istum fremitum non magis curo quam fluctum aut deiectum aquae, quamvis audiam cuidam genti hanc unam fuisse causam urbem suam transferendi, quod fragorem Nili cadentis ferre non potuit.	(3) Ты скажешь мне: "Ты железный человек! Ты, видно, глух, если сохраняешь стойкость духа среди всех этих разноголосых нестройных криков, между тем как нашего Криспа1 довели до могилы чересчур усердные утренние приветствия". Нет, клянусь богом, я обращаю на этот гомон не больше внимания, чем на плеск ручья или шум водопада, - хоть я и слышал про какое-то племя, которое перенесло на другое место свой город только из-за того, что не могло выносить грохот нильского переката.
[4] Magis mihi videtur vox avocare quam crepitus; illa enim animum adducit, hic tantum aures implet ac verberat. In his quae me sine avocatione circumstrepunt essedas transcurrentes pono et fabrum inquilinum et serrarium vicinum, aut hunc qui ad Metam Sudantem tubulas experitur et tibias, nec cantat sed exclamat:	(4) По-моему, голос мешает больше чем шум, потому что отвлекает душу, тогда как шум только наполняет слух и бьет по ушам. К числу тех, что шумят, не отвлекая меня, я отношу проезжающие мимо повозки, и плотника в моем доме, и кузнеца по соседству, и того, кто у Потной меты2, пробуя дудки и флейты, хоть и кричит, но не поет.

[5] etiam nunc molestior est mihi sonus qui intermittitur subinde quam qui continuatur. Sed iam me sic ad omnia ista duravi ut audire vel pausarium possim voce acerbissima remigibus modos dantem. Animum enim cogo sibi intentum esse nec avocari ad externa; omnia licet foris resonent, dum intus nihil tumultus sit, dum inter se non rixentur cupiditas et timor, dum avaritia luxuriaque non dissideant nec altera alteram vexet. Nam quid prodest totius regionis silentium, si affectus fremunt?	(5) При этом звук, то и дело прерывающийся, тяготит меня больше, чем непрерывный. Но я уже так закалился, что мог бы слушать даже начальника над гребцами, когда он противным голосом отсчитывает такт. Ведь я принуждаю мой дух сосредоточиться на себе и ни на что внешнее не отвлекаться. Пусть за дверьми все шумит и гремит, - лишь бы внутри не было смятения, лишь бы не ссорились между собой вожделение и страх, не затевали распрю и не мучили друг друга расточительность и скупость. Пусть по всей округе тишина - много ли нам в ней пользы, если наши страсти бушуют?
Omnia noctis erant placida composta quiete.	*Ночь утишила все и мирный покой даровала.*
Falsum est: nulla placida est quies nisi quam ratio composuit; nox exhibet molestiam, non tollit, et sollicitudines muta. Nam dormientium quoque insomnia tam turbulenta sunt quam dies: illa tranquillitas vera est in quam bona mens explicatur.	Это ложь! Нет мирного покоя, кроме того, который даруется нам разумом: ночь не устраняет наши тяготы, а усугубляет их ощущенье и заменяет одни тревоги другими. Ведь и сновидения спящих бывают не менее бурными, чем их дни. Подлинна только та безмятежность, чей корень - совершенство духа.
[7] Aspice illum cui somnus laxae domus silentio quaeritur, cuius aures ne quis agitet sonus, omnis servorum turba conticuit et suspensum accedentium propius vestigium ponitur: huc nempe versatur atque illuc, somnum inter aegritudines levem captans; quae non audit audisse se queritur.	(7) Взгляни на него: безмолвие просторного дома манит к нему сон, его слух не будет потревожен ни единым звуком, ибо вся толпа рабов молчит и только на цыпочках приближается к спальне. А он ворочается с боку на бок, стараясь среди огорчений поймать хоть легкую дрему, и, ничего не слыша, жалуется, будто слышит.
[8] Quid in causa putas esse? Animus illi obstrepit. Hic placandus est, huius compescenda seditio est, quem non est quod existimes placidum, si iacet corpus: interdum quies inquieta est; et ideo ad rerum actus excitandi ac tractatione bonarum artium occupandi sumus, quotiens nos male habet inertia sui impatiens.	(8) Какая тут, по-твоему, причина? Шум у него в душе: ее нужно утихомирить, в ней надо унять распрю; нельзя считать ее спокойной только потому, что тело лежит неподвижно. Иногда и в покое нам нет покоя. Поэтому нужно проснуться и взяться за дела или занять себя благородными искусствами всякий раз, когда начинает нас одолевать лень, которая сама себе в тя гость.
[9] Magni imperatores, cum male	(9) Великие полководцы, когда

parere militem vident, aliquo labore compescunt et expeditionibus detinent: numquam vacat lascivire districtis, nihilque tam certum est quam otii vitia negotio discuti. Saepe videmur taedio rerum civilium et infelicis atque ingratae stationis paenitentia secessisse; tamen in illa latebra in quam nos timor ac lassitudo coniecit interdum recrudescit ambitio. Non enim excisa desit, sed fatigata aut etiam obirata rebus parum sibi cedentibus.	замечают плохое повиновение у солдат, усмиряют их трудом и держат в узде походами. Кто занят, у того нет времени на озорство; и вернее верного то, что дело искореняет пороки, порожденные бездельем. Часто мы уходим в тень - по-видимости из-за того, что нам опостылели общественные дела и претит наше положение, не сулящее удачи и неблагодарное, но в уединении, куда загнали нас страх и усталость, порой вновь крепнет честолюбие. Значит, оно оставило нас не потому, что было искоренено, а потому что утомилось и было подавлено не слишком ему благоприятными обстоятельствами.
[10] Idem de luxuria dico, quae videtur aliquando cessisse, deinde frugalitatem professos sollicitat atque in media parsimonia voluptates non damnatas sed relictas petit, et quidem eo vehementius quo occultius. Omnia enim vitia in aperto leniora sunt; morbi quoque tunc ad sanitatem inclinant cum ex abdito erumpunt ac vim sui proferunt. Et avaritiam itaque et ambitionem et cetera mala mentis humanae tunc perniciosissima scias esse cum simulata sanitate subsidunt.	(10) То же самое и страсть к роскоши: иногда она по-видимости отступает, а потом опять донимает мнимых сторонников воздержности и посреди приступа бережливости тянется к покинутым, но не преданным осуждению удовольствиям, - тянется скрытно и оттого еще сильнее. Ведь не так опасны пороки, не скрытые от глаз; даже больные идут к выздоровлению, если болезнь прорвалась из глубины и обнаружила всю свою силу. Знай, что и скупость, и честолюбие, и другие недуги человеческого духа пагубнее всего тогда, когда прячутся под личиной здоровья.
[11] Otiosi videmur, et non sumus. Nam si bona fide sumus, si receptui cecinimus, si speciosa contempsimus, ut paulo ante dicebam, nulla res nos avocabit, nullus hominum aviumque concentus interrumpet cogitationes bonas, solidasque iam et certas.	(11) Мы только кажемся спокойными. Вот если мы будем чистосердечны, если протрубим отступление, если научимся презирать внешний блеск, то, как я сказал, нас уже ничто не отвлечет, никакие хоры человеческих или птичьих голосов не прервут наших благих размышлений, стойких и неизменных.
[12] Leve illud ingenium est nec sese adhuc reduxit introsus quod ad vocem et accidentia erigitur; habet intus aliquid sollicitudinis et habet aliquid concepti pavoris quod illum curiosum facit, ut ait Vergilius noster:	(12) Слишком легок и не сосредоточен еще на самом себе дух того, кого любой голос и случайный звук заставляют насторожиться. Значит, есть в нем тревога и ранее возникший страх, которые и будоражат любопытство. Как говорит наш Вергилий,
et me, quem dudum non ulla iniecta	*Я, кто недавно ни стрел, летевших в*

movebant *tela neque adverso glomerati e agmine Grai,* *nunc omnes terrent aurae, sonus excitat omnis* *suspensum et pariter comitique onerique timentem.*	*меня, не боялся,* *Ни бессчетных врагов, толпой мне путь преграждавших,* *Ныне любых ветерков, любого шума пугаюсь:* *Страшно за ношу мою и за спутника страшно не меньше.*
[13] Prior ille sapiens est, quem non tela vibrantia, non arietata inter [se] arma agminis densi, non urbis impulsae fragor territat: hic alter imperitus est, rebus suis timet ad omnem crepitum expavescens, quem una quaelibet vox pro fremitu accepta deiecit, quem motus levissimi exanimant; timidum illum sarcinae faciunt.	(13) Первый - это мудрец, которого не пугают ни занесенные копья, ни сшибающиеся мечи тесно сплоченных отрядов, ни грохот разрушаемого города; второй же - человек неискушенный, он боится за свое добро и пугается всякого шума, любой звук кажется ему грохотом и валит с ног, малейшее движение лишает его чувств. Поклажа делает его робким.
[14] Quemcumque ex istis felicibus elegeris, multa trahentibus, multa portantibus, videbis illum 'comitique onerique timentem'. Tunc ergo te scito esse compositum cum ad te nullus clamor pertinebit, cum te nulla vox tibi excutiet, non si blandietur, non si minabitur, non si inani sono vana circumstrepet.	(14) Возьми на выбор любого из тех счастливцев, что много несут на себе и много тащат за собой, - и ты увидишь, что Страшно за ношу ему и за спутника страшно. ..Знай, ты достиг спокойствия, если никакой крик до тебя не доносится, если тебя ничей голос - ни зазывный, ни угрожающий, ни впустую нарушающий тишину - не выведет из себя. -
[15] 'Quid ergo? non aliquando commodius est et carere convicio?' Fateor; itaque ego ex hoc loco migrabo. Experiri et exercere me volui: quid necesse est diutius torqueri, cum tam facile remedium Ulixes sociis etiam adversus Sirenas invenerit Vale.	(15) "Как так? Но разве не лучше иногда побыть вдали от шума?" - Признаюсь, ты прав. И я переберусь с этого места: ведь я хотел только испытать себя и закалиться. Какая мне надобность мучиться дольше, если Улисс давно нашел простое средство, и оно спасло его спутников даже от сирен? Будь здоров.

LVII

[1] Cum a Bais deberem Neapolim repetere, facile credidi tempestatem esse, ne iterum navem experirer; et tantum luti tota via fuit ut possim videri nihilominus navigasse. Totum athletarum fatum mihi illo die perpetiendum fuit: a ceromate nos haphe excepit in crypta Neapolitana.	(1) Когда мне понадобилось вернуться из Бай в Неаполь, я легко поверил, что на море буря, - лишь бы снова не пытать судьбу на корабле. Однако по дороге оказалось столько грязи, что поездка эта была все равно как плаванье. В тот день я вытерпел все, что назначено терпеть атлетам {: после умащения нас осыпала пыль неаполитанского склепа2.
[2] Nihil illo carcere longius, nihil illis	(2) Нет ничего длиннее этого застенка

facibus obscurius, quae nobis praestant non ut per tenebras videamus, sed ut ipsas. Ceterum etiam si locus haberet lucem, pulvis auferret, in aperto quoque res gravis et molesta: quid illic, ubi in se volutatur et, cum sine ullo spiramento sit inclusus, in ipsos a quibus excitatus est recidit? Duo incommoda inter sc contraria simul pertulimus: eadem via, eodem die et luto et pulvere laboravimus.	и ничего темнее факелов в нем, которые позволяют не что-нибудь видеть во мраке, а видеть самый мрак. Впрочем, даже будь там светло, пыль застила бы свет. Она и под открытым небом неприятна и тягостна; что же говорить о месте, где она клубится сама в себе и, запертая без малейшей отдушины, садится на тех, кто ее поднял. Так пришлось нам терпеть две несовместимые неприятности зараз: на одной дороге, в один день мы страдали и от грязи, и от пыли.
[3] Aliquid tamen mihi illa obscuritas quod cogitarem dedit: sensi quendam ictum animi et sine metu mutationem quam insolitae rei novitas simul ac foeditas fecerat. Non de me nunc tecum loquor, qui multum ab homine tolerabili, nedum a perfecto absum, sed de illo in quem fortuna ius perdidit: huius quoque ferietur animus, mutabitur color.	(3) Однако и эта темнота дала мне повод для размышлений: я почувствовал в душе некую перемену - не страх, но подавленность, вызванную новизной непривычного места и его гнусностью. Я не говорю о себе - ведь мне далеко до людей терпеливых, а до совершенных и подавно, - но и у того, над кем фортуна потеряла власть, душа тут заболит и лицо побледнеет.
[4] Quaedam enim, mi Lucili, nulla effugere virtus potest; admonet illam natura mortalitatis suae. Itaque et vultum adducet ad tristia et inhorrescet ad subita et caligabit, si vastam altitudinem in crepidine eius constitutus despexerit: non est hoc timor, sed naturalis affectio inexpugnabilis rationi.	(4) Есть вещи, Луцилий, от которых ничьей добродетели не уйти3: ими природа напоминает о неизбежности смерти. Каждый нахмурится при виде грустного зрелища, каждый вздрогнет от неожиданности, у каждого потемнеет в глазах, если он, стоя у края бездны, взглянет в ее глубину. Это - не страх, а естественное чувство, неподвластное разуму.
[5] Itaque fortes quidam et paratissimi fundere suum sanguinem alienum videre non possunt; quidam ad vulneris novi, quidam ad veteris et purulenti tractationem inspectionemque succidunt ac linquuntur animo; alii gladium facilius recipiunt quam vident.	(5) Так храбрецы, готовые пролить свою кровь, не могут смотреть на чужую, так некоторые падают без чувств, если взглянут на свежую или старую, загноившуюся рану либо прикоснутся к ней, а другие легче вынесут удар меча, чем его вид.
[6] Sensi ergo, ut dicebam, quandam non quidem perturbationem, sed mutationem: rursus ad primum conspectum redditae lucis alacritas rediit incogitata et iniussa. Illud deinde mecum loqui coepi, quam inepte quaedam magis aut minus timeremus, cum omnium idem finis esset. Quid enim interest utrum supra aliquem	(6) И я почувствовал, повторяю, если не смятенье, то перемену в душе; зато, снова увидав первый проблеск света, я ощутил, как она воспрянула без моего ведома и принужденья. Потом я принялся сам с собою рассуждать, как глупо одного бояться больше, другого меньше, хотя исход всюду один. В самом деле, какая разница, рухнет ли

vigilarium ruat an mons? nihil invenies. Erunt tamen qui hanc ruinam magis timeant, quamvis utraque mortifera aeque sit; adeo non effectu, sed efficientia timor spectat.	на тебя будка или гора? Никакой! И все же иные больше боятся обвала горы, хоть и то и другое одинаково смертоносно. Вот до чего слеп страх: он видит не исход, а только орудия.
[7] Nunc me putas de Stoicis dicere, qui existimant animam hominis magno pondere extriti permanere non posse et statim spargi, quia non fuerit illi exitus liber? Ego vero non facio: qui hoc dicunt videntur mihi errare.	(7) Ты, верно, думаешь, что я говорю как стоики, которые полагают, будто душа человека, раздавленного большой тяжестью, не может уцелеть, но немедля рассеивается, не имея свободного выхода? - Нет! И мне кажется, что утверждающие это заблуждаются.
[8] Quemadmodum flamma non potest opprimi - nam circa id diffugit quo urgetur -, quemadmodum aer verbere atque ictu non laeditur, ne scinditur quidem, sed circa id cui cessit refunditur, sic animus, qui ex tenuissimo constat, deprehendi non potest nec intra corpus effligi, sed beneficio subtilitatis suae per ipsa quibus premitur erumpit. Quomodo fulmini, etiam cum latissime percussit ac fulsit, per exiguum foramen est reditus, sic animo, qui adhuc tenuior est igne, per omne corpus fuga est.	(8) Как нельзя придавить пламя (оно обтекает любой гнет и вырывается наружу), как невозможно рассечь ударом или пронзить острием воздух, ибо он, поддавшись, сразу же сливается снова, так и душу, которая состоит из тончайшего вещества, нельзя удержать и придавить в теле: благодаря этой тонкости она прорывается сквозь все, что бы ни навалилось сверху. Как молнии, даже когда она широко сотрясает и озаряет все вокруг, открыт выход через самую узкую щелку, так и душе, чье вещество тоньше огненного, по всему телу свободен путь к бегству.
[9] Itaque de illo quaerendum est, an possit immortalis esse. Hoc quidem certum habe: si superstes est corpori, opteri illum nullo genere posse, [propter quod non perit] quoniam nulla immortalitas cum exceptione est, nec quicquam noxium aeterno est. Vale.	(9) Вопрос только в том, может ли она остаться бессмертной. Но в этом даже не сомневайся; если она пережила тело, то никоим образом погибнуть не может - по той самой причине, по которой не погибает никогда, ибо нет бессмертия с каким-нибудь исключением, и тому, что вечно, невозможно повредить. Будь здоров.

LVIII

[1] Quanta verborum nobis paupertas, immo egestas sit, numquam magis quam hodierno die intellexi. Mille res inciderunt, cum forte de Platone loqueremur, quae nomina desiderarent nec haberent, quaedam vero [quae] cum habuissent fastidio nostro perdidissent. Quis autem ferat in egestate fastidium?	(1) Вчера я, как никогда прежде, понял всю бедность и даже скудость нашего языка. Случайно заговорив о Платоне, мы натолкнулись на бессчетное множество таких предметов, которые нуждаются в именах и не имеют их или таких, что имели имя, но потеряли его из-за нашей привередливости. Но терпима ли привередливость при такой

	бедности?
[2] Hunc quem Graeci 'oestron' vocant, pecora peragentem et totis saltibus dissipantem, 'asilum' nostri vocabant. Hoc Vergilio licet credas:	(2) Насекомое, у греков называемое оГотрое, преследующее скот и разгоняющее его по всему урочищу, наши называли "оводом". В этом поверь хотя бы Вергилию:
est lucum Silari iuxta ilicibusque virentem plurimus Alburnum volitans, cui nomen asilo Romanum est, oestrum Grai vertere vocantes, asper, acerba sonans, quo tota exterrita silvis diffugiunt armenta.	Возле Силарских лесов и Альбурна, где падубов рощи, Есть - и много его - насекомое с римским названием Овод - а греки его называют по-своему "оистрос". Жалит и резко жужжит; испуганный гудом, по лесу Весь разбегается скот.1 Я думаю, понятно, что слово это исчезло.
[3] Puto intellegi istud verbum interisse. Ne te longe differam, quaedam simplicia in usu erant, sicut 'cernere ferro inter se' dicebant. Idem Vergilius hoc probabit tibi:	(3) Или, чтобы тебе не ждать долго, вот еще: раньше употреблялись простые слова - например, говорили "решить спор железом". Доказательство даст тот же Вергилий:
ingentis, genitos diversis partibus orbis, *inter se coiisse viros et cernere ferro.*	*Сам Латин дивится, увидев* *Вместе могучих мужей, что родились в разных пределах* *Мира и встретились здесь, чтобы спор их решило железо*
Quod nunc 'decernere' dicimus: simplicis illius verbi usus amissus est.	А теперь мы говорим "разрешить спор", простое слово вышло из употребленья.
[4] Dicebant antiqui 'si iusso', id est 'iussero'. Hoc nolo mihi credas, sed eidem Vergilio:	(4) В старину говорили "велю" вместо "повелю" - тут поверь не мне, а надежному свидетелю Вергилию:
cetera, qua iusso, mecum manus inferat arma.	*Вы же, куда я велю, за мною следуйте в битву.*
[5] Non id ago nunc hac diligentia ut ostendam quantum tempus apud grammaticum perdiderim, sed ut ex hoc intellegas quantum apud Ennium et Accium verborum situs occupaverit, cum apud hunc quoque, qui cotidie excutitur, aliqua nobis subducta sint.	(5) Я так усердно этим занимаюсь не затем, чтобы показать, как много времени потерял я у грамматика, но чтобы ты понял, как много слов из Энния и Акция оказались в забвенье, если позабыты даже некоторые слова из того, кого мы ежедневно берем в руки 4.
[6] 'Quid sibi' inquis 'ista praeparatio vult? quo spectat?' Non celabo te: cupio, si fieri potest, propitiis auribus tuis 'essentiam' dicere; si minus, dicam et iratis. Ciceronem auctorem huius verbi habeo, puto locupletem; si recentiorem quaeris, Fabianum, disertum et elegantem, orationis etiam ad nostrum fastidium nitidae. Quid enim fiet, mi Lucili? quomodo	(6) Ты спросишь, для чего такое долгое предисловие, куда оно метит. Не скрою: я хочу, чтобы ты, если это возможно, благосклонно услышал от меня слово "бытие". А если нет, я скажу так же, несмотря на твой гнев. За меня - Цицерон5, создатель этого слова, поручитель, по-моему, вполне состоятельный; если же ты потребуешь кого поновее, я назову Фабиана, чье

dicetur 'ousia', res necessaria, natura continens fundamentum omnium? Rogo itaque permittas mihi hoc verbo uti. Nihilominus dabo operam ut ius a te datum parcissime exerceam; fortasse contentus ero mihi licere.	изящное красноречие блистательно даже на наш привередливый вкус. Что же делать, Луцилий? Как передать понятие усия, столь необходимое, охватывающее всю природу и лежащее6 в основе всего? Поэтому позволь мне, прошу тебя, употреблять это слово, а я постараюсь как можно бережливее пользоваться данным мне правом и, может быть, даже довольствуюсь тем, что имею его.
[7] Quid proderit facilitas tua, cum ecce id nullo modo Latine exprimere possim propter quod linguae nostrae convicium feci? Magis damnabis angustias Romanas, si scieris unam syllabam esse quam mutare non possum. Quae sit haec quaeris? 'to on'. Duri tibi videor ingenii: in medio positum, posse sic transferri ut dicam 'quod est'. Sed multum interesse video: cogor verbum pro vocabulo ponere; sed si ita necesse est, ponam 'quod est'.	(7) Много ли мне будет пользы от твоей уступчивости, если я все равно не смогу перевести на латинский то, из-за чего я и упрекал наш язык? Ты еще строже осудил бы римскую скудость, если бы знал то слово в один слог, которое я не могу заменить. Ты спросишь, какое. - То он. Наверно, я кажусь тебе тупоумным: ведь ясно, как на ладони, что можно перевести его "то, что есть". Но я усматриваю тут большое различие: вместо имени мне приходится ставить глагол.
[8] Sex modis hoc a Platone dici amicus noster, homo eruditissimus, hodierno die dicebat. Omnes tibi exponam, si ante indicavero esse aliquid genus, esse et speciem. Nunc autem primum illud genus quaerimus ex quo ceterae species suspensae sunt, a quo nascitur omnis divisio, quo universa comprensa sunt. Invenietur autem si coeperimus singula retro legere; sic enim perducemur ad primum.	(8) Но раз уж необходимо, поставлю "то, что есть". Наш друг, человек обширнейших познаний, говорил сегодня, что у Платона это сказано в шести значениях. Я перечислю тебе все, но раньше объясню вот что: есть род, а есть и вид. Теперь поищем самый первый из родов, от которого зависят все виды, с которого начинается всякое разделение, который охватывает все и вся. Мы найдем его, если начнем перебирать все в обратном порядке: так мы придем к первоначалу.
[9] Homo species est, ut Aristoteles ait; equus species est; canis species est. Ergo commune aliquod quaerendum est his omnibus vinculum, quod illa complectatur et sub se habeat. Hoc quid est? animal. Ergo genus esse coepit horum omnium quae modo rettuli - hominis, equi, canis - animal.	(9) Человек - это вид, как говорит Аристотель, лошадь - тоже вид, и собака - вид; значит, нужно найти нечто общее между ними всеми, что их охватывает и заключает в себе. Что же это? Животное. Значит, сначала родом для всего названного мною - для человека, лошади, собаки - будет "животное".
[10] Sed quaedam [quae] animum habent nec sunt animalia; placet enim satis et arbustis animam inesse; itaque et vivere illa et mori dicimus.	(10) Но есть нечто, имеющее душу, но к животным не принадлежащее: ведь мы согласны, что у растений, у деревьев есть душа, коль скоро говорим, что они

Ergo animantia superiorem tenebunt locum, quia et animalia in hac forma sunt et sata. Sed quaedam anima carent, ut saxa; itaque erit aliquid animantibus antiquius, corpus scilicet. Hoc sic dividam ut dicam corpora omnia aut animantia esse aut inanima.	живут и умирают. Значит, более высокое место займет понятие "одушевленные", потому что в него входят и животные, и растения. Но есть предметы, лишенные души, например камни; выходит, есть нечто более древнее, нежели "одушевленные", а именно тело. Если я буду делить это понятие, то скажу, что все тела либо одушевленные, либо неодушевленные.
[11] Etiam nunc est aliquid superius quam corpus; dicimus enim quaedam corporalia esse, quaedam incorporalia. Quid ergo erit ex quo haec deducantur? illud cui nomen modo parum proprium imposuimus, 'quod est'. Sic enim in species secabitur ut dicamus: 'quod est' aut corporale est aut incorporale.	(11) Но есть нечто, стоящее выше, чем тело: ведь об одном мы говорим, что оно телесно, о другом - что лишено тела. Что же разделяется на эти два разряда? Его-то мы и назвали сейчас неудачным именем "то, что есть". Оно и делится на виды, о нем мы и говорим: "То, что есть, либо телесно, либо лишено тела".
[12] Hoc ergo est genus primum et antiquissimum et, ut ita dicam, generale; cetera genera quidem sunt, sed specialia. Tamquam homo genus est; habet enim in se nationum species, Graecos, Romanos, Parthos; colorum, albos, nigros, flavos; habet singulos, Catonem, Ciceronem, Lucretium. Ita qua multa continet, in genus cadit; qua sub alio est, in speciem. Illud genus 'quod est' generale supra se nihil habet; initium rerum est; omnia sub illo sunt.	(12) Это и есть первый и древнейший из родов, самый, так сказать, всеобщий; все остальные, хоть и остаются родами, причастны и видам. Человек - тоже род; в нем содержатся виды: и народы (греки, римляне, парфяне), и цвета кожи (белые, черные, желтые), и отдельные люди (Катон, Цицерон, Лукреций). Поскольку это понятие охватывает многое, оно относится к числу родов; поскольку стоит ниже других - к числу видов. Всеобщий род - "то, что есть" - ничего выше себя не имеет. Он - начало вещей, в нем - все.
[13] Stoici volunt superponere huic etiam nunc aliud genus magis principale; de quo statim dicam, si prius illud genus de quo locutus sum merito primum poni docuero, cum sit rerum omnium capax.	(13) Стоики хотят поставить над ним еще один род, более изначальный; я скоро скажу о нем, но прежде объясню, что тот род, о котором я раньше говорил, по праву признается первым, коль скоро он охватывает все предметы.
[14] 'Quod est' in has species divido, ut sint corporalia aut incorporalia; nihil tertium est. Corpus quomodo divido? ut dicam: aut animantia sunt aut inanima. Rursus animantia quemadmodum divido? ut dicam: quaedam animum habent, quaedam tantum animam, at sic: quaedam impetum habent, incedunt, transeunt, quaedam solo affixa radicibus aluntur, crescunt. Rursus animalia in quas	(14) "То, что есть" я делю на два вида: телесное и бестелесное, а третьего нет. Как разделить тела? Они бывают либо одушевленные, либо неодушевленные. Опять-таки, как мне разделить одушевленные предметы? Одни из них имеют дух, другие - только душу, или так: одни из них - самодвижущиеся, они ходят и меняют место, другие прикреплены к почве и растут, питаясь через корни. На какие же виды мне

species seco? aut mortalia sunt aut immortalia.	расчленить животных? Они либо смертны, либо бессмертны.
[15] Primum genus Stoicis quibusdam videtur 'quid'; quare videatur subiciam. 'In rerum' inquiunt 'natura quaedam sunt, quaedam non sunt, et haec autem quae non sunt rerum natura complectitur, quae animo succurrunt, tamquam Centauri, Gigantes et quidquid aliud falsa cogitatione formatum habere aliquam imaginem coepit, quamvis non habeat substantiam.'	(15) Некоторые стоики полагают, будто самый первый род - "нечто". Почему они так полагают, я сейчас скажу. По их словам, в природе одно существует, другое не существует. Природа включает в себя и то, чего нет, что лишь представляется нашему духу; так, кентавры, гиганты и прочее, будучи создано ложной мыслью, обретает образ, хоть и не имеет истинной сущности.
[16] Nunc ad id quod tibi promisi revertor, quomodo quaecumque sunt in sex modos Plato partiatur. Primum illud 'quod est' nec visu nec tactu nec ullo sensu comprenditur: cogitabile est. Quod generaliter est, tamquam homo generalis, sub oculos non venit; sed specialis venit, ut Cicero et Cato. Animal non videtur: cogitatur. Videtur autem species eius, equus et canis.	(16) А теперь я вернусь к тому, что тебе обещано, и скажу, как Платон распределяет на шесть разрядов все, что только существует. Первое - это "то, что есть", не постигаемое ни зрением, ни осязанием, ни одним из чувств, но только мыслимое. Что существует вообще - например "человек вообще", - не попадается нам на глаза, а попадается только человек как вид - Катон или Цицерон. И "животное" мы не видим, а только мыслим о нем, а доступны зрению его виды: лошадь, собака.
[17] Secundum ex his quae sunt ponit Plato quod eminet et exsuperat omnia; hoc ait per excellentiam esse. Poeta communiter dicitur - omnibus enim versus facientibus hoc nomen est - sed iam apud Graecos in unius notam cessit: Homerum intellegas, cum audieris poetam. Quid ergo hoc est? deus scilicet, maior ac potentior cunctis.	(17) На второе место из того, что есть, Платон ставит все выдающееся и возвышающееся над прочим. Это и значит, по его словам, "быть" по преимуществу. Так, мы говорим "поэт", без различия прилагая это слово ко всем стихотворцам; но уже у греков оно стало обозначением одного из них. Услышав просто "поэт", ты поймешь, что имеется в виду Гомер. Что же это? Бог, разумеется, - самый великий и могущественный из всего.
[18] Tertium genus est eorum quae proprie sunt; innumerabilia haec sunt, sed extra nostrum posita conspectum. Quae sint interrogas? Propria Platonis supellex est: 'ideas' vocat, ex quibus omnia quaecumque videmus fiunt et ad quas cuncta formantur. Hae immortales, immutabiles, inviolabiles sunt.	(18) Третий род - это то, что истинно существует, в неисчислимом множестве, но за пределами нашего зрения. - Ты спросишь, что это. - Платонова утварь: идеи, как он их именует, из которых возникает все видимое нами и по образцу которых все принимает облик.
[19] Quid sit idea, id est quid Platoni esse videatur, audi: 'idea est eorum	(19) Они бессмертны, неизменны и нерушимы. Слушай, что такое идея, то

quae natura fiunt exemplar aeternum'. Adiciam definitioni interpretationem, quo tibi res apertior fiat. Volo imaginem tuam facere. Exemplar picturae te habeo, ex quo capit aliquem habitum mens nostra quem operi suo imponat; ita illa quae me docet et instruit facies, a qua petitur imitatio, idea est. Talia ergo exemplaria infinita habet rerum natura, hominum, piscium, arborum, ad quae quodcumque fieri ab illa debet exprimitur.	есть что она такое по мнению Платона: "Идея - вечный образец всего, что производит природа". А я прибавлю к этому определенью истолкование, чтобы тебе было понятнее. Я хочу сделать твой портрет; образцом моей картины будешь ты сам, из тебя мой дух извлекает некие черты и потом переносит их в свое творение. Твое лицо, которое учит меня и наставляет, которому я стремлюсь подражать, и будет идеей. В природе есть бесконечное множество таких образцов - для людей, для рыб, для деревьев: с них-то и воспроизводится все, что должно в ней возникнуть.
[20] Quartum locum habebit idos. Quid sit hoc idos attendas oportet, et Platoni imputes, non mihi, hanc rerum difficultatem; nulla est autem sine difficultate subtilitas. Paulo ante pictoris imagine utebar. Ille cum reddere Vergilium coloribus vellet, ipsum intuebatur. Idea erat Vergilii facies, futuri operis exemplar; ex hac quod artifex trahit et operi suo imposuit idos est.	(20) На четвертом месте стоит ei5os. Слушай внимательно, что такое elSoe, и в том, что это вещь непростая, обвиняй не меня, а Платона; впрочем, простых тонкостей и не бывает. Только что я приводил для сравнения живописца; если он хотел изобразить красками Вергилия, то глядел на самого поэта; идеей было лицо Вергилия - образец будущего произведения; а_ то, что извлек из него художник и перенес в свое произведение, есть eiSo;.
Quid intersit quaeris? Alterum exemplar est, alterum forma ab exemplari sumpta et operi imposita; alteram artifex imitatur, alteram facit. Habet aliquam faciem statua: haec est idos. Habet aliquam faciem exemplar ipsum quod intuens opifex statuam figuravit: haec idea est. Etiam nunc si aliam desideras distinctionem, idos in opere est, idea extra opus, nec tantum extra opus est, sed ante opus.	(21) Ты спросишь, какая между ними разница? Идея - это образец, а e18o; - это облик, взятый с него и перенесенный в произведение. Идее художник подражает, si3o; создает. У статуи такое-то лицо: это и будет e15oc. Такое лицо и у образца, на который глядел ваятель, создавая статую: это - идея. Ты хочешь, чтобы я привел еще одно различие? ElSoe - в самом произведении, идея - вне его, и не только вне его, но и предшествует ему.
[22] Quintum genus est eorum quae communiter sunt; haec incipiunt ad nos pertinere; hic sunt omnia, homines, pecora, res. Sextum genus [est] eorum quae quasi sunt, tamquam inane, tamquam tempus. Quaecumque videmus aut tangimus Plato in illis non numerat quae esse proprie putat; fluunt enim et in assidua deminutione atque adiectione sunt. Nemo nostrum idem est in senectute qui fuit iuvenis;	(22) Пятый род - это то, что существует вообще; он уже имеет к нам отношение, в него входит все: люди, животные, предметы. Шестым будет род вещей, которые как бы существуют, как, например, пустота, как время. Все, что мы видим и осязаем, Платон не относит к числу вещей, истинно существующих. Ведь они текут и непрестанно прибывают или убывают. Никто не остается в старости тем же, кем был в

nemo nostrum est idem mane qui fuit pridie. Corpora nostra rapiuntur fluminum more. Quidquid vides currit cum tempore; nihil ex iis quae videmus manet; ego ipse, dum loquor mutari ista, mutatus sum.	юности, завтра никто не будет тем, кем был вчера. Наши тела уносятся наподобие рек; все, что ты видишь, уходит вместе со временем, ничто из видимого нами не пребывает неподвижно. Я сам изменяюсь, пока рассуждаю об изменении всех вещей.
[23] Hoc est quod ait Heraclitus: 'in idem flumen bis descendimus et non descendimus'. Manet enim idem fluminis nomen, aqua transmissa est. Hoc in amne manifestius est quam in homine; sed nos quoque non minus velox cursus praetervehit, et ideo admiror dementiam nostram, quod tantopere amamus rem fugacissimam, corpus, timemusque ne quando moriamur, cum omne momentum mors prioris habitus sit: vis tu non timere ne semel fiat quod cotidie fit!	(23) Об этом и говорит Гераклит: "Мы и входим, и не входим дважды в один и тот же поток". Имя потока остается, а вода уже утекла. Река - пример более наглядный, нежели человек, однако и нас уносит не менее быстрое течение, и я удивляюсь нашему безумию, вспоминая, до чего мы любим тело самую быстротечную из вещей, и боимся однажды умереть, меж тем как каждый миг - это смерть нашего прежнего состояния. Так не надо тебе бояться, как бы однажды не случилось то, что происходит ежедневно.
[24] De homine dixi, fluvida materia et caduca et omnibus obnoxia causis: mundus quoque, aeterna res et invicta, mutatur nec idem manet. Quamvis enim omnia in sc habeat quae habuit, aliter habet quam habuit: ordinem mutat.	(24) Я говорил о человеке, существе нестойком и непрочном, подверженном любой порче; но даже мир, вечный и непобедимый, меняется и не остается одним и тем же. Хоть в нем и пребывает все, что было прежде, но иначе, чем прежде: порядок вещей меняется.
[25] 'Quid ista' inquis 'mihi subtilitas proderit?' Si me interrogas, nihil; sed quemadmodum ille caelator oculos diu intentos ac fatigatos remittit atque avocat et, ut dici solet, pascit, sic nos animum aliquando debemus relaxare et quibusdam oblectamentis reficere. Sed ipsa oblectamenta opera sint; ex his quoque, si observaveris, sumes quod possit fieri salutare.	(25) Ты скажешь: "Какая мне польза от этих тонкостей?" - Если спросишь меня, то никакой. Но как резчик опускает и отводит на что-нибудь приятное утомленные долгим напряжением глаза, так и мы должны порой дать отдых душе и подкрепить ее каким-нибудь удовольствием. Однако пусть и удовольствие будет делом; тогда и из него ты, если присмотришься, извлечешь что-нибудь целительное.
[26] Hoc ego, Lucili, facere soleo: ex omni notione, etiam si a philosophia longissime aversa est, eruere aliquid conor et utile efficere. Quid istis quae modo tractavimus remotius a reformatione morum? quomodo meliorem me facere ideae Platonicae possunt? quid ex istis traham quod cupiditates meas comprimat? Vel hoc ipsum, quod omnia ista quae sensibus serviunt, quae nos accendunt et	(26) Так и привык я поступать, Луцилий: из всякого знания7, как бы далеко ни было оно от философии, я стараюсь что-нибудь добыть и обратить себе на пользу. Что мне все, о чем мы рассуждали, если оно никак не связано с исправлением нравов? Как Платоновы идеи могут сделать меня лучше? Можно ли извлечь из них что-нибудь для обуздания моих желаний? Да хотя бы вот что: все вещи, которые, как рабы,

irritant, negat Plato ex iis esse quae vere sint.	служат нашим чувствам, которые нас распаляют и подстрекают, Платон не считает истинно существующими.
[27] Ergo ista imaginaria sunt et ad tempus aliquam faciem ferunt, nihil horum stabile nec solidum est; et nos tamen cupimus tamquam aut semper futura aut semper habituri. Imbecilli fluvidique inter vana constitimus: ad illa mittamus animum quae aeterna sunt. Miremur in sublimi volitantes rerum omnium formas deumque inter illa versantem et hoc providentem, quemadmodum quae immortalia facere non potuit, quia materia prohibebat, defendat a morte ac ratione vitium corporis vincat.	(27) Значит, все вещи - воображаемые, лишь на короткий срок принявшие некое обличье; ни одна из них не прочна и не долговечна. А мы желаем их так, словно они будут при нас всегда или мы всегда будем владеть ими. Беспомощные и слабые, мы находимся среди вещей пустых и мнимых8; так направим свой дух к тому, что вечно, а свой взгляд - на витающие в высоте образы всех предметов и на пребывающего среди них бога, помышляющего о том, как бы защитить от смерти все, что из-за сопротивления материи не удалось ему сделать бессмертным, и победить разумом пороки тела!
[28] Manent enim cuncta, non quia aeterna sunt, sed quia defenduntur cura regentis: immortalia tutore non egerent. Haec conservat artifex fragilitatem materiae vi sua vincens. Contemnamus omnia quae adeo pretiosa non sunt ut an sint omnino dubium sit.	(28) Ведь все остается не потому, что оно вечно, а потому что защищено заботой властителя. Бессмертному опекун не нужен, а остальное охраняет творец, одолевая своей силой хрупкость материи. Будем же презирать все настолько лишенное цены, что приходится сомневаться, существует ли оно вообще.
[29] Illud simul cogitemus, si mundum ipsum, non minus mortalem quam nos sumus, providentia periculis eximit, posse aliquatenus nostra quoque providentia longiorem prorogari huic corpusculo moram, si voluptates, quibus pars maior perit, potuerimus regere et coercere.	(29) И подумаем вот о чем: коль скоро провидение обороняет от опасностей мир, смертный, как и мы, то и наше провидение может хоть немного удлинить срок этому ничтожному телу, если мы научимся обуздывать и подчинять себе наслаждения - главную причину нашей гибели.
[30] Plato ipse ad senectutem se diligentia protulit. Erat quidem corpus validum ac forte sortitus et illi nomen latitudo pectoris fecerat, sed navigationes ac pericula multum detraxerant viribus; parsimonia tamen et eorum quae aviditatem evocant modus et diligens sui tutela perduxit illum ad senectutem multis prohibentibus causis.	(30) Сам Платон своими стараньями продлил себе жизнь до старости. Ему досталось тело крепкое и здоровое, даже своим именем он обязан ширине плеч9; но странствия по морю и опасности отняли у него много сил, и только воздержность, соблюдение меры во всем, что будит алчность, и тщательная забота о себе помогли ему, вопреки всем препятствиям, дожить до старости.
[31] Nam hoc scis, puto, Platoni diligentiae suae beneficio contigisse	(31) Я думаю, ты знаешь это: благодаря таким стараниям Платон и достиг того,

quod natali suo decessit et annum unum atque octogensimum implevit sine ulla deductione. Ideo magi, qui forte Athenis erant, immolaverunt defuncto, amplioris fuisse sortis quam humanae rati, quia consummasset perfectissimum numerum, quem novem novies multiplicata componunt. Non dubito quin paratus sis et paucos dies ex ista summa et sacrificium remittere.	что умер в день, когда ему исполнился ровно восемьдесят один год. Поэтому маги 10, как раз тогда оказавшиеся в Афинах, принесли усопшему жертву, веря, что жребий его выше человеческого, ибо он прожил девятью девять лет, - а это число совершенное. Но я не сомневаюсь, что он охотно отдал бы несколько дней из этого срока вместе с жертвоприношением.
[32] Potest frugalitas producere senectutem, quam ut non puto concupiscendam, ita ne recusandam quidem; iucundum est secum esse quam diutissime, cum quis se dignum quo frueretur effecit. Itaque de isto feremus sententiam, an oporteat fastidire senectutis extrema et finem non opperiri sed manu facere. Prope est a timente qui fatum segnis exspectat, sicut ille ultra modum deditus vino est qui amphoram exsiccat et faecem quoque exsorbet.	(32) Умеренность может продлить старость, хотя по-моему не нужно к ней ни стремиться, ни отказываться от нее. Приятно пробыть с собою как можно дольше, если ты сумел стать достойным того, чтобы твоим обществом наслаждались. Итак, нам надо вынести решение, следует ли, гнушаясь последними годами старости, не дожидаться конца, а положить его собственной рукой. Тот, кто в бездействии ждет судьбы, мало чем отличается от боязливого, - как сверх меры привержен вину тот, кто осушает кувшин до дна, вместе с отстоем.
[33] De hoc tamen quaeremus, pars summa vitae utrum faex sit an liquidissimum ac purissimum quiddam, si modo mens sine iniuria est et integri sensus animum iuvant nec defectum et praemortuum corpus est; plurimum enim refert, vitam aliquis extendat an mortem.	(33) Но посмотрим, что такое конец жизни - ее отстой или нечто самое чистое и прозрачное, - если только ум не пострадал, и чувства, сохранившиеся в целости, помогают душе, и тело не лишилось сил и не умерло до смерти. Ведь все дело в том, что продлевать - жизнь или смерть.
[34] At si inutile ministeriis corpus est, quidni oporteat educere animum laborantem? et fortasse paulo ante quam debet faciendum est, ne cum fieri debebit facere non possis; et cum maius periculum sit male vivendi quam cito moriendi, stultus est qui non exigua temporis mercede magnae rei aleam redimit. Paucos longissima senectus ad mortem sine iniuria pertulit, multis iners vita sine usu sui iacuit: quanto deinde crudelius iudicas aliquid ex vita perdidisse quam ius finiendae?	(34) Но если тело не годится для своей службы, то почему бы не вывести на волю измученную душу? И может быть, это следует сделать немного раньше должного, чтобы в должный срок не оказаться бессильным это сделать. И поскольку жалкая жизнь куда страшнее скорой смерти, глуп тот, кто не отказывается от короткой отсрочки, чтобы этой ценой откупиться от большой опасности. Лишь немногих долгая старость привела к смерти, не доставив страданий, но многим их бездеятельная жизнь как бы даже и не пригодилась. Что ж по-твоему, более жестокая участь - потерять кусочек жизни, которая и так кончится?

[35] Noli me invitus audire, tamquam ad te iam pertineat ista sententia, et quid dicam aestima: non relinquam senectutem, si me totum mihi reservabit, totum autem ab illa parte meliore; at si coeperit concutere mentem, si partes eius convellere, si mihi non vitam reliquerit sed animam, prosiliam ex aedificio putri ac ruenti.	(35) Не надо слушать меня против воли, словно мой приговор касается и тебя, но все же взвесь мои слова. Я не покину старости, если она мне сохранит меня в целости - сохранит лучшую мою часть; а если она поколеблет ум, если будет отнимать его по частям, если оставит мне не жизнь, а душу, - я выброшусь вон из трухлявого, готового рухнуть строения.
[36] Morbum morte non fugiam, dumtaxat sanabilem nec officientem animo. Non afferam mihi manus propter dolorem: sic mori vinci est. Hunc tamen si sciero perpetuo mihi esse patiendum, exibo, non propter ipsum, sed quia impedimento mihi futurus est ad omne propter quod vivitur; imbecillus est et ignavus qui propter dolorem moritur, stultus qui doloris causa vivit.[37] Sed in longum exeo; est praeterea materia quae ducere diem possit: et quomodo finem imponere vitae poterit qui epistulae non potest? Vale ergo: quod libentius quam mortes meras lecturus es. Vale.	(36) Я не стану бежать в смерть от болезни, лишь бы она была излечима и не затрагивала души; я не наложу на себя руки от боли, ведь умереть так - значит, сдаться. Но если я буду знать, что придется терпеть ее постоянно, я уйду, не из-за самой боли, а из-за того, что она будет мешать всему, ради чего мы живем. Слаб и труслив тот, кто умирает из-за боли; глуп тот, кто живет из страха боли. Но я слишком многоречив, да и сам этот предмет таков, что можно рассуждать о нем весь день. Как может вовремя кончить жизнь тот, кто не может кончить письмо? Будь здоров! Эти слова ты прочтешь охотнее, чем читал все про смерть да про смерть. Будь здоров.

LIX

[1] Magnam ex epistula tua percepi voluptatem; permitte enim mihi uti verbis publicis nec illa ad significationem Stoicam revoca. Vitium esse voluptatem credimus. Sit sane; ponere tamen illam solemus ad demonstrandam animi hilarem affectionem.	(1) Твое письмо доставило мне великое наслаждение (позволь мне употребить слова общепринятые и не приписывай им смысла, какой имеют они у стоиков). Мы считаем наслажденье пороком. Пусть так, но слово это мы ставим, и чтобы обозначить испытываемое душою веселье.
[2] Scio, inquam, et voluptatem, si ad nostrum album verba derigimus, rem infamem esse et gaudium nisi sapienti non contingere; est enim animi elatio suis bonis verisque fidentis. Vulgo tamen sic loquimur ut dicamus magnum gaudium nos ex illius consulatu aut nuptiis aut ex partu uxoris percepisse, quae adeo non sunt gaudia ut saepe initia futurae tristitiae sint; gaudio autem iunctum est non	(2) Я знаю, что, если сообразовать слова с нашими указами, наслажденье есть нечто постыдное, а радость - удел одних лишь мудрецов: ведь она есть некая приподнятость души, верящей в собственные и подлинные блага1. Однако в повседневной речи мы говорим: нам доставило большую радость и то, что такой-то избран консулом, и то, что жена родила, и чья-то свадьба, хотя все это никакая не

desinere nec in contrarium verti.	радость, а нередко даже начало будущей скорби. У радости же один непременный признак: она не может ни прекратиться, ни обернуться своей противоположностью.
Itaque cum dicit Vergilius noster et mala mentis gaudia,	*Поэтому, когда наш Вергилий говорит: "И злые радости духа",*
diserte quidem dicit, sed parum proprie; nullum enim malum gaudium est. Voluptatibus hoc nomen imposuit et quod voluit expressit; significavit enim homines malo suo laetos.	то слова эти красноречивы, но не очень точны: ведь радости не бывают злыми. К наслаждениям приложил он это имя и так выразил все, что хотел, имея в виду людей, довольных тем, что для них зло.
[4] Tamen ego non immerito dixeram cepisse me magnam ex epistula tua voluptatem; quamvis enim ex honesta causa imperitus homo gaudeat, tamen affectum eius impotentem et in diversum statim inclinaturum voluptatem voco, opinione falsi boni motam, immoderatam et immodicam.Sed ut ad propositum revertar, audi quid me in epistula tua delectaverit: habes verba in potestate, non effert te oratio nec longius quam destinasti trahit.	(4) И все же я не напрасно сказал, что твое письмо доставило мне наслаждение; ведь если невежда радуется и по какой-либо достойной причине, его чувство, не подвластное ему самому и готовое перейти в нечто иное, я называю наслаждением, родившимся из ложного мнения о благе, не знающим ни удержу, ни меры. Но вернусь к тому, с чего я начал. Послушай, чем порадовало меня твое письмо. Слова подчиняются тебе, речь не заносит тебя ввысь и не увлекает дальше, чем ты был намерен.
[5] Multi sunt qui ad id quod non proposuerant scribere alicuius verbi placentis decore vocentur, quod tibi non evenit: pressa sunt omnia et rei aptata; loqueris quantum vis et plus significas quam loqueris. Hoc maioris rei indicium est: apparet animum quoque nihil habere supervacui, nihil tumidi.	(5) Многих красота какого-нибудь полюбившегося слова уводит к тому, о чем они писать не собирались; с тобою такого не бывает: все у тебя сжато, все по делу. Ты говоришь столько, сколько хочешь, и смысла в сказанном больше, чем слов. Это - признак чего-то большого: души, в которой также нет ничего лишнего, ничего напыщенного.
[6] Invenio tamen translationes verborum ut non temerarias ita quae periculum sui fecerint; invenio imagines, quibus si quis nos uti vetat et poetis illas solis iudicat esse concessas, neminem mihi videtur ex antiquis legisse, apud quos nondum captabatur plausibilis oratio: illi, qui simpliciter et demonstrandae rei causa eloquebantur, parabolis referti sunt, quas existimo necessarias, non ex eadem causa qua poetis, sed ut imbecillitas nostrae adminicula sint, ut et dicentem et audientem in rem	(6) Нахожу я и переносные выражения, не настолько дерзкие3, чтобы нельзя было на них отважиться. Нахожу и образы, которыми нам порой запрещают пользоваться, полагая их дозволенными только поэтам, - запрещают те, кто, по-моему, не читал никого из древних, не произносивших речей ради рукоплесканий. У них, говоривших просто, старавшихся только разъяснить дело, полным-полно иносказаний, которые кажутся мне необходимыми не по той причине, по какой нужны они поэтам, но чтобы

praesentem adducant.	служить опорами нашей слабости, чтобы ученика или слушателя ввести в суть дела.
[7] Sextium ecce cum maxime lego, virum acrem, Graecis verbis, Romanis moribus philosophantem. Movit me imago ab illo posita: ire quadrato agmine exercitum, ubi hostis ab omni parte suspectus est, pugnae paratum. 'Idem' inquit 'sapiens facere debet: omnis virtutes suas undique expandat, ut ubicumque infesti aliquid orietur, illic parata praesidia sint et ad nutum regentis sine tumultu respondeant.' Quod in exercitibus iis quos imperatores magni ordinant fieri videmus, ut imperium ducis simul omnes copiae sentiant, sic dispositae ut signum ab uno datum peditem simul equitemque percurrat, hoc aliquanto magis necessarium esse nobis ait.	(7) Вот я прилежно читаю Секстия4; философ великого ума, он писал по-гречески, мыслил по-римски. Один образ у него меня взволновал. Там, где врага можно ждать со всех сторон, войско идет квадратным строем, готовое к бою. Так же, говорит он, следует поступать и мудрецу: он должен развернуть во все стороны строй своих добродетелей, чтобы оборона была наготове, откуда бы ни возникла опасность, и караулы без малейшей суматохи повиновались бы каждому знаку начальника. Мы видим, как в войсках, если во главе их великий полководец, приказ вождя слышат сразу все отряды, расставленные так, чтобы сигнал, поданный одним человеком, сразу обошел и пехоту, и конницу; то же самое, говорит Секстий, еще нужнее нам.
[8] Illi enim saepe hostem timuere sine causa, tutissimumque illis iter quod suspectissimum fuit: nihil stultitia pacatum habet; tam superne illi metus est quam infra; utrumque trepidat latus; sequuntur pericula et occurrunt; ad omnia pavet, imparata est et ipsis terretur auxiliis. Sapiens autem, ad omnem incursum munitus, intentus, non si paupertas, non si luctus, non si ignominia, non si dolor impetum faciat, pedem referet: interritus et contra illa ibit et inter illa.	(8) Ведь солдаты часто боятся врага без причины, и дорога, что кажется самой опасной, оказывается самой надежной. Для глупости нигде нет покоя: и сверху, и снизу подстерегает ее страх, все, что справа и слева, повергает ее в трепет, опасности гонятся за ней и мчатся ей навстречу; все ей ужасно, она ни к чему не готова и пугается даже подмоги. А мудрец защищен от любого набега вниманьем: пусть нападает на него хоть бедность, хоть горе, хоть бесславье, хоть боль - он не отступит, но смело пойдет им навстречу и пройдет сквозь их строй.
[9] Nos multa alligant, multa debilitant. Diu in istis vitiis iacuimus, elui difficile est; non enim inquinati sumus sed infecti.	(9) Многое связывает нам руки, многое нас ослабляет; мы давно погрязли в пороках, и отмыться нелегко: ведь мы не только испачканы, но и заражены.
Ne ab alia imagine ad aliam transeamus, hoc quaeram quod saepe mecum dispicio, quid ita nos stultitia tam pertinaciter teneat? Primo quia non fortiter illam repellimus nec toto ad salutem impetu nitimur, deinde quia illa quae a sapientibus viris	Чтобы нам не скакать от образа к образу, я разберусь в том, о чем часто размышляю про себя: почему глупость держит нас так упорно? Во-первых, потому, что мы даем ей отпор робко и не пробиваемся изо всех сил к здоровью; во-вторых, мы мало верим

reperta sunt non satis credimus nec apertis pectoribus haurimus leviterque tam magnae rei insistimus.	найденному мудрыми мужами, не воспринимаем его с открытым сердцем и лишены в таком важном деле упорства.
[10] Quemadmodum autem potest aliquis quantum satis sit adversus vitia discere, qui quantum a vitiis vacat discit? Nemo nostrum in altum descendit; summa tantum decerpsimus et exiguum temporis inpendisse philosophiae satis abundeque occupatis fuit.	(10) Как добыть довольно знаний для борьбы с пороками тому, кто учится лишь в часы, не отданные порокам? Никто из нас не погрузился в глубину, мы срывали только верхушки и, занятые, считали, что с избытком довольно уделять философии самое ничтожное время.
[11] Illud praecipue inpedit, quod cito nobis placemus; si invenimus qui nos bonos viros dicat, qui prudentes, qui sanctos, adgnoscimus. Non sumus modica laudatione contenti: quidquid in nos adulatio sinc pudore congessit tamquam debitum prendimus. Optimos nos esse, sapientissimos adfirmantibus adsentimur, cum sciamus illos saepe multa mentiri; adeoque indulgemus nobis ut laudari velimus in id cu: contraria cum maxime facimus. Mitissimum ille se in ipsis suppliciis audit, in rapinis liberalissimum et in ebrietatibus ac libidinibus temperantissimum; sequitur itaque ut ideo mutari nolimus quia nos optimos esse credidimus.	(11) А больше всего мешает то, что мы слишком скоро начинаем нравиться самим себе. Стоит нам найти таких, кто назовет нас людьми добра, разумными и праведными, - и мы соглашаемся с ними. Нам мало умеренных похвал: мы принимаем как должное все, что приписывает нам бесстыдная лесть; мы киваем тем, кто утверждает, будто мы лучше всех, мудрее всех, хотя и знаем их за лжецов. Мы так к себе снисходительны, что хотим похвал за то, вопреки чему поступаем. Обрекающий на пытки слушает речи о своей кротости, грабящий чужое - о своей щедрости, предающийся пьянству и похоти - о своей воздержности.
[12] Alexander cum iam in India vagaretur et gentes ne finitimis quidem satis notas bello vastaret, in obsidione cuiusdam urbis, [dum] circumit muros et inbecillissima moenium quaerit, sagitta ictus diu persedere et incepta agere perseveravit. Deinde cum represso sanguine sicci vulneris dolor cresceret et crus suspensum equo paulatim obtorpuisset, coactus absistere 'omnes' inquit 'iurant esse me Iovis filium, sed vulnus hoc hominem esse me clamat'.	(12) Александр, когда расхаживал уже по Индии, разоряя войной племена, о которых и соседи мало что знали, при осаде какого-то города объезжал стены, чтобы высмотреть слабые места, и при этом был ранен стрелой, однако остался в седле и продолжал начатое. Потом, когда кровь остановилась, сухая рана стала болеть сильней, а голень, свешивавшаяся с коня, постепенно опухла, он вынужден был отступиться и сказал: "Все клянутся, будто я сын Юпитера, но это рана всем разглашает, что я человек".
[13] Idem nos faciamus. Pro sua quemque portione adulatio infatuat: dicamus, 'vos quidem dicitis me prudentem esse, ego autem video quam multa inutilia concupiscam, nocitura optem. Ne hoc quidem	(13) Будем и мы поступать так же. Хотя лесть всех делает дураками, каждого в свою меру, скажем и мы: "Вы называете меня разумным, а я сам вижу, сколько бесполезных вещей желаю, как много вредного хочу; я не понимаю даже того,

intellego quod animalibus satietas monstrat, quis cibo debeat esse, quis potioni modus; quantum capiam adhuc nescio.'	что животным указывает насыщенье, - меры в еде и в питье, и не ведаю, сколько могу вместить".
[14] Iam docebo quemadmodum intellegas te non esse sapientem. Sapiens ille plenus est gaudio, hilaris et placidus, inconcussus; cum dis ex pari vivit. Nunc ipse te consule: si numquam maestus es, [si] nulla spes animum tuum futuri exspectatione sollicitat, si per dies noctesque par et aequalis animi tenor erecti et placentis sibi est, pervenisti ad humani boni summam; sed si appetis voluptates et undique et cmnes, scito tantum tibi ex sapientia quantum ex gaudio deesse. Ad hoc cupis pervenire, sed erras, qui inter divitias illuc venturum esse te speras, inter honores, id est gaudium inter sollicitudines quaeris: ista, quae sic petis tamquam datura laetitiam ac voluptatem, causae dolorum sunt.	(14) Я научу тебя, как узнать, что ты еще не стал мудрым. Мудрец полон радости, весел и непоколебимо безмятежен; он живет наравне с богами. А теперь погляди на себя. Если ты не бываешь печален, если никакая надежда не будоражит твою душу ожиданием будущего, если днем и ночью состоянье твоего духа, бодрого и довольного собою, одинаково и неизменно, значит, ты достиг высшего блага, доступного человеку. Но если ты стремишься отовсюду получать всяческие удовольствия, то знай, что тебе так же далеко до мудрости, как до радости. Ты мечтаешь достичь их, но заблуждаешься, надеясь прийти к ним через богатство, через почести, словом, ища радости среди сплошных тревог. К чему ты стремишься, словно к источникам веселья и наслажденья, в том - причина страданий.
[15] Omnes, inquam, illo tendunt ad gaudium, sed unde stabile magnumque consequantur ignorant: ille ex conviviis et luxuria, ille ex ambitione et circumfusa clientium turba, ille ex amica, alius ex studiorum liberalium vana ostentatione et nihil sanantibus litteris - omnes istos oblectamenta fallacia et brevia decipiunt, sicut ebrietas, quae unius horae hilarem insaniam longi temporis taedio pensat, sicut plausus et acclamationis secundae favor, qui magna sollicitudine et partus est et expiandus.	(15) Я повторяю, радость - цель для всех, но где отыскать великую и непреходящую радость, люди не знают. Один ищет ее в пирушках и роскоши, другой - в честолюбии, в толпящихся вокруг клиентах, третий - в любовницах, тот - в свободных науках, тщеславно выставляемых напоказ, в словесности, ничего не исцеляющей. Всех их разочаровывают обманчивые и недолгие услады, вроде опьянения, когда за веселое безумие на час платят долгим похмельем, как рукоплесканья и крики восхищенной толпы, которые и покупаются, и искупаются ценой больших тревог.
[16] Hoc ergo cogita, hunc esse sapientiae effectum, gaudii aequalitatem. Talis est sapientis animus qualis mundus super lunam: semper illic serenum est. Habes ergo et quare velis sapiens esse, si numquam sine gaudio est. Gaudium hoc non nascitur nisi ex virtutum conscientia: non potest gaudere nisi	(16) Так пойми же, что дается мудростью: неизменная радость. Душа мудреца - как надлунный мир, где всегда безоблачно. Значит, есть ради чего стремиться к мудрости: ведь мудрец без радости не бывает. А рождается такая радость лишь из сознания добродетелей.

fortis, nisi iustus, nisi temperans.	
[17] 'Quid ergo' inquis, 'stulti ac mali non gaudent?' Non magis quam praedam nancti leones: cum fatigaverunt se vino ac libidinibus, cum illos nox inter vitia defecit, cum voluptates angusto corpori ultra quam capiebat ingestae suppurare coeperunt, tunc exclamant miseri Vergilianum illum versum:	(17) Радоваться может только мужественный, только справедливый, только умеренный. - "Что же, - спросишь ты, - разве глупые и злые не радуются?" Не больше, чем львы, дорвавшись до добычи. Когда они изнурят себя вином и блудом, когда ночь промчится в попойке, когда от насильственных наслаждений, которые не способно вместить хилое тело, пойдут нарывы, тогда несчастные воскликнут словами Вергилия:
namque ut supremam falsa inter gaudia noctem *egerimus nosti.*	Как последнюю ночь провели мы в радостях мнимых, Знаешь ты сам.
[18] Omnem luxuriosi noctem inter falsa gaudia et quidem tamquam supremam agunt: illud gaudium quod deos deorumque aemulos sequitur non interrumpitur, non desinit; desineret, si sumptum esset aliunde. Quia non est alieni muneris, ne arbitrii quidem alieni est: quod non dedit fortuna non eripit. Vale.	(18) Любители роскоши каждую ночь, - как будто она последняя, - проводят в мнимых радостях. А та радость, что достается богам и сопер никам богов, не прерывается, не иссякает. Она бы иссякла, будь она заемной, но, не будучи чужим подарком, она не подвластна и чужому произволу. Что не дано фортуной, того ей не отнять. Будь здоров.

LX

[1] Queror, litigo, irascor. Etiam nunc optas quod tibi optavit nutrix tua aut paedagogus aut mater? nondum intellegis quantum mali optaverint? O quam inimica nobis sunt vota nostrorum! eo quidem inimiciora quo cessere felicius. Iam non admiror si omnia nos a prima pueritia mala sequuntur: inter exsecrationes parentum crevimus. Exaudiant di quandoque nostram pro nobis vocem gratuitam.	(1) Я жалуюсь, ссорюсь, сержусь. И теперь ты желаешь того же,. чего желала тебе кормилица, или дядька, или мать? До сих пор ты н& понял, сколько зла они тебе желали? Да, мольбы близких для нас - все равно что мольбы врагов! И тем они опасней, чем счастливей сбываются. Я не удивляюсь тому, что все дурное преследует нас с малых лет: ведь мы выросли среди родительских проклятий. Пусть боги услышат и нашу бескорыстную мольбу за себя.
[2] Quousque poscemus aliquid deos? [quasi] ita nondum ipsi alere nos possumus? Quamdiu sationibus implebimus magnarum urbium campos? quamdiu nobis populus metet? quamdiu unius mensae instrumentum multa navigia et quidem non ex uno mari subvehent? Taurus paucissimorum	(2) До каких пор мы будем чего-нибудь требовать от богов, словно не можем еще сами себя прокормить? До каких пор будем засевать для себя столько полей, сколько впору большим городам? До каких пор целый народ будет снимать для нас урожай? До каких пор ради одного

iugerum pascuo impletur; una silva elephantis pluribus sufficit: homo et terra et mari pascitur.	накрытого стола будут приплывать бессчетные корабли из разных морей? Несколько югеров1 пастбища досыта кормят быка, один лес питает стадо слонов, - человек собирает пищу и с суши, и с моря.
[3] Quid ergo? tam insatiabilem nobis natura alvum dedit, cum tam modica corpora dedisset, ut vastissimorum edacissimorumque animalium aviditatem vinceremus? Minime; quantulum est enim quod naturae datur! Parvo illa dimittitur: non fames nobis ventris nostri magno constat sed ambitio.	(3) Что же? Неужели природа, дав нам такое небольшое тело, наделила нас ненасытной утробой, так что мы побеждаем алчностью самых огромных и прожорливых зверей? Ничуть нет! Много ли воздается природе? Она довольствуется малым! Нам дорого обходится не голод, а тщеславие.
[4] Hos itaque, ut ait Sallustius, 'ventri oboedientes' animalium loco numeremus, non hominum, quosdam vero ne animalium quidem, sed mortuorum. Vivit is qui multis usui est, vivit is qui se utitur; qui vero latitant et torpent sic in domo sunt quomodo in conditivo. Horum licet in limine ipso nomen marmori inscribas: mortem suam antecesserunt. Vale.	Тех, кто, по словам Саллюстия 2, подчиняется желудку, мы должны причислить не к людям, а к животным, а некоторых даже не к животным, но к мертвецам. Жив тот, кто многим приносит пользу; жив тот, кто сам себе полезен. А кто прячется и коснеет в неподвижности, для того дом - словно гроб. Можешь хоть начертать у порога его имя на мраморе: ведь они умерли раньше смерти. Будь здоров.

LXI

[1] Desinamus quod voluimus velle. Ego certe id ago [ne] senex eadem velim quae puer volui. In hoc unum eunt dies, in hoc noctes, hoc opus meum est, haec cogitatio, imponere veteribus malis finem. Id ago ut mihi instar totius vitae dies sit; nec mehercules tamquam ultimum rapio, sed sic illum aspicio tamquam esse vel ultimus possit.	(1) Не будем больше желать того, чего желали. Я, старик, стараюсь,. чтобы даже не казалось, будто желания у меня те же, что в отрочестве. На это идут мои дни, мои ночи, это - мой труд, мой помысел: положить конец былому злу. Я стараюсь, чтобы каждый день был подобием целой жизни. Я не ловлю его, словно он последний, но смотрю на него так, что,. пожалуй, он может быть и последним.
[2] Hoc animo tibi hanc epistulam scribo, tamquam me cum maxime scribentem mors evocatura sit; paratus exire sum, et ideo fruar vita quia quam diu futurum hoc sit non nimis pendeo. Ante senectutem curavi ut bene viverem, in senectute ut bene moriar; bene autem mori est libenter mori.	(2) И это письмо я пишу тебе с таким настроением, будто смерть в любой миг может оторвать меня от писания. Я готов уйти и потому радуюсь жизни, что не слишком беспокоюсь, долго ли еще проживу. Пока не пришла старость, я заботился о том, чтобы хорошо жить, в старости - чтобы хорошо умереть; а хорошо умереть -

	значит, умереть с охотой. Старайся ничего не делать против воли!
[3] Da operam ne quid umquam invitus facias: quidquid necesse futurum est repugnanti, id volenti necessitas non est. Ita dico: qui imperia libens excipit partem acerbissimam servitutis effugit, facere quod nolit; non qui iussus aliquid facit miser est, sed qui invitus facit. Itaque sic animum componamus ut quidquid res exiget, id velimus, et in primis ut finem nostri sine tristitia cogitemus.	(3) Все предстоящее предстоит по необходимости тому, кто сопротивляется; в ком есть охота, для того необходимости нет. Я утверждаю: кто добровольно исполняет повеленье, тот избавлен от горчайшего в рабской доле: делать, чего не хочется. Несчастен не тот, кто делает по приказу, а тот, кто делает против воли. Научим же нашу душу хотеть того, чего требуют обстоятельства; и прежде всего будем без печали думать о своей кончине.
[4] Ante ad mortem quam ad vitam praeparandi sumus. Satis instructa vita est, sed nos in instrumenta eius avidi sumus; deesse aliquid nobis videtur et semper videbitur: ut satis vixerimus, nec anni nec dies faciunt sed animus. Vixi, Lucili carissime, quantum satis erat; mortem plenus exspecto. Vale.	(4) Нужно подготовить себя к смерти прежде, чем к жизни. У жизни всего есть вдоволь, но мы жадны к тому, что ее поддерживает: нам кажется и всегда будет казаться, будто чего-то не хватает. Довольно ли мы прожили, определяют не дни, не годы, а наши души. Я прожил, сколько нужно, милый мой Луцилий, и жду смерти сытый. Будь здоров.

LXII

[1] Mentiuntur qui sibi obstare ad studia liberalia turbam negotiorum videri volunt: simulant occupationes et augent et ipsi se occupant. Vaco, Lucili, vaco, et ubicumque sum, ibi meus sum. Rebus enim me non trado sed commodo, nec consector perdendi temporis causas; et quocumque constiti loco, ibi cogitationes meas tracto et aliquid in animo salutare converso.	(1) Лгут те, кто хочет показать, будто куча дел не оставляет им времени для свободных наук. Такие притворяются занятыми, множат дела и сами у себя отнимают дни. А я свободен, Луцилий, свободен и принадлежу себе везде, где бы ни был. Делам я себя не отдаю, а уступаю на время и не ищу поводов тратить его впустую. В каком бы месте я ни остановился, я продолжаю свои раздумья и размышляю в душе о чем-нибудь спасительном для нее.
[2] Cum me amicis dedi, non tamen mihi abduco nec cum illis moror quibus me tempus aliquod congregavit aut causa ex officio nata civili, sed cum optimo quoque sum; ad illos, in quocumque loco, in quocumque saeculo fuerunt, animum meum mitto.	(2) Предав себя друзьям, я не покидаю себя самого и подолгу остаюсь не с теми, с кем свели меня время или гражданские обязанности, а лишь с самыми лучшими: к ним я уношусь душой, в каком бы месте, в каком бы веке они не жили.
[3] Demetrium, virorum optimum, mecum circumfero et relictis conchyliatis cum illo seminudo loquor,	(3) Повсюду при мне Деметрий1, лучший из людей, и, удалившись от блещущих пурпуром, я беседую с ним,

illum admiror. Quidni admirer? vidi nihil ei deesse. Contemnere aliquis omnia potest, omnia habere nemo potest: brevissima ad divitias per contemptum divitiarum via est. Demetrius autem noster sic vivit, non tamquam contempserit omnia, sed tamquam aliis habenda permiserit. Vale.	полуодетым, и им восхищаюсь. И как им не восхищаться? Я вижу, что он ни в чем не чувствует недостатка. Некоторые могут все презреть, все иметь никто не может. Кратчайший путь к богатству - через презрение к богатству. А наш Деметрий живет не так. будто он все презрел, а так, будто все уступил во владение другим. Будь здоров.

LXIII

[1] Moleste fero decessisse Flaccum, amicum tuum, plus tamen aequo dolere te nolo. Illud, ut non doleas, vix audebo exigere; et esse melius scio. Sed cui ista firmitas animi continget nisi iam multum supra fortunam elato? illum quoque ista res vellicabit, sed tantum vellicabit. Nobis autem ignosci potest prolapsis ad lacrimas, si non nimiae decucurrerunt, si ipsi illas repressimus. Nec sicci sint oculi amisso amico nec fluant; lacrimandum est, non plorandum.	(1) Ты тяжело переживаешь кончину твоего друга Флакка; но я не хотел бы, чтобы ты горевал сверх меры. Чтобы ты совсем не горевал, я навряд ли решусь потребовать, хоть и знаю, что это лучше. Но разве досталась в удел такая твердость духа кому-нибудь, кроме тех, кто уже стал много выше фортуны? И его такая вещь затронула бы, но только затронула. А нам можно простить и невольные слезы, если они были не слишком обильны, если мы сами их подавили. Пусть при утрате друга глаза не будут сухими и не струят потоков: можно прослезиться - плакать нельзя.
[2] Duram tibi legem videor ponere, cum poetarum Graecorum maximus ius flendi dederit in unum dumtaxat diem, cum dixerit etiam Niobam de cibo cogitasse? Quaeris unde sint lamentationes, unde immodici fletus? per lacrimas argumenta desiderii quaerimus et dolorem non sequimur sed ostendimus; nemo tristis sibi est. O infelicem stultitiam! est aliqua et doloris ambitio.	(2) Суровый, по-твоему, закон налагаю я на тебя? Но ведь и величайший из греческих поэтов1 дал право лить слезы всего один день, ведь он сказал: "Даже Ниоба думала о пище". Ты спросишь, откуда берутся стенанья, откуда безудержный плач? Мы ищем в слезах доказательства нашей тоски и не подчиняемся скорби, а выставляем ее напоказ. Никто не печалится сам для себя. Злосчастная глупость! И в скорби есть доля тщеславия!
[3] 'Quid ergo?' inquis 'obliviscar amici?' Brevem illi apud te memoriam promittis, si cum dolore mansura est: iam istam frontem ad risum quaelibet fortuita res transferet. Non differo in longius tempus quo desiderium omne mulcetur, quo etiam acerrimi luctus residunt: cum primum te observare desieris, imago ista tristitiae discedet.	(3) - "Так что же, - спросишь ты, - неужели я забуду друга?" - Недолгую память обещаешь ты ему, если она минет вместе со скорбью! Скоро любой повод разгладит морщины у тебя на лбу и вызовет смех - я не говорю уже о более долгом времени, которое смягчает всякую тоску, утишает самое жгучее горе. Едва ты

Nunc ipse custodis dolorem tuum; sed custodienti quoque elabitur, eoque citius quo est acrior desinit.	перестанешь следить за собой, как личина скорби спадет; ты сам сторожишь свое горе, но оно ускользает из-под стражи и иссякает тем раньше, чем было острее.
[4] Id agamus ut iucunda nobis amissorum fiat recordatio. Nemo libenter ad id redit quod non sine tormento cogitaturus est, sicut illud fieri necesse est, ut cum aliquo nobis morsu amissorum quos amavimus nomen occurrat; sed hic quoque morsus habet suam voluptatem.	(4) Постараемся же, чтобы память об утраченных была нам отрадна. Никто по доброй воле не возвращается мыслью к тому, о чем нельзя подумать без муки. Но пусть это неизбежно, пусть, встретив имя тех, кого мы любили и потеряли, мы чувствуем укол боли - в самой этой боли есть некая радость.
[5] Nam, ut dicere solebat Attalus noster, 'sic amicorum defunctorum memoria iucunda est quomodo poma quaedam sunt suaviter aspera, quomodo in vino nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat; cum vero intervenit spatium, omne quod angebat exstinguitur et pura ad nos voluptas venit'.	(5) Ведь недаром наш Аттал повторял: "Воспоминанье об умерших друзьях приятно нам так же, как терпкость в некоторых плодах, как очень старое вино, которое тем и вкусно, что горчит: ведь за отдаленностью времени гаснет все, что нас мучило, и доходит до нас лишь чистая радость".
[6] Si illi credimus, 'amicos incolumes cogitare melle ac placenta frui est: eorum qui fuerunt retractatio non sine acerbitate quadam iuvat. Quis autem negaverit haec acria quoque et habentia austeritatis aliquid stomachum excitare?'	(6) Если верить ему, то "думать о живых друзьях - все равно что есть мед и печенье, воспоминание о тех, что были, приятно не без горечи. Кто, однако, станет отрицать, что и горькое, и не лишенное остроты возбуждает желудок?"
[7] Ego non idem sentio: mihi amicorum defunctorum cogitatio dulcis ac blanda est; habui enim illos tamquam amissurus, amisi tamquam habeam.	(7) Я, впрочем, чувствую иное, для меня думать об умерших друзьях отрадно и сладко. Когда они были со мной, я знал, что их утрачу, когда я их утратил, я знаю, что они были со мной.
Fac ergo, mi Lucili, quod aequitatem tuam decet, desine beneficium fortunae male interpretari: abstulit, sed dedit.	Делай же, мой Луцилий, так, как подобает твоей невозмутимости, перестань дурно истолковывать милость фортуны. То, что ею отнято, она прежде дала!
[8] Ideo amicis avide fruamur quia quamdiu contingere hoc possit incertum est. Cogitemus quam saepe illos reliquerimus in aliquam peregrinationem longinquam exituri, quam saepe eodem morantes loco non viderimus: intellegemus plus nos temporis in vivis perdidisse.	(8) Так будем жадно наслаждаться обществом друзей - ведь неизвестно, долго ли еще оно будет нам доступно. Подумаем о том, как часто мы оставляли их, отправляясь в долгое странствие, как часто, живя в одном месте, не виделись с ними, - и мы поймем, что больше вре мени было упущено при их жизни.

[9] Feras autem hos qui neglegentissime amicos habent, miserrime lugent, nec amant quemquam nisi perdiderunt? ideoque tunc effusius maerent quia verentur ne dubium sit an amaverint; sera indicia affectus sui quaerunt.	(9) А стерпишь ли ты таких, кто пренебрегал друзьями, а теперь горше всех рыдает, кто не любит их, пока не утратит? Они потому и скорбят так безудержно, что боятся, как бы кто не усомнился в их любви, и ищут поздних доказательств своего чувства.
[10] Si habemus alios amicos, male de iis et meremur et existimamus, qui parum valent in unius elati solacium; si non habemus, maiorem iniuriam ipsi nobis fecimus quam a fortuna accepimus: illa unum abstulit, nos quemcumque non fecimus.	(10) Если у нас есть еще друзья, то мы плохо к ним относимся и нс ценим их, коль скоро они не могут утешить нас, заменив одного погребенного; если же он был единственным нашим другом, то не фортуна перед нами виновата, а мы сами: она отняла у нас одного, а мы ни одного не добыли.
[11] Deinde ne unum quidem nimis amavit qui plus quam unum amare non potuit. Si quis despoliatus amissa unica tunica complorare se malit quam circumspicere quomodo frigus effugiat et aliquid inveniat quo tegat scapulas, nonne tibi videatur stultissimus? Quem amabas extulisti: quaere quem ames. Satius est amicum reparare quam flere.	(11) И потом, кто не мог любить больше, чем одного, тот и одного не слишком любил. Если с кого снимут единственную тунику, а он примется оплакивать себя, вместо того чтобы позаботиться о том, как бы избежать холода и чем-нибудь прикрыть тело, - разве ты не счел бы такого глупцом? Ты схоронил, кого любил; ищи, кого полюбить! Лучше добыть нового друга, чем плакать.
[12] Scio pertritum iam hoc esse quod adiecturus sum, non ideo tamen praetermittam quia ab omnibus dictum est: finem dolendi etiam qui consilio non fecerat tempore invenit. Turpissimum autem est in homine prudente remedium maeroris lassitudo maerendi: malo relinquas dolorem quam ab illo relinquaris; et quam primum id facere desiste quod, etiam si voles, diu facere non poteris.	(12) То, что я хочу прибавить, избито, я знаю, но все же не откажусь повторить только из-за того, что так говорят все. Если скорби не прекратит разум, ей положит конец время; однако для разумного человека утомление скорбью - позорнейшее лекарство от скорби. Так что уж лучше сам оставь скорбь, раньше чем она тебя оставит, и поскорей перестань делать то, чего при всем желании не сможешь делать долго.
[13] Annum feminis ad lugendum constituere maiores, non ut tam diu lugerent, sed ne diutius: viris nullum legitimum tempus est, quia nullum honestum. Quam tamen mihi ex illis mulierculis dabis vix retractis a rogo, vix a cadavere revulsis, cui lacrimae in totum mensem duraverint? Nulla res citius in odium venit quam dolor, qui recens consolatorem invenit et aliquos ad se adducit, inveteratus vero deridetur, nec immerito; aut enim	(13) Предки установили для женщин один год скорби - не затем, чтобы они скорбели так долго, но чтобы не скорбели дольше; для мужчин нет законного срока, ибо всякий срок для них постыден. Впрочем, можешь ли ты назвать мне хоть одну бабу из тех, которых только что оттащили от костра, оторвали от трупа, которая лила бы слезы целый месяц? Ничто не становится ненавистно так быстро, как горе; недавнее находит утешителя

simulatus aut stultus est.	и некоторых привлекает к себе, застарелое вызывает насмешки. И не зря: ведь оно или притворно, или глупо.
[14] Haec tibi scribo, is qui Annaeum Serenum carissimum mihi tam immodice flevi ut, quod minime velim, inter exempla sim eorum quos dolor vicit. Hodie tamen factum meum damno et intellego maximam mihi causam sic lugendi fuisse quod numquam cogitaveram mori eum ante me posse. Hoc unum mihi occurrebat, minorem esse et multo minorem - tamquam ordinem fata servarent!	(14) И это пишу тебе я - я, так безудержно плакавший по дорогом мне Аннее Серене2, что меня (вот уж чего я не хотел!) можно привести в пример как человека, побежденного горем. Теперь я осуждаю себя за это и понимаю, что было главной причиной такого горя: я никогда не думал, что он может умереть раньше меня. Только одно было у меня перед глазами: он младше меня, и младше намного, - как будто судьба соблюдает черед!
[15] Itaque assidue cogitemus de nostra quam omnium quos diligimus mortalitate. Tunc ego debui dicere, 'minor est Serenus meus: quid ad rem pertinet? post me mori debet, sed ante me potest'. Quia non feci, imparatum subito fortuna percussit. Nunc cogito omnia et mortalia esse et incerta lege mortalia; hodie fieri potest quidquid umquam potest.	(15) Нам надо постоянно думать о том, что смертны и мы, и любимые нами. И мне следовало тогда сказать себе: "Мой Серен младше, - но при чем тут это? Он должен умереть позже меня, но может и раньше". Я этого не сделал^ и удар фортуны застиг меня врасплох. Теперь я думаю так: все смертны, и для смерти нет закона. Что может случиться всякий день, может случиться и сегодня.
[16] Cogitemus ergo, Lucili carissime, cito nos eo perventuros quo illum pervenisse maeremus; et fortasse, si modo vera sapientium fama est recipitque nos locus aliquis, quem putamus perisse praemissus est. Vale.	Так будем, мой Луцилий, помнить о том, что скоро сами отправимся туда, куда отправились оплаканные нами. И быть может, - если правдивы разговоры мудрецов и нас ждет некое общее для всех место, - те, кого мним мы исчезнувшими, только ушли вперед. Будь здоров.

LXIV

[1] Fuisti here nobiscum. Potes queri, si here tantum; ideo adieci 'nobiscum'; mecum enim semper es. Intervenerant quidam amici propter quos maior fumus fieret, non hic qui erumpere ex lautorum culinis et terrere vigiles solet, sed hic modicus qui hospites venisse significet.	(1) Вчера ты был с нами. Ты вправе посетовать, что только вчера, но я потому и написал "с нами" - ведь со мною ты постоянно. Ко мне зашли друзья, из-за них сильнее пошел дым - не такой, что валит обычно из кухонь наших кутил, пугая караульных, а не слишком густой и только подающий знак, что пришли гости.
[2] Varius nobis fuit sermo, ut in convivio, nullam rem usque ad exitum	(2) Речь шла у нас о многих вещах, но, как бывает на пиру, мы ни об одной не

adducens sed aliunde alio transiliens. Lectus est deinde liber Quinti Sextii patris, magni, si quid mihi credis, viri, et licet neget Stoici.	говорили исчерпывающе, а перескакивали с предмета на предмет. Потом читали книгу Квинта Секстия-отца, великого, поверь мне, человека и, хоть он это и отрицает, стоика.
[3] Quantus in illo, di boni, vigor est, quantum animi! Hoc non in omnibus philosophis invenies: quorundam scripta clarum habentium nomen exanguia sunt. Instituunt, disputant, cavillantur, non faciunt animum quia non habent: cum legeris Sextium, dices, 'vivit, viget, liber es, supra hominem est, dimittit me plenum ingentis fiduciae'.	(3) О боги великие, сколько в нем силы, сколько мужества! Такое найдешь не у всякого философа. Сочинения иных ничем не блещут, кроме имени, а все остальное в них бескровно. Они наставляют, спорят, мудрствуют - только не укрепляют нас мужеством, которого у них самих нет. А прочтешь Секстия - скажешь: "Он жив, силен, свободен, он стал больше чем человеком, от него я ухожу с великой верой".
[4] In qua positione mentis sim cum hunc lego fatebor tibi: libet omnis casus provocare, libet exclamare, 'quid cessas, fortuna? congredere: paratum vides'. Illius animum induo qui quaerit ubi se experiatur, ubi virtutem suam ostendat,	(4) Признаюсь тебе, в каком я бываю расположенье духа, когда прочту его: мне хочется бросить вызов любому случаю, хочется воскликнуть: "Что же ты медлишь, фортуна? Нападай! Ты видишь, я готов". Мужеством я уподобляюсь тому, кто ищет, где бы испытать себя, кто хочет показать свою доблесть, кто
spumantemque dari pecora inter inertia votis optat *aprum aut fulvum descendere monte leonem.*	*Страстно молит, чтоб вдруг повстречался средь смирных животных* *С пенною пастью вепрь иль чтоб лев с горы появился.*
[5] Libet aliquid habere quod vincam, cuius patientia exercear. Nam hoc quoque egregium Sextius habet, quod et ostendet tibi beatae vitae magnitudinem et desperationem eius non faciet: scies esse illam in excelso, sed volenti penetrabilem.	(5) Мне хочется, чтобы было над чем взять верх, на чем закалить терпеливость. Ведь у Секстия замечательно еще и то, что он и показывает величье блаженной жизни, и не лишает надежды на нее. Ты узнаешь, что она хоть и высоко, но для желающего достижима.
[6] Hoc idem virtus tibi ipsa praestabit, ut illam admireris et tamen speres. Mihi certe multum auferre temporis solet contemplatio ipsa sapientiae; non aliter illam intueor obstupefactus quam ipsum interim mundum, quem saepe tamquam spectator novus video.	(6) Тут так же, как с самой добродетелью: ты ей дивишься - и все же надеешься. А у меня всегда много времени отнимает само созерцание мудрости: я гляжу на нее с изумлением, словно на вселенную, которую подчас вижу как будто впервые.
[7] Veneror itaque inventa sapientiae inventoresque; adire tamquam multorum hereditatem iuvat. Mihi ista	(7) Да, я преклоняюсь перед всем, что создала мудрость, и перед самими создателями; мне отрадно видеть в ней

acquisita, mihi laborata sunt. Sed agamus bonum patrem familiae, faciamus ampliora quae accepimus; maior ista hereditas a me ad posteros transeat. Multum adhuc restat operis multumque restabit, nec ulli nato post mille saecula praecludetur occasio aliquid adhuc adiciendi.	наследие многих, накопленное и добытое их трудом для меня. Но будем и мы поступать, как честные отцы семейства: умножим полученное, чтобы это наследье обогащенным перешло от меня к потомкам. Много дела есть и теперь, и останется всегда, и даже тот, кто родится через сто тысяч лет, не лишен будет возможности что-нибудь прибавить к завещанному.
[8] Sed etiam si omnia a veteribus inventa sunt, hoc semper novum erit, usus et inventorum ab aliis scientia ac dispositio. Puta relicta nobis medicamenta quibus sanarentur oculi: non opus est mihi alia quaerere, sed haec tamen morbis et temporibus aptanda sunt. Hoc asperitas oculorum collevatur; hoc palpebrarum crassitudo tenuatur; hoc vis subita et umor avertitur; hoc acuetur visus: teras ista oportet et eligas tempus, adhibeas singulis modum. Animi remedia inventa sunt ab antiquis; quomodo autem admoveantur aut quando nostri operis est quaerere.	(8) Но пусть даже все открыто древними всегда будет ново и применение открытого другими, и его познание и упорядоченье. Представь, что нам достались в наследство лекарства, чтобы лечить глаза; мне уже нет нужды искать новых, следует только приспособить каждое к своей болезни и применить в срок. Вот это облегчает сухость глаз, это прогоняет опухоли с век, это предотвращает внезапные воспаления и слезотеченье, это делает зрение острее. Нужно только растереть их и выбрать время, и еще найти меру для каждого. Лекарства для души найдены древними, но наше дело отыскать, как их применять и когда.
[9] Multum egerunt qui ante nos fuerunt, sed non peregerunt. Suspiciendi tamen sunt et ritu deorum colendi. Quidni ego magnorum virorum et imagines habeam incitamenta animi et natales celebrem? quidni ego illos honoris causa semper appellem? Quam venerationem praeceptoribus meis debeo, eandem illis praeceptoribus generis humani, a quibus tanti boni initia fluxerunt.	(9) Жившие раньше нас сделали много, но не все; и все же нужно взирать на них благоговейно и чтить, как богов. Почему бы мне для поощрения души не завести у себя их статуи, не праздновать дни их рождения? Почему бы мне, почета ради, не призывать их в свидетели клятвы? Ведь если я обязан чтить своих наставников, то не меньше должен чтить и наставников человечества, в которых изначальный источник великого блага.
[10] Si consulem videro aut praetorem, omnia quibus honor haberi honori solet faciam: equo desiliam, caput adaperiam, semita cedam. Quid ergo? Marcum Catonem utrumque et Laelium Sapientem et Socraten cum Platone et Zenonem Cleanthenque in animum meum sine dignatione summa recipiam ? Ego vero illos veneror et	(10) Разве, увидев консула или претора, я не воздам им того почета, какой положен их почетной должности? Не сойду с коня, не обнажу голову, не уступлю дороги? Так что же, неужто я не приму в сердце с величайшим почтением и обоих Марков Катонов, и Лелия Мудрого, и Сократа с Платоном, и

tantis nominibus semper assurgo. Vale.	Зенона с Клеанфом? Ведь я перед ними преклоняюсь, их великие имена возвышают и меня самого. Будь здоров.

LXV

[1] Hesternum diem divisi cum mala valetudine: antemeridianum illa sibi vindicavit, postmeridiano mihi cessit. Itaque lectione primum temptavi animum; deinde, cum hanc recepisset, plus illi imperare ausus sum, immo permittere: aliquid scripsi et quidem intentius quam soleo, dum cum materia difficili contendo et vinci nolo, donec intervenerunt amici qui mihi vim afferrent et tamquam aegrum intemperantem coercerent.	(1) Вчерашний день разделил я с болезнью: первую его половину она отняла у меня, вторую мне уступила. Сначала я попытал свою душу чтением. Она выдержала. Тогда я решился приказать ей - а верней позволить что-нибудь потяжелее: стал писать, и с большим, чем обычно, вниманием, так как не желал сдаваться в схватке с трудностью предмета. Но тут подоспели друзья и силой обуздали невоздержного больного.
[2] In locum stili sermo successit, ex quo eam partem ad te perferam quae in lite est. Te arbitrum addiximus. Plus negotii habes quam existimas: triplex causa est.	(2) Место дощечек заняла беседа, из которой я перескажу тебе ту часть, что вызвала спор: ведь судьей мы избрали тебя. Дела у тебя будет больше, чем ты думаешь, так как тяжущихся сторон - три.
Dicunt, ut scis, Stoici nostri duo esse in rerum natura ex quibus omnia fiant, causam et materiam. Materia iacet iners, res ad omnia parata, cessatura si nemo moveat; causa autem, id est ratio, materiam format et quocumque vult versat, ex illa varia opera producit. Esse ergo debet unde fiat aliquid, deinde a quo fiat: hoc causa est, illud materia.	Наши стоики, как тебе известно, утверждают: все в природе возникает из двух начал - причины и материи. Материя коснеет в неподвижности, она ко всему готова, но останется праздной, если никто не приведет ее в движенье. Причина, или же разум, ворочает материю как хочет и, придавая ей форму, лепит всяческие предметы. Ведь в каждой вещи непременно должно быть то, из чего она делается, и то, чем она делается; второе есть причина, первое - материя.
[3] Omnis ars naturae imitatio est; itaque quod de universo dicebam ad haec transfer quae ab homine facienda sunt. Statua et materiam habuit quae pateretur artificem, et artificem qui materiae daret faciem; ergo in statua materia aes fuit, causa opifex. Eadem condicio rerum omnium est: ex eo constant quod fit, et ex eo quod facit.	(3) Любое искусство подражает природе, так что сказанное мною о мироздании можешь приложить ко всем делам рук человеческих. Вот статуя: здесь наличествует и материя, послушная художнику, и художник, придавший материи обличье. Материей в статуе была бронза, причиной - художник. То же самое присуще и всем вещам: каждая состоит из того, что ее создало, и того, из чего она создана.
[4] Stoicis placet unam causam esse, id	(4) Стоики считают, что есть одна

quod facit. Aristoteles putat causam tribus modis dici: 'prima' inquit 'causa est ipsa materia, sine qua nihil potest effici; secunda opifex; tertia est forma, quae unicuique operi imponitur tamquam statuae'. Nam hanc Aristoteles 'idos' vocat. 'Quarta quoque' inquit 'his accedit, propositum totius operis.'	причина - то, что создает вещи. По Аристотелю1, говорить о причине можно трояко: "Первая причина, по его словам, это сама материя, без которой ничего нельзя создать; вторая - это сам создатель; третья это форма, которая придается каждому изделию, как статуе", - ее-то Аристотель и называет "эйдос", "А четвертая причина - это намеренье, с которым создается изделие".
[5] Quid sit hoc aperiam. Aes prima statuae causa est; numquam enim facta esset, nisi fuisset id ex quo funderetur ducereturve. Secunda causa artifex est; non potuisset enim aes illud in habitum statuae figurari, nisi accessissent peritae manus. Tertia causa est forma; neque enim statua ista 'doryphoros' aut 'diadumenos' vocaretur, nisi haec illi esset impressa facies. Quarta causa est faciendi propositum; nam nisi hoc fuisset, facta non esset.	(5) Я поясню, что это такое. Первая причина статуи есть бронза: ведь не будь того, из чего изваяние отлито или высечено, не было бы сделано и оно само. Вторая причина - художник: без его умелых рук бронза никак не могла бы принять вида статуи. Третья причина есть форма: статуя не звалась бы "Дорифор" или "Диадумен"2, если бы не придали ей именно этого обличья. Четвертая причина - это намеренье, с каким ее сделали: не будь его, ее бы делать не стали.
[6] Quid est propositum? quod invitavit artificem, quod ille secutus fecit: vel pecunia est haec, si venditurus fabricavit, vel gloria, si laboravit in nomen, vel religio, si donum templo paravit. Ergo et haec causa est propter quam fit: an non putas inter causas facti operis esse numerandum quo remoto factum non esset?	(6) Что такое намеренье? То, что привлекало художника и за чем он гнался: если он работал на продажу, - это деньги, или слава, если он работал ради почета, или вера, если он готовил приношенье в храм. Значит, причина и то, ради чего делается вещь. Или, по-твоему, нет необходимости считать в числе причин сделанного дела все, без чего оно бы не делалось?
[7] His quintam Plato adicit exemplar, quam ipse 'idean' vocat; hoc est enim ad quod respiciens artifex id quod destinabat effecit. Nihil autem ad rem pertinet utrum foris habeat exemplar ad quod referat oculos an intus, quod ibi ipse concepit et posuit. Haec exemplaria rerum omnium deus intra se habet numerosque universorum quae agenda sunt et modos mente complexus est; plenus his figuris est quas Plato 'ideas' appellat, immortales, immutabiles, infatigabiles. Itaque homines quidem pereunt, ipsa autem humanitas, ad quam homo effingitur, permanet, et hominibus laborantibus, intereuntibus, illa nihil patitur.	(7) Платон добавляет еще одну причину: образец, именуемый у него "идеей". На него-то и оглядывается художник, чтобы создать именно то, что собирался. Неважно, будет ли этот образец вне его, но перед глазами, или внутри, зачатый и выношенный в душе. Эти образцы всех вещей заключает в себе божество, обнимающее духом и число, и вид всего того, что имеет быть созданным: оно полно теми не ведающими ни смерти, ни перемены, ни усталости обликами, которые Платон зовет идеями. Люди погибают, а сама человечность, по образцу которой создается человек, пребывает и не терпит урона от людских

	страданий и смертей.
[8] Quinque ergo causae sunt, ut Plato dicit: id ex quo, id a quo, id in quo, id ad quod, id propter quod; novissime id quod ex his est. Tamquam in statua - quia de hac loqui coepimus - id ex quo aes est, id a quo artifex est, id in quo forma est quae aptatur illi, id ad quod exemplar est quod imitatur is qui facit, id propter quod facientis propositum est, id quod ex istis est ipsa statua [est].	(8) Итак, по словам Платона, есть пять причин: то, из чего, то, кем, то, в каком виде, то, наподобие чего, то, ради чего; последнее же - это то, что из них получается. Так, в статуе (раз уж мы начали о ней говорить) то, из чего, есть бронза, то, кем, - художник, то, в каком виде, - это форма, которая ей придана, то, наподобие чего, это образец, которому подражал создатель, то, ради чего, - это его намеренье, то, что из них получается, - это сама статуя.
[9] Haec omnia mundus quoque, ut ait Plato, habet: facientem, hic deus est; ex quo fit, haec materia est; formam, haec est habitus et ordo mundi quem videmus; exemplar, scilicet ad quod deus hanc magnitudinem operis pulcherrimi fecit; propositum, propter quod fecit.	(9) То же самое, говорит Платон, есть и у вселенной: и создатель - то есть бог, и то, из чего она создана, - то есть материя, и форма - тот облик и порядок, которые мы видим в мире, и образец - то, наподобие чего бог сотворил эту прекрасную громаду, и намеренье, с которым он ее сотворил.
[10] Quaeris quod sit propositum deo? bonitas. Ita certe Plato ait: 'quae deo faciendi mundum fuit causa? bonus est; bono nulla cuiusquam boni invidia est; fecit itaque quam optimum potuit'.	(10) Ты спросишь, каково было намеренье бога? Сделать добро. Именно так и говорит Платон: "какая причина создать мир была у бога? Он добр, а добрый не жалеет другим ничего благого, - вот он и сделал лучшее, что мог"3.
Fer ergo iudex sententiam et pronuntia quis tibi videatur verisimillimum dicere, non quis verissimum dicat; id enim tam supra nos est quam ipsa veritas.	Так рассуди нас и вынеси приговор, чьи слова, на твой взгляд, всего правдоподобнее, - ведь до сужденья о том, чьи слова истиннее всего, нам далеко, как до самой истины.
[11] Haec quae ab Aristotele et Platone ponitur turba causarum aut nimium multa aut nimium pauca comprendit. Nam si quocumque remoto quid effici non potest, id causam iudicant esse faciendi, pauca dixerunt. Ponant inter causas tempus: nihil sine tempore potest fieri. Ponant locum: si non fuerit ubi fiat aliquid, ne fiet quidem. Ponant motum: nihil sine hoc nec fit nec perit; nulla sine motu ars, nulla mutatio est.	(11) В утверждениях Платона и Аристотеля названо либо слишком много, либо слишком мало причин. Если считать причинами все, без чего нельзя сделать того-то, - названо их слишком мало. Пусть тогда причислят к причинам и время: без времени ничто не будет сделано. Пусть причислят и место: ведь если делать негде, то и невозможно делать. Пусть причислят движение: без него ничто не делается и не гибнет, без движения нет ни искусства, ни изменений.
[12] Sed nos nunc primam et generalem quaerimus causam. Haec simplex esse debet; nam et materia simplex est. Quaerimus quid sit causa?	(12) Но мы-то ищем первую и об щую причину. А она должна быть простой, потому что проста материя. Что это за причина? Конечно, деятельный разум,

ratio scilicet faciens, id est deus; ista enim quaecumque rettulistis non sunt multae et singulae causae, sed ex una pendent, ex ea quae facit.	то есть бог; а перечисленные вами - это не отдельные причины, они все зависят от одной, той, которая и действует.
[13] Formam dicis causam esse? hanc imponit artifex operi: pars causae est, non causa. Exemplar quoque non est causa, sed instrumentum causae necessarium. Sic necessarium est exemplar artifici quomodo scalprum, quomodo lima: sine his procedere ars non potest, non tamen hae partes artis aut causae sunt.	(13) Ты говоришь, что форма есть причина? Но ее придает изделию художник, она есть часть причины, а не причина. И образец - не причина, а необходимое орудие причины. Образец так же необходим художнику, как резец, как напильник; без них искусство не сдвинется с места, но они - и не части его, и не причины. -
[14] 'Propositum' inquit 'artificis, propter quod ad faciendum aliquid accedit, causa est.' Ut sit causa, non est efficiens causa, sed superveniens. Hae autem innumerabiles sunt: nos de causa generali quaerimus. Illud vero non pro solita ipsis subtilitate dixerunt, totum mundum et consummatum opus causam esse; multum enim interest inter opus et causam operis.	(14) "Намеренье художника, то, ради чего он берется что-нибудь сделать, есть причина". - Пусть причина, но не действующая, а дополнительная. Таких может быть без счета, а мм доискиваемся до общей причины. Нет, без обычной своей тонкости утверждают они, будто весь мир, как любое законченное изделие, есть причина: между изделием и его причиной - большая разница.
[15] Aut fer sententiam aut, quod facilius in eiusmodi rebus est, nega tibi liquere et nos reverti iube. 'Quid te' inquis 'delectat tempus inter ista conterere, quae tibi nullum affectum eripiunt, nullam cupiditatem abigunt?' Ego quidem [peiora] illa ago ac tracto quibus pacatur animus, et me prius scrutor, deinde hunc mundum.	(15) Что же, или вынеси приговор, или (это в подобных тяжбах самое легкое) потребуй доследования и верни дело. - Но ты скажешь: "Какая тебе радость терять время на эти пустяки? Они ведь ни одной из твоих страстей не уймут, ни от одного из вожделений не избавят". - Верно; я тоже считаю важнее те занятия, которые утишают душу, и сперва исследую себя, а потом только вселенную.
[16] Ne nunc quidem tempus, ut existimas, perdo; ista enim omnia, si non concidantur nec in hanc subtilitatem inutilem distrahantur, attollunt et levant animum, qui gravi sarcina pressus explicari cupit et reverti ad illa quorum fuit. Nam corpus hoc animi pondus ac poena est; premente illo urguetur, in vinclis est, nisi accessit philosophia et illum respirare rerum naturae spectaculo iussit et a terrenis ad divina dimisit. Haec libertas eius est, haec evagatio; subducit interim se custodiae in qua tenetur et caelo reficitur.	(16) Но времени я, вопреки твоим мыслям, не теряю и сейчас: ведь если этих исследований не мельчить и не растекаться в ненужных тонкостях, они поднимают и возвышают наш дух, придавленный тяжелой ношей, но жаждущий распрямиться и вернуться в тот мир, которому он принадлежит. Тело для духа - бремя и кара, оно давит его и теснит, держит в оковах, покуда не явится философия и не прикажет ему вольно вздохнуть, созерцая природу, и не отпустит от земного к небесному. В этой отлучке он ускользает из-под стражи и набирается

	сил в открытом небе.
[17] Quemadmodum artifices [ex] alicuius rei subtilioris quae intentione oculos defetigat, si malignum habent et precarium lumen, in publicum prodeunt et in aliqua regione ad populi otium dedicata oculos libera luce delectant, sic animus in hoc tristi et obscuro domicilio clusus, quotiens potest, apertum petit et in rerum naturae contemplatione requiescit.	(17) Как художники, утомив глаза тонкой и пристальной работой в плохо и скудно освещенной мастерской, выходят на улицу и в каком-нибудь отведенном для общественного отдыха месте дают глазам насладиться вольным светом, так дух, запертый в своем темном и унылом жилище, едва только может, стремится на простор и отдыхает, созерцая природу.
[18] Sapiens assectatorque sapientiae adhaeret quidem in corpore suo, sed optima sui parte abest et cogitationes suas ad sublimia intendit. Velut sacramento rogatus hoc quod vivit stipendium putat; et ita formatus est ut illi nec amor vitae nec odium sit, patiturque mortalia quamvis sciat ampliora superesse.	(18) Мудрый или ищущий мудрости, хоть и прочно скованы с телом, отсутствуют лучшей своей частью и направляют помыслы ввысь. Они, словно присягнувшие воины, считают срок своей жизни сроком службы, и образ их мыслей таков, что жизнь они принимают без любви и без ненависти и терпеливо несут смертную долю, хотя и знают, что лучшее ждет их впереди.
[19] Interdicis mihi inspectione rerum naturae, a toto abductum redigis in partem? Ego non quaeram quae sint initia universorum? quis rerum formator? quis omnia in uno mersa et materia inerti convoluta discreverit? Non quaeram quis sit istius artifex mundi? qua ratione tanta magnitudo in legem et ordinem venerit? quis sparsa collegerit, confusa distinxerit, in una deformitate iacentibus faciem diviserit? unde lux tanta fundatur? ignis sit, an aliquid igne lucidius?	(19) Ты запрещаешь мне наблюдать природу? Отрываешь от целого, оставляешь мне малую часть? Нельзя мне доискиваться, в чем начала всех вещей? Кто их лепщик? Кто расчленил все, когда оно было слито воедино и облечено косной материей? Нельзя мне доискиваться, кто создатель этого мира? По какой разумной причине такая громада обрела закон и порядок? Кто собрал разбросанное, разделил перемешанное, коснеющему в единой бесформенности придал обличье? Что изливает столько света? Огонь ли это, или что-нибудь ярче огня?
[20] Ego ista non quaeram? ego nesciam unde descenderim? semel haec mihi videnda sint, an saepe nascendum? quo hinc iturus sim? quae sedes exspectet animam solutam legibus servitutis humanae? Vetas me caelo interesse, id est iubes me vivere capite demisso?	(20) Значит, нельзя мне этого доискиваться? Так мне и не узнать, откуда я вышел? Однажды ли я должен все это видеть, или мне предстоит рождаться много раз? Куда я отправлюсь отсюда? Какое жилище ждет душу, избавившуюся от рабского человеческого состояния? Ты запрещаешь мне причаститься небу - значит, велишь мне жить, не поднимая головы.
[21] Maior sum et ad maiora genitus quam ut mancipium sim mei corporis, quod equidem non aliter aspicio quam	(21) Я не так мал и не ради такой малости рожден, чтобы быть только рабом своему телу, - на него я гляжу не

vinclum aliquod libertati meae circumdatum; hoc itaque oppono fortunae, in quo resistat, nec per illud ad me ullum transire vulnus sino. Quidquid in me potest iniuriam pati hoc est in hoc obnoxio domicilio animus liber habitat.	иначе как на цепь, сковавшую мою свободу. Его подставляю я судьбе, чтобы не шла дальше, и не позволяю ее ударам, пройдя через него, ранить и меня. Если что во мне и может потерпеть ущерб, так только тело; но в этом открытом для опасностей жилище обитает свободный дух.
[22] Numquam me caro ista compellet ad metum, numquam ad indignam bono simulationem; numquam in honorem huius corpusculi mentiar. Cum visum erit, distraham cum illo societatem; et nunc tamen, dum haeremus, non erimus aequis partibus socii: animus ad se omne ius ducet. Contemptus corporis sui certa libertas est.	(22) Эта плоть никогда не принудит меня страшиться, не принудит к притворству, недостойному человека добра, или ко лжи во славу этого ничтожного тела. Я расторгну союз с ним, как только мне заблагорассудится. Мы и сейчас, покуда связаны друг с другом, союзники не на равных правах: все их забрала себе душа. Презрение к собственному телу наверняка дает свободу.
[23] Ut ad propositum revertar, huic libertati multum conferet et illa de qua modo loquebamur inspectio; nempe universa ex materia et ex deo constant. Deus ista temperat quae circumfusa rectorem sequuntur et ducem. Potentius autem est ac pretiosius quod facit, quod est deus, quam materia patiens dei.	(23) Возвращаясь к нашему предмету, я повторяю, что свободе этой немало способствует и наблюдение природы, о котором мы беседовали. Ведь все состоит из материи и бога. Бог упорядочивает смешение, и все следует за ним, правителем и вожатым. Могущественнее и выше то, что действует, то есть бог, нежели материя, лишь претерпевающая действие бога.
[24] Quem in hoc mundo locum deus obtinet, hunc in homine animus; quod est illic materia, id in nobis corpus est. Serviant ergo deteriora melioribus; fortes simus adversus fortuita; non contremescamus iniurias, non vulnera, non vincula, non egestatem. Mors quid est? aut finis aut transitus. Nec desinere timeo - idem est enim quod non coepisse -, nec transire, quia nusquam tam anguste ero. Vale.	(24) То же место, что в этом мире бог, занимает в человеке душа; что в мире материя, то в нас - тело. Так пусть худшее рабски служит лучшему; будем же храбры против всего случайного, не побоимся ни обид, ни ран, ни оков, ни нужды. Что такое смерть? Либо конец, либо переселенье. Я не боюсь перестать быть - ведь это все равно, что не быть совсем; я не боюсь переселяться - ведь нигде не буду я в такой тесноте. Будь здоров.

LXVI

[1] Claranum condiscipulum meum vidi post multos annos: non, puto, exspectas ut adiciam senem, sed mehercules viridem animo ac	(1) После долгих лет вновь встретил я Кларана, моего соученика; я думаю, ты не ждешь от меня добавления "старца", - нет, право же, дух его бодр и могуч в

vigentem et cum corpusculo suo colluctantem. Inique enim se natura gessit et talem animum male collocavit; aut fortasse voluit hoc ipsum nobis ostendere, posse ingenium fortissimum ac beatissimum sub qualibet cute latere. Vicit tamen omnia impedimenta et ad cetera contemnenda a contemptu sui venit.	борьбе с телом. Природа поступила несправедливо и дала высокому духу плохое жилище; а может быть, она как раз и хотела показать нам, что самый отважный и блаженный нрав может скрываться под любой оболочкой. Кларан победил все преграды и, не ставя ни во что себя самого, научился и все прочее не ставить ни во что.
[2] *Errare mihi visus est qui dixit gratior et pulchro veniens e corpore virtus*	(2) *Заблуждался, по-моему, тот, кто сказал:* *Доблесть милее вдвойне, если доблестный телом прекрасен.*
Non enim ullo honestamento eget: ipsa magnum sui decus est et corpus suum consecrat. Aliter certe Claranum nostrum coepi intueri: formosus mihi videtur et tam rectus corpore quam est animo.	Ей не нужны никакие прикрасы: сама она - лучшее украшение, ибо освящает всякое тело. И я иначе стал смотреть на нашего Кларана: он теперь для меня красив и прям не только душою, но и станом.
[3] Potest ex casa vir magnus exire, potest et ex deformi humilique corpusculo formosus animus ac magnus. Quosdam itaque mihi videtur in hoc tales natura generare, ut approbet virtutem omni loco nasci. Si posset per se nudos edere animos, fecisset; nunc quod amplius est facit: quosdam enim edit corporibus impeditos, sed nihilominus perrumpentis obstantia.	(3) Великий человек может выйти из лачуги, а великая прекрасная душа - из безоб разного убогого тела. Мне сдается, иных людей природа создала такими, желая показать нам, что добродетель может возникнуть везде. Если бы она сама по себе могла создавать души нагими, то так и делала бы; а теперь она делает еще больше: создает иные из них обремененными телом, но все же прорывающимися сквозь все преграды.
[4] Claranus mihi videtur in exemplar editus, ut scire possemus non deformitate corporis foedari animum, sed pulchritudine animi corpus ornari. Quamvis autem paucissimos una fecerimus dies, tamen multi nobis sermones fuerunt, quos subinde egeram et ad te permittam.	(4) Кларан, по-моему, и создан нам в пример, - чтобы мы знали, что не уродство тела унижает душу, а красота души делает прекрасным тело. Хотя мы и провели вместе мало дней, но беседовали много, и наши беседы я постепенно перескажу тебе и передам.
[5] Hoc primo die quaesitum est, quomodo possint paria bona esse, si triplex eorum condicio est. Quaedam, ut nostris videtur, prima bona sunt, tamquam gaudium, pax, salus patriae; quaedam secunda, in materia infelici expressa, tamquam tormentorum patientia et in morbo gravi temperantia. Illa bona derecto optabimus nobis, haec, si necesse erit. Sunt adhuc tertia, tamquam modestus	(5) В первый день мы рассуждали вот о чем: как блага могут быть равными, если все они троякого рода? Одни, как считают наши, это первые из благ, такие, как радость, мир, процветание отчизны; вторые из числа благ - те, что становятся явными в несчастье, такие, как выносливость под пыткой и сдержанность в тяжелой болезни. Первых благ мы желаем себе безусловно, вторых - если будет в них

incessus et compositus ac probus vultus et conveniens prudenti viro gestus.	нужда. Есть и третий род благ - таких, как пристойная осанка, спокойное и открытое лицо, движения, подобающие человеку разумному.
[6] Quomodo ista inter se paria esse possunt, cum alia optanda sint, alia aversanda?	(6) Как же блага могут быть равными, когда одних следует желать, других - избегать?
Si volumus ista distinguere, ad primum bonum revertamur et consideremus id quale sit. Animus intuens vera, peritus fugiendorum ac petendorum, non ex opinione sed ex natura pretia rebus imponens, toti se inserens mundo et in omnis eius actus contemplationem suam mittens, cogitationibus actionibusque intentus ex aequo, magnus ac vehemens, asperis blandisque pariter invictus, neutri se fortunae summittens, supra omnia quae contingunt acciduntque eminens, pulcherrimus, ordinatissimus cum decore tum viribus, sanus ac siccus, imperturbatus intrepidus, quem nulla vis frangat, quem nec attollant fortuita nec deprimant - talis animus virtus est.	Если мы хотим уловить их различие, вернемся к изначальному благу и посмотрим, что же это такое. Это душа, которая устремляет взгляд к истине, знает, к чему стремиться, чего бежать, ценит все вещи по их природе, а не по общему мненью о них, проникает во всю вселенную и направляет свое созерцание на все, что в ней творится, которая равно бдительна в мыслях и в поступках, полна величия и деятельна, которую не победить ни бедам, ни удачам, ибо она не поддается ни ласке, ни вражде фортуны и стоит выше всего, что может нам перепасть или выпасть; душа, украшенная достоинством и спокойною силой, здравая и трезвая, непоколебимая и неустрашимая, не сламливаемая никакою силой, ни от какой случайности не возносящаяся и не поникающая. Душа эта есть добродетель.
[7] Haec eius est facies, si sub unum veniat aspectum et semel tota se ostendat. Ceterum multae eius species sunt, quae pro vitae varietate et pro actionibus explicantur: nec minor fit aut maior ipsa. Decrescere enim summum bonum non potest nec virtuti ire retro licet; sed in alias atque alias qualitates convertitur, ad rerum quas actura est habitum figurata.	(7) Таково было бы ее обличье, если бы она дала охватить себя одним взглядом и явила бы себя сразу всю. Но у нее есть много разновидностей, раскрывающихся в пестроте жизни и в многообразии поступков; она же сама не становится ни больше, ни меньше. Ведь ни высшее благо не может пойти на убыль, ни добродетель не должна знать отливов: ей можно лишь появляться каждый раз в новом качестве, перевоплощаясь в зависимости от предстоящих ей деяний.
[8] Quidquid attigit in similitudinem sui adducit et tinguit; actiones, amicitias, interdum domos totas quas intravit disposuitque condecorat; quidquid tractavit, id amabile, conspicuum, mirabile facit. Itaque vis eius et magnitudo ultra non potest surgere, quando incrementum maximo	(8) Все, к чему ни прикоснется, она окрашивает и делает похожим на себя: и поступки, и дружеские связи, и целые дома, которые она украшает, вступив в них и устроив. Все, за что она ни возьмется, получается замечательным и достойным и любви, и удивленья. Итак, ни силы ее, ни величина не могут

non est: nihil invenies rectius recto, non magis quam verius vero, quam temperato temperatius.	возрасти: ведь самому большому не стать еще больше, и не найти ничего прямее прямизны, истинней истины, умеренней умеренности.
[9] Omnis in modo est virtus; modo certa mensura est; constantia non habet quo procedat, non magis quam fiducia aut veritas aut fides. Quid accedere perfecto potest? nihil, aut perfectum non erat cui accessit; ergo ne virtuti quidem, cui si quid adici potest, defuit. Honestum quoque nullam accessionem recipit; honestum est enim propter ista quae rettuli. Quid porro? decorum et iustum et legitimum non eiusdem esse formae putas, certis terminis comprehensum? Crescere posse imperfectae rei signum est.	(9) Всякая добродетель не беспредельна, - а предел ее есть полная мера. Стойкости некуда расти, также как и надежности, правдивости, верности. Что можно добавить к совершенному? Ничего; а если можно, значит, не было и совершенства. Так и добродетели чего-то не доставало, если к ней можно что-нибудь прибавить. И честность не допускает никакого добавления: ведь именно то, о чем я сказал, и делает ее честностью. Что же больше? Разве не таковы и достоинство, и справедливость, и верность законам? Разве нет и для них предельной меры? Способность расти есть признак несовершенства.
[10] Bonum omne in easdem cadit leges: iuncta est privata et publica utilitas, tam mehercules quam inseparabile est laudandum petendumque. Ergo virtutes inter se pares sunt et opera virtutis et omnes homines quibus illae contigere.	(10) Всякое благо подчинено тому же закону: связаны польза личная и общая, неотделимо достойное стремлений от достойного похвалы. Значит, и добродетели равны между собою, и дела добродетели, и все люди, кому она досталась.
[11] Satorum vero animaliumque virtutes, cum mortales sint, fragiles quoque caducaeque sunt et incertae; exsiliunt residuntque et ideo non eodem pretio aestimantur. Una inducitur humanis virtutibus regula; una enim est ratio recta simplexque. Nihil est divino divinius, caelesti caelestius.	(11) Есть и у посевов и стад добродетели, но смертные и потому непрочные, тленные и ненадежные: они становятся то больше, то меньше, оттого и цена им другая. -А человеческие добродетели - все под одну меру: ведь есть только один разум, прямой и простой, и нет ничего божественнее божественного, небеснее небесного.
[12] Mortalia minuuntur cadunt, deteruntur crescunt, exhauriuntur implentur; itaque illis in tam incerta sorte inaequalitas est: divinorum una natura est. Ratio autem nihil aliud est quam in corpus humanum pars divini spiritus mersa; si ratio divina est, nullum autem bonum sine ratione est, bonum omne divinum est. Nullum porro inter divina discrimen est; ergo nec inter bona. Paria itaque sunt et gaudium et fortis atque obstinata	(12) Все смертное уменьшается, падает, ухудшается, растет, исчерпывается, вновь восполняется. Из-за этой неопределенности жребия и возникает в нем неравенство. А природа божественного всегда одна. Разум же есть не что иное, как частица божественного дыхания, заложенная в человеческую плоть. Если разум божествен и нет блага, непричастного разуму, значит, всякое благо божественно. А между божественным и

tormentorum perpessio; in utroque enim eadem est animi magnitudo, in altero remissa et laxa, in altero pugnat et intenta.	божественным нет различия; значит, нет его и между благами. Так что равны между собою радость и мужественное, терпеливое упорство под пыткой: ведь и в том и в другом - одно величье духа, только в первом случае - спокойное и вольготное, во втором - воинственное и напряженное.
[13] Quid? tu non putas parem esse virtutem eius qui fortiter hostium moenia expugnat, et eius qui obsidionem patientissime sustinet? [et] Magnus Scipio, qui Numantiam cludit et comprimit cogitque invictas manus in exitium ipsas suum verti, magnus ille obsessorum animus, qui scit non esse clusum cui mors aperta est, et in complexu libertatis exspirat. Aeque reliqua quoque inter se paria sunt, tranquillitas, simplicitas, liberalitas, constantia, aequanimitas, tolerantia; omnibus enim istis una virtus subest, quae animum rectum et indeclinabilem praestat.	(13) Разве не равны, по-твоему, доблестью храбро идущий на приступ вражеских стен и терпеливо выдерживающий осаду? Велик Сципион, сжимающий кольцом Нуманцию2 и принуждающий ее защитников наложить на себя непобедимые руки, но велики духом и осажденные, знающие, что не заперт тот, для кого открыт путь смерти, и умирающие неразлучно со свободою. Точно так же равны между собой и прочие достоинства: спокойствие, простота, щедрость, стойкость, постоянство духа, терпеливость. Все они зиждутся на единой добродетели, которая и делает наш дух прямым и непреклонным.
[14] 'Quid ergo? nihil interest inter gaudium et dolorum inflexibilem patientiam?' Nihil, quantum ad ipsas virtutes: plurimum inter illa in quibus virtus utraque ostenditur; in altero enim naturalis est animi remissio ac laxitas, in altero contra naturam dolor. Itaque media sunt haec quae plurimum intervalli recipiunt: virtus in utroque par est.	(14) "Так что же, между радостью и несгибаемой терпеливостью среди мук нет разницы?" - Никакой - в том, что касается самих добродетелей; и очень большая - в том, на чем они проявляются. У одного дух, как это естественно, спокоен и волен, второй страдает, - а боль противоестественна. Но эти вещи - не благо и не зло, коль скоро допускают такое различие; а добродетелью и тот я другой равны.
[15] Virtutem materia non mutat: nec peiorem facit dura ac difficilis nec meliorem hilaris et laeta; necessest ergo par sit. In utraque enim quod fit aeque recte fit, aeque prudenter, aeque honeste; ergo aequalia sunt bona, ultra quae nec hic potest se melius in hoc gaudio gerere nec ille melius in illis cruciatibus; duo autem quibus nihil fieri melius potest paria sunt.	(15) Добродетель от обстоятельств не меняется: радостные и благополучные не делают ее лучше, тяжкие и трудные - хуже. Значит, она непременно будет всегда одинакова. Ведь и в тех, и в других все, что делается, делается одинаково правильно, одинаково разумно, одинаково честно; значит, и добро в обоих мужах равное, ибо ни первый не мог бы вести себя лучше в своей радости, ни второй - в муках. А две вещи, лучше которых ничего не может быть, одинаковы.

[16] Nam si quae extra virtutem posita sunt aut minuere illam aut augere possunt, desinit unum bonum esse quod honestum. Si hoc concesseris, omne honestum per;t. Quare ? dicam: quia nihil honestum est quod ab invito, quod a coacto fit; omne honestum voluntarium est. Admisce illi pigritiam, querelam, tergiversationem, metum: quod habet in se optimum perdidit, sibi placere. Non potest honestum esse quod non est liberum; nam quod timet servit.	(16) Ведь если бы внешние обстоятельства могли уменьшать либо увеличивать добродетель, то честное уже не было бы единственным благом. А если это допустить, - честного и достойного вообще не оста нется. Почему? Я отвечу: потому что не честно то, что делается против воли, по принужденью. Только добровольное - честное. Прибавь к нему лень, жалобы, попытки увильнуть, страх - и погибнет самое лучшее в нем: самоудовлетворение. Не может быть честным то, что несвободно: где страх - там рабство.
[17] Honestum omne securum est, tranquillum est: si recusat aliquid, si complorat, si malum iudicat, perturbationem recepit et in magna discordia volutatur; hinc enim species recti vocat, illinc suspicio mali retrahit. Itaque qui honeste aliquid facturus est, quidquid opponitur, id etiam si incommodum putat, malum non putet, velit, libens faciat. Omne honestum iniussum incoactumque est, sincerum et nulli malo mixtum.	(17) Все честное спокойно, все безмятежно. Если же оно что-нибудь отвергает, если оплакивает, если считает злом, значит, в него проникают волнение и разлад с самим собой. Видимость справедливости зовет туда, опасенье беды тянет назад. А если кто намерен поступать честно, он любое препятствие, даже считая его за неприятность, бедою не сочтет, а поступит по-своему - добровольно, с охотой. Все честное делается без приказа и принуждения, искренно и без примеси зла.
[18] Scio quid mihi responderi hoc loco possit: 'hoc nobis persuadere conaris, nihil interesse utrum aliquis in gaudio sit an in eculeo iaceat ac tortorem suum lasset?'. Poteram respondere: Epicurus quoque ait sapientem, si in Phalaridis tauro peruratur, exclamaturum, 'dulce est et ad me nihil pertinet'. Quid miraris si ego paria bona dico [alterius in convivio iacentis, alterius inter tormenta fortissime stantis, cum quod incredibilius est dicat Epicurus, dulce esse torreri?	(18) Я знаю, что мне могут сейчас ответить: "Ты хочешь нас уговорить, будто человеку все равно - что радоваться, что висеть на дыбе, доводя палача до усталости?" - Я мог бы возразить: мол, сам Эпикур говорит, что мудрец, даже жарясь в Фаларидовом быке3, воскликнет: "Как отрадно! Ведь меня это не касается!" Пусть я считаю равными блага того, кто возлежит на пиру, и того, кто мужественно терпит пытки, - что же ты этому удивляешься, когда даже Эпикур - совсем уж невероятно! - утверждает, будто отрадно жариться?
[19] Sed hoc respondeo, plurimum interesse inter gaudium et dolorem; si quaeratur electio, alterum petam, alterum vitabo: illud secundum naturam est, hoc contra. Quamdiu sic aestimantur, magno inter se dissident spatio: cum ad virtutem ventum est,	(19) Но я возражу иначе. Есть большая разница между радостью и болью. Если будет выбор, я к первой буду стремиться, второй избегать: ведь радость естественна, а боль противоестественна. При такой оценке разница между ними огромная; а если

utraque par est, et quae per laeta procedit et quae per tristia.	перейти к добродетели, то и тут, и там, и в радостных обстоятельствах, и в прискорбных, она одинакова.
[20] Nullum habet momentum vexatio et dolor et quidquid aliud incommodi est; virtute enim obruitur. Quemadmodum minuta lumina claritas solis obscurat, sic dolores, molestias, iniurias virtus magnitudine sua elidit atque opprimit; et quocumque affulsit, ibi quidquid sine illa apparet exstinguitur, nec magis ullam portionem habent incommoda, cum in virtutem inciderunt, quam in mari nimbus.	(20) Никакого значения не имеют и мука, и боль, и все неприятное: добродетель все перекрывает. Как малые светильники затмевает сиянье солнца, так боль и тяготы и обиды добродетель отодвигает и попирает своим величием, и везде, где она заблистает, гаснет все непричастное к ней; и бедствия, выпавшие на долю добродетели, значат не больше, чем дождь, выпавший в море.
[21] Hoc ut scias ita esse, ad omne pulchrum vir bonus sine ulla cunctatione procurret: stet illic licet carnifex, stet tortor atque ignis, perseverabit nec quid passurus sed quid facturus sit aspiciet, et se honestae rei tamquam bono viro credet; utilem illam sibi iudicabit, tutam, prosperam. Eundem locum habebit apud illum honesta res, sed tristis atque aspera, quem vir bonus pauper aut exul [aut exilis] ac pallidus.	(21) Знай, что так оно и есть: ведь человек добра без промедленья устремится ко всему прекрасному, и, хотя бы на пути стоял палач и пытатель с огнем, будет смотреть не на грозящие страданья, а на само дело, и если оно честно, поверит ему, как другому мужу добра, и сочтет полезным для себя, безопасным и счастливым. Дело честное, но тяжкое и невеселое, для него все равно что человек добра, изможденный нищетой либо изгнаньем.
[22] Agedum pone ex alia parte virum bonum divitiis abundantem, ex altera nihil habentem, sed in se omnia: uterque aeque vir bonus erit, etiam si fortuna dispari utetur. Idem, ut dixi, in rebus iudicium est quod in hominibus: aeque laudabilis virtus est in corpore valido ac libero posita quam in morbido ac vincto.	(22) Поставь-ка рядом мужа добра, владеющего многими богатствами, и другого, ничего, кроме богатств духа, не имеющего; оба они одинаково добродетельны, при всем неравенстве судеб. И о поступках судить надо, как о людях: добродетель равно почтенна в том, кто силен и свободен, и в том, кто хил и закован.
[23] Ergo tuam quoque virtutem non magis laudabis si corpus illi tuum integrum fortuna praestiterit quam si ex aliqua parte mutilatum: alioqui hoc erit ex servorum habitu dominum aestimare. Omnia enim ista in quae dominium casus exercet serva sunt, pecunia et corpus et honores, imbecilla, fluida, mortalia, possessionis incertae: illa rursus libera et invicta opera virtutis, quae non ideo magis appetenda sunt si benignius a fortuna tractantur, nec minus si aliqua iniquitate rerum	(23) И собственную добродетель ты не будешь чтить больше за то, что судьба дала тебе тело здоровое, а не искалеченное; иначе это было бы все равно, что по внешности рабов ценить хозяина. Ведь не отличается от рабов то, над чем властен случай: деньги, и тело, и почести - все шатко, преходяще, смертно, все не для надежного владения. Иное дело - добродетельные поступки: они свободны и непобедимы, и нельзя стремиться к ним больше, когда фортуна глядит на них милостиво, и меньше - когда им

premuntur.	препятствуют враждебные обстоятельства.
[24] Quod amicitia in hominibus est, hoc in rebus appetitio. Non, puto, magis amares virum bonum locupletem quam pauperem, nec robustum et lacertosum quam gracilem et languidi corporis; ergo ne rem quidem magis appetes aut amabis hilarem ac pacatam quam distractam et operosam.	(24) Стремление в наших делах - то же самое, что между людьми дружба. Ведь, я полагаю, ты не будешь любить мужа добра в богатстве больше, чем в бедности, или крепкого и плечистого - больше, чем хрупкого и тщедушного; значит, ты и к делу спокойному и мирному не станешь стремиться с большей любовью, чем к сулящему расстройство и хлопоты.
[25] Aut si hoc est, magis diliges ex duobus aeque bonis viris nitidum et unctum quam pulverulentum et horrentem; deinde hoc usque pervenies ut magis diligas integrum omnibus membris et illaesum quam debilem aut luscum; paulatim fastidium tuum illo usque procedet ut ex duobus aeque iustis ac prudentibus comatum et crispulum malis. Ubi par in utroque virtus est, non comparet aliarum rerum inaequalitas; omnia enim alia non partes sed accessiones sunt.	(25) А не то ты из двух одинаково добродетельных людей гладкого и умащенного предпочтешь покрытому пылью и небритому, а потом и до того дойдешь, что не искалеченный и владеющий всеми членами станет тебе ближе расслабленного или одноглазого. И понемногу ты в своей привередливости докатишься до того, что из двух одинаково праведных выберешь пышноволосого и кудрявого. Где двое равны добродетелью, там прочие различья и не видны: ведь они касаются даже не частей а просто случайных свойств.
[26] Num quis tam iniquam censuram inter, suos agit ut sanum filium quam aegrum magis diligat, procerumve et excelsum quam brevem aut modicum? Fetus suos non distinguunt ferae et se in alimentum pariter omnium sternunt; aves ex aequo partiuntur cibos. Ulixes ad Ithacae suae saxa sic properat quemadmodum Agamemnon ad Mycenarum nobiles muros; nemo enim patriam quia magna est amat, sed quia sua.	(26) Кто будет в своей семье таким строгим цензором, чтобы любить здорового сына больше недужного или высокого и стройного - больше коренастого и низкорослого? Звери не различают своих детенышей и ложатся кормить всех одинаково; птицы делят корм поровну. Одиссей спешил к камням своей Итаки не меньше, чем Агамемнон - к гордым стенам Микен, - ведь любят родину не за то, что она велика, а за то, что она родина.
[27] Quorsus haec pertinent? ut scias; virtutem omnia opera velut fetus suos isdem oculis intueri, aeque indulgere omnibus, et quidem impensius laborantibus, quoniam quidem etiam parentium amor magis in ea quorum miseretur inclinat. Virtus quoque opera sua quae videt affici et premi non magis amat, sed parentium bonorum more magis complectitur ac fovet.	(27) К чему я это говорю? Хочу, чтобы ты знал: добродетель на все дела смотрит одинаково, как на свое порожденье, и все равно лелеет, но больше те, которые труднее; так родительская любовь сильнее к тем из детей, которых жалко. И добродетель те свои дела, которые видит в муке и угнетении, не то что больше любит, но по обычаю хороших родителей больше ласкает и греет.

[28] Quare non est ullum bonum altero maius? quia non est quicquam apto aptius, quia plano nihil est planius. Non potes dicere hoc magis par esse alicui quam illud; ergo nec honesto honestius quicquam est.	(28) Почему одно благо не бывает больше другого? Потому что нет ничего ладнее ладного, глаже гладкого. Ведь нельзя сказать, что это равно чему-нибудь больше, чем то; значит, нет ничего честнее честного.
[29] Quod si par omnium virtutum natura est, tria genera bonorum in aequo sunt. Ita dico: in aequo est moderate gaudere et moderate dolere. Laetitia illa non vincit hanc animi firmitatem sub tortore gemitus devorantem: illa bona optabilia, haec mirabilia sunt, utraque nihilominus paria, quia quidquid incommodi est vi tanto maioris boni tegitur.	(29) Так что если природа всех добродетелей одинакова, то и три рода благ стоят наравне. Да, это так: умеренная радость и умеренная боль равны. Веселье не выше стойкости духа, подавляющей стон под пыткой; первые блага желательны, вторые - удивительны, но и те и другие равны, потому что любая тягостность перекрывается тем большей степенью блага.
[30] Quisquis haec imparia iudicat ab ipsis virtutibus avertit oculos et exteriora circumspicit. Bona vera idem pendent, idem patent: illa falsa multum habent vani; itaque speciosa et magna contra visentibus, cum ad pondus revocata sunt, fallunt.	(30) Кто считает их неравными, тот смотрит только на внешность, отворачиваясь от самих добродетелей. Истинные блага все одного веса, одного размера, в подложных - много пустоты, и те, что на взгляд велики и приметны, обманывают на проверку весом.
[31] Ita est, mi Lucili: quidquid vera ratio commendat solidum et aeternum est, firmat animum attollitque semper futurum in excelso. illa quae temere laudantur et vulgi sententia bona sunt inflant inanibus laetos; rursus ea quae timentur tamquam mala iniciunt formidinem mentibus et illas non aliter quam animalia specie periculi agitant.	(31) Да, это так, мой Луцилий: что подтверждает истинный разум, то прочно и вечно, то укрепляет душу и навсегда возносит ее ввысь; что восхваляется без ума, что есть благо лишь по мненью толпы, то раздувает душу пустым весельем; а что пугает и считается злом, то сковывает ее ужасом и гонит, как гонит зверей мнимая опасность.
[32] Utraque ergo res sine causa animum et diffundit et mordet: nec illa gaudio nec haec metu digna est. Sola ratio immutabilis et iudicii tenax est; non enim servit sed imperat sensibus. Ratio rationi par est, sicut rectum recto; ergo et virtus virtuti; nihil enim aliud est virtus quam recta ratio. Omnes virtutes rationes sunt; rationes sunt, si rectae sunt; si rectae sunt, et pares sunt.	(32) И то и другое восхищает или гложет душу без причины: ведь первое не заслуживает радости, второе - страха. Один разум неизменно держится своих суждений, ибо он не раб, а повелитель чувств. Разум равен разуму, как правильное правильному; значит, добродетель равна добродетели, коль скоро она есть правильность разума. Всякая добродетель есть разум; она есть разум, если она правильна; а если она правильна, то равна другой.
[33] Qualis ratio est, tales et actiones sunt; ergo omnes pares sunt; nam cum similes rationi sint, similes et inter se sunt. Pares autem actiones inter se	(33) Каков разум, таковы и поступки; значит, и они равны, ибо все подобное разуму подобно и между собой. Я имею в виду, что поступки равны между

esse dico qua honestae rectaeque sunt; ceterum magna habebunt discrimina variante materia, quae modo latior est, modo angustior, modo illustris, modo ignobilis, modo ad multos pertinens, modo ad paucos. In omnibus tamen istis id quod optimum est par est: honestae sunt.	собою благородством и правильностью; в остальном различия будут велики, смотря по тому, широко или узко то, на что они направлены, славно оно или бесславно, многих или немногих касается. Но лучшее в них во всех одно: их благородство.
[34] Tamquam viri boni omnes pares sunt qua boni sunt, sed habent differentias aetatis: alius senior est, alius iunior; habent corporis: alius formosus, alius deformis est; habent fortunae: ille dives, hic pauper est, ille gratiosus, potens, urbibus notus et populis, hic ignotus plerisque et obscurus. Sed per illud quo boni sunt pares sunt.	(34) Так и люди добра равны именно тем, что они - люди добра, хотя различаются возрастом, - одни старше, другие моложе, различаются наружностью - одни красивы, другие нет, различаются судьбами - одни богаты, другие бедны, одни любимы, могущественны, известны целым городам и народам, другие неизвестны почти никому и неприметны. Но добродетель их всех уравнивает.
[35] De bonis ac malis sensus non iudicat; quid utile sit, quid inutile, ignorat. Non potest ferre sententiam nisi in rem praesentem perductus est; nec futuri providus est nec praeteriti memor; quid sit consequens nescit. Ex hoc autem rerum ordo seriesque contexitur et unitas vitae per rectum iturae. Ratio ergo arbitra est bonorum ac malorum; aliena et externa pro vilibus habet, et ea quae neque bona sunt neque mala accessiones minimas ac levissimas iudicat; omne enim illi bonum in animo est.	(35) О добре и зле не чувству судить: что полезно, что бесполезно, оно не ведает. Вынести приговор оно может, только если дело у него перед глазами. Будущего оно не предвидит; прошлого не помнит; как одно вытекает из другого, не знает. А между тем только так порядок и череда дел и сплетаются в единство жизни, идущей правильным путем. Разум вот судья добра и зла; все постороннее и внешнее он не ставит ни во что, все, что не благо и не зло, считает побочным, ничтожным и неважным, а все благо для него - в душе.
[36] Ceterum bona quaedam prima existimat, ad quae ex proposito venit, tamquam victoriam, bonos liberos, salutem patriae; quaedam secunda, quae non apparent nisi in rebus adversis, tamquam aequo animo pati morbum, ignem, exsilium; quaedam media, quae nihilo magis secundum naturam sunt quam contra naturam, tamquam prudenter ambulare, composite sedere. Non enim minus secundum naturam est sedere quam stare aut ambulare.	(36) Затем одни блага - те, к которым стремятся намеренно, - он считает первыми: таковы, например победа, хорошие дети, польза отечества; другие блага он считает вторыми - те, которые становятся видны только в беде: например спокойствие и терпение в тяжкой болезни, в изгнании; третьи блага для него - промежуточные: они и не согласуются с природой, и не перечат ей - например скромная походка или уменье сидеть пристойно. Ведь сидеть' так же естественно, как стоять или расхаживать.
[37] Duo illa bona superiora diversa sunt: prima enim secundum naturam	(37) Два высших рода благ различны между собою; первые согласны с

sunt, gaudere liberorum pietate, patriae incolumitate; secunda contra naturam sunt, fortiter obstare tormentis et sitim perpeti morbo urente praecordia.	природой: радоваться преданности детей, прочности отчизны; вторые - противны природе: мужественно сопротивляться пыткам, сносить жажду, когда болезнь жжет грудь. -
[38] 'Quid ergo? aliquid contra naturam bonum est?' Minime; sed id aliquando contra naturam est in quo bonum illud exsistit. Vulnerari enim et subiecto igne tabescere et adversa valetudine affligi contra naturam est, sed inter ista servare animum infatigabilem secundum naturam est.	(38) "Так что же, есть блага, противные природе?" - Нет, - но то, в чем это благо проявляется, бывает противно природе. Принимать раны, гореть на огне, мучиться, потеряв здоровье, - все это противно природе; но среди таких невзгод сохранить душу неустанной - это согласно с природой.
[39] Et ut quod volo exprimam breviter, materia boni aliquando contra naturam est bonum numquam, quoniam bonum sine ratione nullum est, sequitur autem ratio naturam. 'Quid est ergo ratio?' Naturae imitatio. 'Quod est summum hominis bonum?' Ex naturae voluntate se gerere.	(39) Говоря короче, обстоятельства, в которых обнаруживается благо, иногда противны природе, а само оно - никогда: ведь нет блага помимо разума, а разум следует природе. "Что же такое разум?" - Подражание природе. - "Что есть высшее благо для человека?" - Поступать по воле природы. -
[40] 'Non est' inquit 'dubium quin felicior pax sit numquam lacessita quam multo reparata sanguine. Non est dubium' inquit 'quin felicior res sit inconcussa valetudo quam ex gravibus morbis et extrema minitantibus in tutum vi quadam et patientia educta. Eodem modo non erit dubium quin maius bonum sit gaudium quam obnixus animus ad perpetiendos cruciatus vulnerum aut ignium.'	(40). "Но ведь нет сомнения, что мир никогда не тревожимый счастливее добытого обильной кровью; нет сомнения, что больше счастья сохранять нерушимое здоровье, чем обрести его вновь после тяжких и грозящих смертью болезней благодаря терпению или иной силе. Значит, точно так же нельзя сомневаться, что радость - большее благо, чем упорная душа, терпеливая к мукам, ранам и огню". -
[41] Minime; illa enim quae fortuita sunt plurimum discriminis recipiunt; aestimantur enim utilitate sumentium. Bonorum unum propositum est consentire naturae; hoc [contingere] in omnibus par est. Cum alicuius in senatu sententiam sequimur, non potest dici: ille magis assentitur quam ille. Ab omnibus in eandem sententiam itur. Idem de virtutibus dico: omnes naturae assentiuntur. Idem de bonis dico: omnia naturae assentiuntur.	(41) Вот уж нет! Все случайное бывает раз личным, ибо измеряется пользой тех, кому случай выпал. Все блага имеют в виду одно: быть согласными с природой; достигнув этого, они все равны. Когда мы в сенате присоединяемся к чьему-нибудь мнению, нельзя сказать: этот согласен больше, тот меньше. Все согласные идут в одну сторону4. То же я говорю и о добродетелях: все они согласны с природой. То же я говорю и о благах: все они согласны с природой.
[42] Alter adulescens decessit, alter senex, aliquis protinus infans, cui nihil amplius contigit quam prospicere vitam: omnes hi aeque fuere mortales, etiam si mors aliorum longius vitam	(42) Один умер в юности, другой в старости, третий - в младенчестве, едва успев увидеть жизнь; но все они были одинаково смертны, хотя жизни одних смерть позволила продлиться дольше,

passa est procedere, aliorum in medio flore praecidit, aliorum interrupit ipsa principia.	жизнь других оборвала в расцвете, третьих - в самом начале.
[43] Alius inter cenandum solutus est; alterius continuata mors somno est; aliquem concubitus exstinxit. His oppone ferro transfossos aut exanimatos serpentium morsu aut fractos ruina aut per longam nervorum contractionem extortos minutatim. Aliquorum melior dici, aliquorum peior potest exitus: mors quidem omnium par est. Per quae veniunt diversa sunt; in [id] quod desinunt unum est. Mors nulla maior aut minor est; habet enim eundem in omnibus modum, finisse vitam.	(43) Один угас за ужином, у другого сон перешел в смерть, третьего убило совокупленье. Сравни с ними пронзенных копьем, погибших от укуса змеи, раздавленных обвалившейся кровлей или тех, у кого долгое окостенение жил отнимало член за членом. Можно сказать, кончина у одних была лучше, у других хуже, - но смерть у всех была смертью. Нашли они ее по-разному, а кончили все одним. Смерть не бывает больше или меньше: для всех она - конец жизни.
[44] Idem tibi de bonis dico: hoc bonum inter meras voluptates, hoc est inter tristia et acerba; illud fortunae indulgentiam rexit, hoc violentiam domuit: utrumque aeque bonum est, quamvis illud plana et molli via ierit, hoc aspera. Idem enim finis omnium est: bona sunt, laudanda sunt, virtutem rationemque comitantur; virtus aequat inter se quidquid agnoscit.	(44) То же я говорю тебе и о благах: одно живет среди сплошных наслаждений, другое - среди бедствий и горестей, одно справляется с милостями фортуны, другое умеряет ее удары; но и то и другое - блага, хотя одно идет гладким путем, другое - тернистым. Ведь цель у них одна: все они - блага, все заслуживают хвалы, все сопутствуют разуму и добродетели; а добродетель равняет все, что признает своим.
[45] Nec est quare hoc inter nostra placita mireris: apud Epicurum duo bona sunt, ex quibus summum illud beatumque componitur, ut corpus sine dolore sit, animus sine perturbatione. Haec bona non crescunt si plena sunt: quo enim crescet quod plenum est? Dolore corpus caret: quid ad hanc accedere indolentiam potest? Animus constat sibi et placidus est: quid accedere ad hanc tranquillitatem potest?	(45) И нет причин удивляться, что такое мнение принято у нас. Ведь и у Эпикура есть два блага, из которых и слагается высшее блаженство: отсутствие боли - в теле, волнения - в душе. Эти блага, достигнув полноты, уже не возрастают: ведь к полному нельзя ничего прибавить. Тело не чувствует боли: может ли это ее отсутствие вырасти? Душа довлеет себе и безмятежна: может ли вырасти это спокойствие?
[46] Quemadmodum serenitas caeli non recipit maiorem adhuc claritatem in sincerissimum nitorem repurgata, sic hominis corpus animumque curantis et bonum suum ex utroque nectentis perfectus est status, et summam voti sui invenit si nec aestus animo est nec dolor corpori. Si qua extra blandimenta contingunt, non	(46) Как чистота безоблачного неба, сверкающая и не замутненная, не может блистать ярче, так человек, пекущийся о душе и о теле и в обоих видящий источники своего блага, приходит к совершенному состоянию, к исполнению всех своих молитв, если в душе его нет бури, а в теле - боли. Если извне выпадает ему что-нибудь

augent summum bonum, sed, ut ita dicam, condiunt et oblectant; absolutum enim illud humanae naturae bonum corporis et animi pace contentum est.	приятное, оно не увеличивает высшее благо, а, так сказать, приправляет его и подслащивает; независимое же благо человеческой природы довольствуется миром в теле и в душе.
[47] Dabo apud Epicurum tibi etiam nunc simillimam huic nostrae divisionem bonorum. Alia enim sunt apud illum quae malit contingere sibi, ut corporis quietem ab omni incommodo liberam et animi remissionem bonorum suorum contemplatione gaudentis; alia sunt quae, quamvis nolit accidere, nihilominus laudat et comprobat, tamquam illam quam paulo ante dicebam malae valetudinis et dolorum gravissimorum perpessionem, in qua Epicurus fuit illo summo ac fortunatissimo die suo. Ait enim se vesicae et exulcerati ventris tormenta tolerare ulteriorem doloris accessionem non recipientia, esse nihilominus sibi illum beatum diem. Beatum autem diem agere nisi qui est in summo bono non potest.	(47) Я укажу тебе у Эпикура разделение благ, весьма схожее с нашим. Одни блага - те, которые он предпочел бы иметь, как, например, для тела - покой, свободный от всего неприятного, для души - невозмутимость радостного созерцания собственных благ. Других благ он для себя не хочет, но считает и их заслуживающими похвалы и одобрения, - например то, о чем я недавно говорил, терпение к недугу и тяжким болям, которое сам Эпикур выказал в свой последний и счастливейший день. Хотя, по его словам, изъязвленный живот и мочевой пузырь доставляли ему такие муки, что больше и не бывает, все равно этот день был для него блаженным 5. А прожить день блаженно может только тот, кто обладает высшим благом.
[48] Ergo et apud Epicurum sunt haec bona, quae malles non experiri, sed, quia ita res tulit, et amplexanda et laudanda et exaequanda summis sunt. Non potest dici hoc non esse par maximis bonum quod beatae vitae clausulam imposuit, cui Epicurus extrema voce gratias egit.	(48) Значит, и у Эпикура считается благом то, чего лучше было бы не испытать, но что, коль скоро дело обернулось так, следует и принять, и хвалить, и приравнять к высшему благу. Ведь нельзя сказать, что не равно высшему то благо, которое завершило блаженную жизнь и которому Эпикур воздает хвалу в последних своих словах.
[49] Permitte mihi, Lucili virorum optime, aliquid audacius dicere: si ulla bona maiora esse aliis possent, haec ego quae tristia videntur mollibus illis et delicatis praetulissem, haec maiora dixissem. Maius est enim difficilia perfringere quam laeta moderari.	(49) Позволь мне, Луцилий, лучший из людей, сказать и посмелее: если бы одни блага могли быть больше других, я предпочел бы те, что кажутся горестными, всем нежащим и ласкающим, и назвал бы их более высокими. Ведь справиться с тяготами куда труднее, чем умерить радость.
[50] Eadem ratione fit, scio, ut aliquis felicitatem bene et ut calamitatem fortiter ferat. Aeque esse fortis potest qui pro vallo securus excubuit nullis hostibus castra temptantibus et qui succisis poplitibus in genua se excepit nec arma dimisit: 'macte virtute esto'	(50) Я знаю, один и тот же разум позволяет достойно переносить счастье и мужественно - беды. Одинаково храбры могут быть и тот, кто безмятежно стоит в карауле перед валом, когда враг не тревожит лагеря, и тот, кто с подрезанными жилами на

sanguinulentis et ex acie redeuntibus dicitur. Itaque haec magis laudaverim bona exercitata et fortia et cum fortuna rixata.	ногах падает на колени и не выпускает оружия. "Слава твоей доблести!" - так говорят тем, кто в крови возвращается из боя. И я бы больше похвалил блага, испытанные в борьбе с фортуной и мужественные.
[51] Ego dubitem quin magis laudem truncam illam et retorridam manum Mucii quam cuiuslibet fortissimi salvam? Stetit hostium flammarumque contemptor et manum suam in hostili foculo destillantem perspectavit, donec Porsina cuius poenae favebat gloriae invidit et ignem invito eripi iussit.	(51) Разве поколебался бы я прославить искалеченную и обожженную длань Муция больше, чем здоровую руку любого храбреца? Он стоял, презирая врагов и пламя, и смотрел, как каплет с его руки кровь на вражеский очаг, покуда Порсенна не позавидовал славе того, чьей пыткой любовался, и не приказал убрать огонь против воли Муция.
[52] Hoc bonum quidni inter prima numerem tantoque maius putem quam illa secura et intemptata fortunae quanto rarius est hostem amissa manu vicisse quam armata? 'Quid ergo?' inquis 'hoc bonum tibi optabis?' Quidni? hoc enim nisi qui potest et optare, non potest facere.	(52) Так почему мне не считать это благо в числе самых великих и ставить его тем выше благ безмятежных и не испытанных судьбою, чем реже победа над врагом, одержанная не с оружьем в руке, а ценой потерянной руки? - "Что же, ты и для себя пожелал бы этого блага?" - Почему бы и нет? Ведь только тот, кто может такое пожелать, и сделает такое.
[53] An potius optem ut malaxandos articulos exoletis meis porrigam? ut muliercula aut aliquis in mulierculam ex viro versus digitulos meos ducat? Quidni ego feliciorem putem Mucium, quod sic tractavit ignem quasi illam manum tractatori praestitisset? In integrum restituit quidquid erraverat: confecit bellum inermis ac mancus et illa manu trunca reges duos vicit. Vale.	(53) А что мне предпочесть? Чтобы распутные мальчишки разминали мне ручки? Чтобы какая-нибудь бабенка или превращенный в бабенку юнец вытягивал мне каждый пальчик? Почему не считать мне счастливее Муция, протянувшего руку в огонь, как протягивают ее рабу для растирания? Так исправил он свою оплошность: безоружный, однорукий, он положил конец войне и обрубком победил двух царей. Будь здоров.

LXVII

[1] Ut a communibus initium faciam, ver aperire se coepit, sed iam inclinatum in aestatem, quo tempore calere debebat, intepuit nec adhuc illi fides est; saepe enim in hiemem revolvitur. Vis scire quam dubium adhuc sit? nondum me committo frigidae verae, adhuc rigorem eius infringo. 'Hoc est' inquis 'nec calidum	(1) Начну с общих слов. Весна наступила, но ближе к лету, когда должно было стать жарко, опять посвежело, и верить ей нельзя до сего дня: слишком часто поворачивает она к зиме. Хочешь знать, до чего погода ненадежна? Я все еще не решаюсь погрузиться в настоящую холодную воду, все еще смягчаю ее резкость. Ты

nec frigidum pati.' Ita est, mi Lucili: iam aetas mea contenta est suo frigore; vix media regelatur aestate. Itaque maior pars in vestimentis degitur.	скажешь: "Но ведь это значит бояться и жары и холода". Что делать, Луцилий: в моем возрасте и собственного холода хватает - я едва оттаиваю к середине лета и большую часть времени кутаюсь в одеяло.
[2] Ago gratias senectuti quod me lectulo affixit: quidni gratias illi hoc nomine agam? Quidquid debebam nolle, non possum. Cum libellis mihi plurimus sermo est. Si quando intervenerunt epistulae tuae, tecum esse mihi videor et sic afficior animo tamquam tibi non rescribam sed respondeam. Itaque et de hoc quod quaeris, quasi colloquar tecum, quale sit una scrutabimur.	(2) Но я благодарен старости, пригвоздившей меня к постели. И как не быть ей за это благодарным? Чего не следует желать, того я и не могу. Больше всего я беседую с книгами. Если порой приходят твои письма, мне кажется, что ты рядом, и настроение у меня такое, словно я отвечаю тебе не письмом, а живым словом. И о том, о чем ты спрашиваешь, мы как будто побеседуем и вместе разберемся, как обстоит дело.
[3] Quaeris an omne bonum optabile sit. 'Si bonum est' inquis 'fortiter torqueri et magno animo uri et patienter aegrotare, sequitur ut ista optabilia sint; nihil autem video ex istis voto dignum. Neminem certe adhuc scio eo nomine votum solvisse quod flagellis caesus esset aut podagra distortus aut eculeo longior factus.'	(3) Ты спрашиваешь, всякое ли благо желательно. "Если мужество под пыткой, величье духа на костре, терпеливость в болезни - блага, следовательно, все они желательны; но я не вижу тут ничего достойного мольбы! Я не знаю никого, кто возблагодарил бы богов за то, что его секли плетьми, растянули на дыбе, или за скрючившую его подагру".
[4] Distingue, mi Lucili, ista, et intelleges esse in iis aliquid optandum. Tormenta abesse a me velim; sed si sustinenda fuerint, ut me in illis fortiter, honeste, animose geram optabo. Quidni ego malim non incidere bellum? sed si inciderit, ut vulnera, ut famem et omnia quae bellorum necessitas affert generose feram optabo. Ton sum tam demens ut aegrotare cupiam; sed si aegrotandum fuerit, ut nihil intemperanter, nihil effeminate faciam optabo. Ita non incommoda optabilia sunt, sed virtus qua perferuntur incommoda.	(4) Не смешивай все в одно, милый Луцилий, - и ты поймешь, что и тут есть чего желать. Пусть пытки будут от меня подальше, но если уж придется их терпеть, я пожелаю себе мужества, благородства, величия духа. Или - с чего бы мне предпочесть войну? Но если она начнется, я пожелаю себе отважно переносить и раны, и голод, и все, что неизбежность войны несет с собою. Я не настолько безумен, чтобы жаждать болезни; но если случится мне болеть, я пожелаю и сдержанности, и стойкости. Итак, желать следует не бедствий, а добродетели, помогающей их одолеть.
[5] Quidam ex nostris existimant omnium istorum fortem tolerantiam non esse optabilem, sed ne abominandam quidem, quia voto purum bonum peti debet et tranquillum et extra molestiam	(5) Некоторые из наших полагают, что терпеливого мужества в бедах не нужно желать (хотя нельзя и отвергать), потому что стремиться надлежит только к чистому благу, спокойному и чуждому тягот. Я с ними

positum. Ego dissentio. Quare? primum quia fieri non potest ut aliqua res bona quidem sit sed optabilis non sit; deinde si virtus optabilis est, nullum autem sine virtute bonum, et omne bonum optabile est; deinde etiam si *** tormentorum fortis patientia optabilis est.	не согласен. Почему? Во-первых, если благо есть благо, то оно не может не быть желательно. Во-вторых, если всякая добродетель желательна, а без добродетели не бывает благ, значит, и всякое благо желательно. В-третьих, если терпеливое мужество под пыткой не желательно,
[6] Etiam nunc interrogo: nempe fortitudo optabilis est? Atqui pericula contemnit et provocat; pulcherrima pars eius maximeque mirabilis illa est, non cedere ignibus, obviam ire vulneribus, interdum tela ne vitare quidem sed pectore excipere. Si fortitudo optabilis est, et tormenta patienter ferre optabile est; hoc enim fortitudinis pars est. Sed separa ista, ut dixi: nihil erit quod tibi faciat errorem. Non enim pati tormenta optabile est, sed pati fortiter: illud opto 'fortiter', quod est virtus.	(6) то, спрашиваю я, значит, мужество и вообще нежелательно? ' Но ведь оно-то и презирает опасности, и посылает им вызов; и самое прекрасное, самое удивительное в нем то, что оно не отступает перед огнем, идет навстречу ранам, порой не уклоняется от ударов, а подставляет им грудь. Но если желательно мужество, значит, желательно и терпенье под пыткой: ведь и это - часть мужества. Не смешивай все в одно, как я сказал, - и ничто уже не введет тебя в ошибку. Желательно не терпеть пытку, а терпеть ее мужественно; этого "мужественно" я и хочу, ибо оно и есть добродетель. -
[7] 'Quis tamen umquam hoc sibi optavit?' Quaedam vota aperta et professa sunt, cum particulatim fiunt; quaedam latent, cum uno voto multa comprensa sunt. Tamquam opto mihi vitam honestam; vita autem honesta actionibus variis constat: in hac es Reguli arca, Catonis scissum manu sua vulnus, Rutili exsilium, calix venenatus qui Socraten transtulit e carcere in caelum. Ita cum optavi mihi vitam honestam, et haec optavi sine quibus interdum honesta non potest esse.	(7) "Но кто хоть когда-нибудь желал себе такого?" - Одни пожеланья высказаны явно, - когда каждое названо отдельно; другие скрыты, - когда одно пожелание охватывает многое. Я желаю себе жить честно; но ведь честная жизнь состоит из разных поступков. В нее входит и ящик Регула2, и разодранная собственной рукой рана Катона, и ссылка Рутилия, и отравленная чаша, перенесшая Сократа из темницы на небо. Значит, желая себе жить честно, я пожелал и того, без чего порой жизнь честной не будет.
[8] O terque quaterque beati, quis ante ora patrum Troiae sub moenibus altis contigit oppetere!	(8) Трижды, четырежды тот блажен, кто под стенами Трои Перед очами отцов в бою повстречался со смертью! э
Quid interest, optes hoc alicui an optabile fuisse fatearis?	Пожелать кому-нибудь такой участи и признать ее желательной, - разве это не одно и то же?
[9] Decius se pro re publica devovit et in medios hostes concitato equo mortem petens irruit. Alter post hunc, paternae virtutis aemulus, conceptis	(9) Деций 4 пожертвовал собой ради государства и, пришпорив коня, ворвался в гущу врагов на верную смерть. Другой Де ций, соперник

sollemnibus ac iam familiaribus verbis in aciem confertissimam incucurrit, de hoc sollicitus tantum, ut litaret, optabilem rem putans bonam mortem. Dubitas ergo an optimum sit memorabilem mori et in aliquo opere virtutis?	отцовской доблести, произнеся торжественные и уже наследственные слова, налетел на плотный строй, заботясь лишь о том, чтобы жертва его была благоприятна, и полагая желательной прекрасную смерть. И ты еще сомневаешься в том, что достопамятная смерть ради доблестного деянья прекрасна?
[10] Cum aliquis tormenta fortiter patitur, omnibus virtutibus utitur. Fortasse una in promptu sit et maxime appareat, patientia; ceterum illic est fortitudo, cuius patientia et perpessio et tolerantia rami sunt; illic est prudentia, sine qua nullum initur consilium, quae suadet quod effugere non possis quam fortissime ferre; illic est constantia, quae deici loco non potest et propositum nulla vi extorquente dimittit; illic est individuus ille comitatus virtutum. Quidquid honeste fit una virtus facit, sed ex consilii sententia; quod autem ab omnibus virtutibus comprobatur, etiam si ab una fieri videtur, optabile est.	(10) Кто мужественно переносит пытки, тому помогают все добродетели. Одна, быть может, выделяется и больше всего заметна - терпение; но тут и мужество, потому что терпение, стойкость, выносливость суть лишь его ветви; здесь и разумность, потому что без нее не будет решения, убеждающего как можно мужественнее перенести неизбежное; здесь и упорство, которое никому не поколебать, у которого никакой силе не вырвать изначального намерения; здесь весь неделимый сонм добродетелей, и все честное совершается одной добродетелью, но по решению всего их совета. А что одобрено всеми добродетелями, хотя по видимости делается одной из них, то и желательно.
[11] Quid? tu existimas ea tantum optabilia esse quae per voluptatem et otium veniunt, quae excipiuntur foribus ornatis? Sunt quaedam tristis vultus bona; sunt quaedam vota quae non gratulantium coetu, sed adorantium venerantiumque celebrantur.	(11) Неужто, по-твоему, только то желательно, что приносят нам праздность и наслаждение, что мы встречаем, украсив двери? Есть блага и со скорбным ликом, есть желания, исполнение которых прославляется не толпой поздравителей, а благоговеньем коленопреклоненных.
[12] Ita tu non putas Regulum optasse ut ad Poenos perveniret? Indue magni viri animum et ab opinionibus vulgi secede paulisper; cape, quantam debes, virtutis pulcherrimae ac magnificentissimae speciem, quae nobis non ture nec sertis, sed sudore ct sanguine colenda est.	(12) По-твоему, Регул не по собственному желанию прибыл обратно к пунийцам? Исполнись духом великого человека, отойди ненадолго от мнений толпы, постигни в должном величии прекрасный образ добродетели, которую надлежит чтить не венками и ладаном, а потом и кровью.
[13] Aspice M. Catonem sacro illi pectori purissimas manus admoventem et vulnera parum alte demissa laxantem. Utrum tandem illi dicturus	(13) Взгляни на Марка Катона, подносящего чистейшие свои руки к святой груди и раздирающего слишком неглубокие раны. Скажешь ли ему:

es 'vellem quae velles' et 'moleste fero' an 'feliciter quod agis'?	"Желаю тебе исполнения всех желаний" или "Соболезную тебе" - или скажешь: "Счастье твоему делу?"
[14] Hoc loco mihi Demetrius noster occurrit, qui vitam securam et sine ullis fortunae incursionibus mare mortuum vocat. Nihil habere ad quod exciteris, ad quod te concites, cuius denuntiatione et incursu firmitatem animi tui temptes, sed in otio inconcusso iacere non est tranquillitas: malacia est.	(14) Тут мне кстати вспоминается наш Деметрий, который спокойную жизнь без набегов судьбы называл "мертвым морем". Не иметь повода ни встряхнуться, ни взволноваться, не знать ни угрозы, ни нападения, чтобы на них испытать крепость духа, но бездействовать в ненарушаемой праздности - это не покой, а мертвый штиль.
[15] Attalus Stoicus dicere solebat, 'malo me fortuna in castris suis quam in deliciis habeat. Torqueor, sed fortiter: bene est. Occidor, sed fortiter: bene est.' Audi Epicurum, dicet et 'dulce est'. Ego tam honestae rei ac severae numquam molle nomen imponam.	(15) Стоик Аттал говаривал: "Я предпочитаю лагерь фортуны ее ласке. Здесь я мучаюсь, но храбро - и это хорошо. Здесь я гибну, но храбро - и это хорошо". Послушай Эпикура: он говорит: "Как отрадно!" Я бы, правда, не назвал такое благородное и суровое дело столь изнеженным словом.
[16] Uror, sed invictus: quidni hoc optabile sit? - non quod urit me ignis, sed quod non vincit. Nihil est virtute praestantius, nihil pulchrius; et bonum est et optabile quidquid ex huius geritur imperio. Vale.	(16) Я сгораю, но непобежденным; неужели это не желательно? Не то, что огонь меня жжет, а то, что не побеждает? Нет ничего величавее и прекраснее добродетели, и все, что делается по ее повелению, есть благо и потому желательно. Будь здоров.

LXVIII

[1] Consilio tuo accedo: absconde te in otio, sed et ipsum otium absconde. Hoc te facturum Stoicorum etiam si non praecepto, at exemplo licet scias; sed ex praecepto quoque facies: et tibi et cui voles approbaris.	(1) Присоединяюсь к твоему решению: скройся от дел; но скрывай и свое безделье. И знай; ты сделаешь так если не по наставлениям стоиков, то по их примеру; впрочем, и по наставлениям тоже, ты докажешь это и себе самому, и кому угодно.
[2] Nec ad omnem rem publicam mittimus nec semper nec sine ullo fine; praeterea, cum sapienti rem publicam ipso dignam dedimus, id est mundum, non est extra rem publicam etiam si recesserit, immo fortasse relicto uno angulo in maiora atque ampliora transit et caelo impositus intellegit, cum sellam aut tribunal ascenderet, quam humili loco sederit. Depone hoc apud te, numquam plus agere sapientem quam cum in conspectum	(2) Мы и не всяким государственным делом велим заниматься, и не всегда, и не без конца. А кроме того, мы указали мудрецу государство, достойное его, - весь мир, так что он, и удалившись от дел, не оставит государства, а может быть даже, выйдет, покинув свой угол, на широкий простор, и поднимется к небесам, и поймет, как низко стоят кресла в сенате или в суде, на которые он всходил. Сохрани в себе мои слова: мудрец никогда не бывает так

eius divina atque humana venerunt.	деятелен, как в те часы, когда перед его глазами предстает все божественное и человеческое.
[3] Nunc ad illud revertor quod suadere tibi coeperam, ut otium tuum ignotum sit. Non est quod inscribas tibi philosophiam ac quietem: aliud proposito tuo nomen impone, valetudinem et imbecillitatem vocato et desidiam. Gloriari otio iners ambitio est.	(3) Но вернусь к тому, в чем начал тебя убеждать, - чтобы твой досуг был никому не известен. Незачем писать слова "философия" и "покой" на вывеске: назови свое намеренье иначе, скажи "слабость здоровья", в худшем случае - "лень". Похваляться досугом - пустое тщеславие.
[4] Animalia quaedam, ne inveniri possint, vestigia sua circa ipsum cubile confundunt: idem tibi faciendum est, alioqui non deerunt qui persequantur. Multi aperta transeunt, condita et abstrusa rimantur; furem signata sollicitant. Vile videtur quidquid patet; aperta effractarius praeterit. Hos mores habet populus, hos imperitissimus quisque: in secreta irrumpere cupit.	(4) Звери, чтобы их нельзя было найти, путают следы у самого логова; то же надо сделать я тебе, а не то ты не избавишься от преследователей. Многие проходят мимо явного, но копаются в скрытом и тайном; вора влечет то, что под замком. Если что перед глазами, оно не ценится; открытую дверь взломщик минует. Таков же обычай и у толпы, таков и у всех невежд: каждый хочет ворваться туда, где заперто.
[5] Optimum itaque est non iactare otium suum; iactandi autem genus est nimis latere et a conspectu hominum secedere. Ille Tarentum se abdidit, ille Neapoli inclusus est, ille multis annis non transit domus suae limen: convocat turbam quisquis otio suo aliquam fabulam imposuit.	(5) Поэтому лучше не хвастать досугом; а слишком таиться, избегая людского глаза, тоже есть род хвастовства. Один прячется в Таренте, другой запирается в Неаполе, третий много лет не выходит за порог; чей досуг стал притчей во всех устах, тот и собрал толпу.
[6] Cum secesseris, non est hoc agendum, ut de te homines loquantur, sed ut ipse tecum loquaris. Quid autem loqueris? quod homines de aliis libentissime faciunt, de te apud te male existima: assuesces et dicere verum et audire. Id autem maxime tracta quod in te esse infirmissimum senties.	(6) Отойдя от дел, нужно стараться, чтобы не люди о тебе говорили, а ты сам с собою говорил. О чем? О себе, и так же, как люди с особой охотой говорят о других, - со злостью. Так ты приучишься и говорить, и выслушивать правду. И больше всего занимайся тем, в чем сам чувствуешь свою слабость.
[7] Nota habet sui quisque corporis vitia. Itaque alius vomitu levat stomachum, alius frequenti cibo fulcit, alius interposito ieiunio corpus exhaurit et purgat; ii quorum pedes dolor repetit aut vino aut balineo abstinent: in cetera neglegentes huic a quo saepe infestantur occurrunt. Sic in animo nostro sunt quaedam quasi causariae partes quibus adhibenda curatio est.	(7) Каждый знает изъяны в своем теле, поэтому один облегчает желудок рвотой, другой укрепляет его частым приемом пищи, третий сушит и очищает тело, перемежая сытые дни голодными. У кого часто болят ноги, те воздерживаются от вина или бани; небрежные во всем прочем, люди преграждают дорогу тому, что чаще их тревожит. Но и у нашего духа есть как бы свои недужные члены, их-то и надо

	лечить.
[8] Quid in otio facio? ulcus meum curo. Si ostenderem tibi pedem turgidum, lividam manum, aut contracti cruris aridos nervos, permitteres mihi uno loco iacere et fovere morbum meum: maius malum est hoc, quod non possum tibi ostendere: in pectore ipso collectio et vomica est. Nolo nolo laudes, nolo dicas, 'o magnum virum! contempsit omnia et damnatis humanae vitae furoribus fugit'. Nihil damnavi nisi me.	(8) Чем я занят, уйдя от дел? Лечу свою язву. Если бы я показал тебе распухшую ногу, синюшную руку, сухие жилы, стянувшие бедро, ты бы позволил мне не двигаться с места и лежа лечить болезнь. А моя болезнь тяжелее, хотя показать ее нельзя: ведь нарыв и скопленье гноя - в сердце! Нет, не хочу я похвал, не хочу, чтобы ты говорил: "О великий муж! Он все презрел и бежит от неистовсть человеческой жизни, которую осудил!" -
[9] Non est quod proficiendi causa venire ad me velis. Erras, qui hinc aliquid auxili speras: non medicus sed aeger hic habitat. Malo illa, cum discesseris, dicas: 'ego istum beatum hominem putabam et eruditum, erexeram aures: destitutus sum, nihil vidi, nihil audivi quod concupiscerem, ad quod reverterer'. Si hoc sentis, si hoc loqueris, aliquid profectum est: malo ignoscas otio meo quam invideas.	(9) Ничего я не осудил, кроме самого себя. И не с чего тебе приходить ко мне в надежде на пользу. Кто рассчитывает найти здесь помощь, ошибается. Не врач, а больной живет здесь. По мне, лучше скажи, уходя: "Я-то принимал его за счастливого, за ученого и навострил уши, а ухожу, и не увидев, и не услышав, чего хотел, так что незачем и возвращаться". Если ты это почувствуешь и скажешь, значит, польза была: я предпочитаю, чтобы праздность мою ты простил, а не завидовал ей.
[10] 'Otium' inquis 'Seneca, commendas mihi? ad Epicureas voces delaberis?' Otium tibi commendo, in quo maiora agas et pulchriora quam quae reliquisti: pulsare superbas potentiorum fores, digerere in litteram senes orbos, plurimum in foro posse invidiosa potentia ac brevis est et, si verum aestimes, sordida.	(10) Ты скажешь: "Как же ты, Сенека, советуешь мне Праздность? Ты скатываешься к Эпикуру!" - Я советую тебе праздность, чтобы ты занялся делами, которые величавей и прекрасней оставленных тобою: стучаться в двери могущественных гордецов, переписывать по алфавиту бездетных стариков, иметь влияние на форуме - может быть, это и власть, но всем ненавистная, недолгая и, если оценить ее по-настоящему, нечистая.
[11] Ille me gratia forensi longe antecedet, ille stipendiis militaribus et quaesita per hoc dignitate, ille clientium turba. [cui in turba] Par esse non possum, plus habent gratiae: est tanti ab omnibus vinci, dum a me fortuna vincatur.	(11) Такой-то превосходит меня любовью завсегдатаев форума, такой-то - сроком военной службы и добытым через нее саном, такой-то - числом клиентов. Пусть все берут над тобою верх - дело того стоит, если ты сам берешь верх над фортуной, меж тем как среди толпы ты и вровень с нею не станешь: ведь общая любовь к ней сильнее.

[12] Utinam quidem hoc propositum sequi olim fuisset animus tibi! utinam de vita beata non in conspectu mortis ageremus! Sed nunc quoque non moramur; multa enim quae supervacua esse et inimica credituri fuimus rationi, nunc experientiae credimus.	(12) Если бы ты намного раньше готов был исполнить это намеренье! Если бы мы начинали заботиться о блаженной жизни раньше, чем смерть появится вблизи! Но хоть теперь-то не будем медлить: поверим опыту в том, в чем надо бы давно поверить разуму, и признаем многие вещи лишними и вредными.
[13] Quod facere solent qui serius exierunt et volunt tempus celeritate reparare, calcar addamus. Haec aetas optime facit ad haec studia: iam despumavit, iam vitia primo fervore adulescentiae indomita lassavit; non multum superest ut exstinguat.	(13) Как те, что выехали поздно и хотят наверстать время скоростью, пришпорим коня! Для наших занятий нет возраста лучше: он отбушевал и усмирил пороки, неукротимые в первом пылу юности; еще немного - и он совсем их угасит. -
[14] 'Et quando' inquis 'tibi proderit istud quod in exitu discis, aut in quam rem?' In hanc, ut exeam melior. Non est tamen quod existimes ullam aetatem aptiorem esse ad bonam mentem quam quae se multis experimentis, longa ac frequenti rerum paenitentia domuit, quae ad salutaria mitigatis affectibus venit. Hoc est huius boni tempus: quisquis senex ad sapientiam pervenit, annis pervenit. Vale.	(14) "Но когда и в чем поможет тебе знанье, добытое на исходе жизни?" - Поможет лучше уйти! Не думай, будто есть для благоразумия возраст лучше того, который укрощен многообразным опытом и нередким раскаянием и приходит к спасительным мыслям с усмиренными страстями. Теперь самое время для этого блага! Кто пришел к мудрости стариком, того привели к ней годы. Будь здоров.

LXIX

[1] Mutare te loca et aliunde alio transilire nolo, primum quia tam frequens migratio instabilis animi est: coalescere otio non potest nisi desit circumspicere et errare. Ut animum possis continere, primum corporis tui fugam siste.	(1) Мне не хочется, чтобы ты странствовал и скакал с места на место: во-первых, частые переезды - признак нестойкости духа, который, пока не перестанет блуждать да озираться вокруг, не сможет утвердиться в привычке к досугу. Чтобы держать в узде душу, сперва останови бег тела.
[2] Deinde plurimum remedia continuata proficiunt: interrumpenda non est quies et vitae prioris oblivio; sine dediscere oculos tuos, sine aures assuescere sanioribus verbis. Quotiens processeris, in ipso transitu aliqua quae renovent cupiditates tuas tibi occurrent.	(2) Во-вторых, чем длительнее лечение, тем больше от него пользы; нельзя прерывать покой, приносящий забвение прежней жизни. Дай глазам отучиться смотреть, дай ушам привыкнуть к спасительному слову. Как только ты двинешься с места, так еще по пути что-нибудь попадется тебе - и вновь распалит твои вожделения.

[3] Quemadmodum ei qui amorem exuere conatur evitanda est omnis admonitio dilecti corporis - nihil enim facilius quam amor recrudescit -, ita qui deponere vult desideria rerum omnium quarum cupiditate flagravit et oculos et aures ab iis quae reliquit avertat.	(3) Как влюбленным, чтобы избавиться от своей страсти, следует избегать всего, напоминающего о любимом теле (ведь ничто не крепнет легче, чем любовь), так всякому, кто хочет погасить в себе прежние вожделенья, следует отвращать и взор, и слух от покинутого, но еще недавно желанного.
[4] Cito rebellat affectus. Quocumque se verterit, pretium aliquod praesens occupationis suae aspiciet. Nullum sine auctoramento malum est: avaritia pecuniam promittit, luxuria multas ac varias voluptates, ambitio purpuram et plausum et ex hoc potentiam et quidquid [potest] potentia.	(4) Страсть сразу поднимает мятеж: куда она ни обернется, тотчас же увидит рядом какую-нибудь приманку для своих притязаний. Нет зла без задатка: жадность сулит деньги, похотливость - множество разных наслаждений, честолюбие - пурпур, и рукоплескания, и полученное через них могущество, и все, что это могущество может.
[5] Mercede te vitia sollicitant: hic tibi gratis vivendum est. Vix effici toto saeculo potest ut vitia tam longa licentia tumida subigantur et iugum accipiant, nedum si tam breve tempus intervallis discindimus; unam quamlibet rem vix ad perfectum perducit assidua vigilia et intentio.	(5) Пороки соблазняют тебя наградой; а тут тебе придется жить безвозмездно. И за сто лет нам не добиться, чтобы пороки, взращенные столь долгим потворством, покорились и приняли ярмо, а если мы еще будем дробить столь короткий срок, - и подавно. Только непрестанное бдение и усердие доводят любую вещь до совершенства, да и то с трудом.
[6] Si me quidem velis audire, hoc meditare et exerce, ut mortem et excipias et, si ita res suadebit, accersas: interest nihil, illa ad nos veniat an ad illam nos. Illud imperitissimi cuiusque verbum falsum esse tibi ipse persuade: 'bella res est mori sua morte'. Nemo moritur nisi sua morte. Illud praeterea tecum licet cogites: nemo nisi suo die moritur. Nihil perdis ex tuo tempore; nam quod relinquis alienum est. Vale.	(6) Если хочешь меня послушаться, думай об одном, готовься к одному: встретить смерть, а если подскажут обстоятельства, и приблизить ее. Ведь нет никакой разницы, она ли к нам придет, мы ли к ней. Внуши себе, что лжет общий голос невежд, утверждающих, будто "самое лучшее - умереть своей смертью". Чужой смертью никто не умирает. И подумай еще вот о чем: никто не умирает не в свой срок. Своего времени ты не потеряешь: ведь что ты оставляешь после себя, то не твое. Будь здоров.

LXX

[1] Post longum intervallum Pompeios tuos vidi. In conspectum adulescentiae meae reductus sum; quidquid illic iuvenis feceram videbar mihi facere	(1) После долгого перерыва я вновь увидел твои Помпеи, а с ними и свою юность. Мне казалось, будто все, что я там делал в молодости, - а было это

adhuc posse et paulo ante fecisse.	совсем недавно, - я могу делать и сейчас.
[2] Praenavigavimus, Lucili, vitam et quemadmodum in mari, ut ait Vergilius noster,	(2) Но вся жизнь, Луцилий, у нас уже за кормой; и как в море, по словам нашего Вергилия,
terraeque urbesque recedunt,	*"отступают селенья и берег"*
sic in hoc cursu rapidissimi temporis primum pueritiam abscondimus, deinde adulescentiam, deinde quidquid est illud inter iuvenem et senem medium, in utriusque confinio positum, deinde ipsius senectutis optimos annos; novissime incipit ostendi publicus finis generis humani.	так в быстром течении времени сперва скрывается из виду детство, потом юность, потом пора между молодостью и старостью, пограничная с обеими, и наконец, лучшие годы самой старости; а недавно завиднелся общий для рода человеческого конец.
[3] Scopulum esse illum putamus dementissimi: portus est, aliquando petendus, numquam recusandus, in quem si quis intra primos annos delatus est, non magis queri debet quam qui cito navigavit. Alium enim, ut scis, venti segnes ludunt ac detinent et tranquillitatis lentissimae taedio lassant, alium pertinax flatus celerrime perfert.	(3) Мы в безумии считаем его утесом, а это - пристань, и войти в нее иногда надо поспешить и никогда нельзя отказываться. А если кого занесет туда в молодые годы, жаловаться на это - все равно что сетовать на быстрое плаванье. Ты ведь сам знаешь: одного обманывают и держат ленивые ветерки, изводит долгой скукой затишье, другого быстрее быстрого несет стойкий ветер.
[4] Idem evenire nobis puta: alios vita velocissime adduxit quo veniendum erat etiam cunctantibus, alios maceravit et coxit. Quae, ut scis, non semper retinenda est; non enim vivere bonum est, sed bene vivere.	(4) То же и с нами: одних жизнь скоро-скоро привела туда, куда они пришли бы, даже если бы медлили, других долго била и допекала. Впрочем, как ты знаешь, за это не всегда нужно держаться: ведь благо - не сама жизнь, а жизнь достойная.
Itaque sapiens vivet quantum debet, non quantum potest.	*Так что мудрый живет не сколько должен, а сколько может.*
[5] Videbit ubi victurus sit, cum quibus, quomodo, quid acturus. Cogitat semper qualia vita, non quanta sit. [sit] Si multa occurrunt molesta et tranquillitatem turbantia, emittit se; nec hoc tantum in necessitate ultima facit, sed cum primum illi coepit suspecta esse fortuna, diligenter circumspicit numquid illic desinendum sit. Nihil existimat sua referre, faciat finem an accipiat, tardius fiat an citius: non tamquam de magno detrimento timet; nemo multum ex stilicidio potest perdere.	(5) Он посмотрит, где ему предстоит проводить жизнь, и с кем, и как, и в каких занятиях, он думает о том, как жить, а не сколько прожить. А если встретится ему много отнимающих покой тягот, он отпускает себя на волю, и не в последней крайности: чуть только фортуна становится подозрительной, он внимательно озирается, - не сегодня ли надо все прекратить. На его взгляд, нет разницы, положить ли конец, или дождаться его, раньше он придет или позже: в этом мудрец не видит большого урона и не боится. Что капает по капле, того много не

	потеряешь.
[6] Citius mori aut tardius ad rem non pertinet, bene mori aut male ad rem pertinet; bene autem mori est effugere male vivendi periculum. Itaque effeminatissimam vocem illius Rhodii existimo, qui cum in caveam coniectus esset a tyranno et tamquam ferum aliquod animal aleretur, suadenti cuidam ut abstineret cibo, 'omnia' inquit 'homini, dum vivit, speranda sunt'.	(6) Раньше ты умрешь или позже, - неважно, хорошо или плохо, - вот что важно. А хорошо умереть - значит, избежать опасности жить дурно. По-моему, только о женской слабости говорят слова того-родосца2, который, когда его по приказу тирана бросили в яму и кормили, как зверя, отвечал на совет отказаться от пищи: "Пока человек жив, он на все должен надеяться".
[7] Ut sit hoc verum, non omni pretio vita emenda est. Quaedam licet magna, licet certa sint, tamen ad illa turpi infirmitatis confessione non veniam: ego cogitem in eo qui vivit omnia posse fortunam, potius quam cogitem in eo qui scit mori nil posse fortunam?	(7) Даже если это правда, не за всякую цену можно покупать жизнь. Пусть награда и велика, и надежна, я все равно не желаю прийти к ней через постыдное признание моей слабости. Неужели я буду думать о том, что живому фортуна все может сделать, а не о том, что с умеющим умереть ей ничего не сделать?
[8] Aliquando tamen, etiam si certa mors instabit et destinatum sibi supplicium sciet, non commodabit poenae suae manum: sibi commodaret. Stultitia est timore mortis mori: venit qui occidat, exspecta. Quid occupas? quare suscipis alienae crudelitatis procurationem? utrum invides carnifici tuo an parcis?	(8) Но иногда мудрец и в близости смерти, и зная о назначенной казни, не приложит к ней рук. Глупо умирать от страха смерти. Пусть приходит убийца - ты жди! Зачем ты спешишь навстречу? Зачем берешь на себя дело чужой жестокости? Завидуешь ты своему палачу, что ли? Или щадишь его?
[9] Socrates potuit abstinentia finire vitam et inedia potius quam veneno mori; triginta tamen dies in carcere et in exspectatione mortis exegit, non hoc animo tamquam omnia fieri possent, tamquam multas spes tam longum tempus reciperet, sed ut praeberet se legibus, ut fruendum amicis extremum Socraten daret. Quid erat stultius quam mortem contemnere, venenum timere?	(9) Сократ мог покончить с собой, воздерживаясь от пищи, и умереть от голода, а не от яда, а он тридцать дней провел в темнице, ожидая смерти, - не в мыслях о том, что все может случиться, не потому что такой долгий срок вмещает много надежд, но чтобы не нарушать законов, чтобы дать друзьям напоследок побыть с Сократом. Что было бы глупее, чем презирать смерть, а яда бояться?
[10] Scribonia, gravis femina, amita Drusi Libonis fuit, adulescentis tam stolidi quam nobilis, maiora sperantis quam illo saeculo quisquam sperare poterat aut ipse ullo. Cum aeger a senatu in lectica relatus esset non sane frequentibus exsequis - omnes enim necessarii deseruerant impie iam non reum sed funus -, habere coepit	(10) Скрибония, женщина почтенная, была теткою Друза Либона3, юноши столь же опрометчивого, сколь благородного: он надеялся на большее, чем можно было надеяться не только в его, но и в лю бой век. Когда его больным вынесли из сената на носилках, причем вынос сопровождало не так уж много людей (все близкие

consilium utrum conscisceret mortem an exspectaret. Cui Scribonia 'quid te' inquit 'delectat alienum negotium agere?' Non persuasit illi: manus sibi attulit, nec sine causa. Nam post diem tertium aut quartum inimici moriturus arbitrio si vivit, alienum negotium agit.	бесчестно отступились от него, уже не осужденного, а как бы казненного), он стал советоваться: самому ли ему принять смерть или дождаться ее. Тогда Скрибония сказала: "Какое тебе удовольствие делать чужое дело?" Но Друза она не убедила, он наложил на себя руки, и не без причины: ведь если обреченный на смерть еще жив на третий или четвертый день, то он, по мненью врага, делает не свое дело.
[11] Non possis itaque de re in universum pronuntiare, cum mortem vis externa denuntiat, occupanda sit an exspectanda; multa enim sunt quae in utramque partem trahere possunt. Si altera mors cum tormento, altera simplex et facilis est, quidni huic inicienda sit manus? Quemadmodum navem eligam navigaturus et domum habitaturus, sic mortem exiturus e vita.	(11) Нельзя вынести общего суждения о том, надо ли, когда внешняя сила угрожает смертью, спешить навстречу или дожидаться; ведь есть много такого, что тянет и в ту, и в другую сторону. Если одна смерть под пыткой, а другая - простая и легкая, то почему бы за нее не ухватиться? Я тщательно выберу корабль, собираясь отплыть, или дом, собираясь в нем поселиться, - и так же я выберу род смерти, собираясь уйти из жизни.
[12] Praeterea quemadmodum non utique melior est longior vita, sic peior est utique mors longior. In nulla re magis quam in morte morem animo gerere debemus. Exeat qua impetum cepit: sive ferrum appetit sive laqueum sive aliquam potionem venas occupantem, pergat et vincula servitutis abrumpat. Vitam et aliis approbare quisque debet, mortem sibi: optima est quae placet.	(12) Помимо того, жизнь не всегда тем лучше, чем дольше, но смерть всегда чем дольше, тем хуже. Ни в чем мы не должны угождать душе так, как в смерти: пускай, куда ее тянет, там и выходит; выберет ли она меч, или петлю, или питье, закупоривающее жилы, - пусть порвет цепи рабства, как захочет. Пока живешь, думай об одобрении других; когда умираешь, только о себе. Что тебе по душе, то и лучше.
[13] Stulte haec cogitantur: 'aliquis dicet me parum fortiter fecisse, aliquis nimis temere, aliquis fuisse aliquod genus mortis animosius'. Vis tu cogitare id in manibus esse consilium ad quod fama non pertinet! Hoc unum intuere, ut te fortunae quam celerrime eripias; alioquin aderunt qui de facto tuo male existiment.	(13) Глупо думать так: "Кто-нибудь скажет, что мне не хватило мужества, кто-нибудь другой, - что я испугался, а еще кто-нибудь, - что можно выбрать смерть благороднее". - Неужели тебе невдомек, что тот замысел в твоих руках, к которому молва не имеет касательства? Смотри на одно: как бы побыстрее вырваться из-под власти фортуны, - а не то найдутся такие, что осудят твой поступок.
[14] Invenies etiam professos sapientiam qui vim afferendam vitae suae negent et nefas iudicent ipsum interemptorem sui fieri: exspectandum	(14) Ты встретишь даже мудрецов по ремеслу, утверждающих, будто нельзя творить насилие над собственной жизнью 4, и считающих самоубийство

esse exitum quem natura decrevit. Hoc qui dicit non videt se libertatis viam cludere: nihil melius aeterna lex fecit quam quod unum introitum nobis ad vitam dedit, exitus multos.	нечестьем: должно, мол, ожидать конца, назначенного природой. Кто так говорит, тот не видит, что сам себе преграждает путь к свободе. Лучшее из устроенного вечным законом, - то, что он дал нам один путь в жизнь, но множество - прочь из жизни.
[15] Ego exspectem vel morbi crudelitatem vel hominis, cum possim per media exire tormenta et adversa discutere ? Hoc est unum cur de vita non possimus queri: neminem tenet. Bono loco res humanae sunt, quod nemo nisi vitio suo miser est. Placet? vive: non placet? licet eo reverti unde venisti.	(15) Мне ли ждать жестокости недуга или человека, когда я могу выйти из круга муки, отбросить все бедствия? В одном не вправе мы жаловаться на жизнь: она никого не держит. Не так плохо обстоят дела человеческие, если всякий несчастный несчастен только через свой порок. Тебе нравится жизнь? Живи! Не нравится - можешь вернуться туда, откуда пришел.
[16] Ut dolorem capitis levares, sanguinem saepe misisti; ad extenuandum corpus vena percutitur. Non opus est vasto vulnere dividere praecordia: scalpello aperitur ad illam magnam libertatem via et puncto securitas constat. Quid ergo est quod nos facit pigros inertesque? Nemo nostrum cogitat quandoque sibi ex hoc domicilio exeundum; sic veteres inquilinos indulgentia loci et consuetudo etiam inter iniurias detinet.	(16) Чтобы избавиться от головной боли, ты часто пускал кровь; чтобы сбросить вес, отворяют жилу; нет нужды рассекать себе всю грудь - ланцет открывает путь к великой свободе, ценою укола покупается безмятежность. Что же делает нас ленивыми и бессильными? Никто из нас не думает, что когда-нибудь да придется покинуть это жилище. Так старых жильцов привычка к месту делает снисходительными и удерживает в доме, как бы плохо в нем ни было.
[17] Vis adversus hoc corpus liber esse? tamquam migraturus habita. Propone tibi quandoque hoc contubernio carendum: fortior eris ad necessitatem exeundi. Sed quemadmodum suus finis veniet in mentem omnia sine fine concupiscentibus?	(17) Хочешь быть свободным наперекор этой плоти? Живи так, словно завтра переедешь! Всегда имей в виду, что рано или поздно лишишься этого жилья, - и тогда ты мужественней перенесешь неизбежность выезда. Но как вспомнить о близком конце тем, чьи желанья не имеют конца?
[18] Nullius rei meditatio tam necessaria est; alia enim fortasse exercentur in supervacuum. Adversus paupertatem praeparatus est animus: permansere divitiae. Ad contemptum nos doloris armavimus: numquam a nobis exegit huius virtutis experimentum integri ac sani felicitas corporis. Ut fortiter amissorum desideria pateremur praecepimus	(18) А ведь о нем-то нам необходимее всего размышлять, потому что подготовка к другому может оказаться и лишней. Ты закалил дух против бедности? А богатства остались при тебе. Мы вооружились, чтобы презирать боль? А счастье здорового и не узнавшего увечий тела никогда не потребует от нас применить на деле эту добродетель. Мы убедили себя, что

nobis: omnis quos amabamus superstites fortuna servavit.	нужно стойко выносить тоску по утрате? Но всем, кого мы любили, фортуна продлила дни дольше наших. И лишь готовности к одному потребует с нас день, который придет непременно.
[19] Huius unius rei usum qui exigat dies veniet. Non est quod existimes magnis tantum viris hoc robur fuisse quo servitutis humanae claustra perrumperent; non est quod iudices hoc fieri nisi a Catone non posse, qui quam ferro non emiserat animam manu extraxit: vilissimae sortis homines ingenti impetu in tutum evaserunt, cumque e commodo mori non licuisset nec ad arbitrium suum instrumenta mortis eligere, obvia quaeque rapuerunt et quae natura non erant noxia vi sua tela fecerunt.	(19) И напрасно ты думаешь, что только великим людям хватало твердости взломать затворы человеческого рабства. Напрасно ты считаешь, что никому этого не сделать, кроме Катона, который, не испустив дух от меча, руками открыл ему дорогу. Нет, люди низшего разряда в неодолимом порыве убегали от всех бед и, когда нельзя было ни умереть без затруднений, ни выбрать орудие смерти по своему разумению, хватали то, что под рукой, своей силой превращая в оружие предметы, по природе безобидные.
[20] Nuper in ludo bestiariorum unus e Germanis, cum ad matutina spectacula pararetur, secessit ad exonerandum corpus - nullum aliud illi dabatur sine custode secretum; ibi lignum id quod ad emundanda obscena adhaerente spongia positum est totum in gulam farsit et interclusis faucibus spiritum elisit. Hoc fuit morti contumeliam facere. Ita prorsus, parum munde et parum decenter: quid est stultius quam fastidiose mori?	(20) Недавно перед боем со зверями один из германцев, которых готовили для утреннего представления, отошел, чтобы опорожниться - ведь больше ему негде было спрятаться от стражи; там лежала палочка с губкой для подтирки срамных мест; ее-то он засунул себе в глотку, силой перегородив дыханье, и от этого испустил дух. - "Но ведь это оскорбление смерти!" - Пусть так! - "До чего грязно, до чего непристойно!" - Но есть ли что глупее, чем привередливость в выборе смерти?
[21] O virum fortem, o dignum cui fati daretur electio! Quam fortiter ille gladio usus esset, quam animose in profundam se altitudinem maris aut abscisae rupis immisisset! Undique destitutus invenit quemadmodum et mortem sibi deberet et telum, ut scias ad moriendum nihil aliud in mora esse quam velle. Existimetur de facto hominis acerrimi ut cuique visum erit, dum hoc constet, praeferendam esse spurcissimam mortem servituti mundissimae.	(21) Вот мужественный человек, достойный того, чтобы судьба дала ему выбор! Как храбро пустил бы он в ход клинок! Как отважно бросился бы в пучину моря или под обрыв утеса! Но, лишенный всего, он нашел и должный способ смерти, и орудие; знай же, что для решившегося умереть нет иной причины к промедленью, кроме собственной воли. Пусть как угодно судят поступок этого решительнейшего человека, лишь бы все согласились, что самая грязная смерть предпочтительней самого чистого рабства.
[22] Quoniam coepi sordidis exemplis	(22) Однажды приведя низменный

uti, perseverabo; plus enim a se quisque exiget, si viderit hanc rem etiam a contemptissimis posse contemni. Catones Scipionesque et alios quos audire cum admiratione consuevimus supra imitationem positos putamus: iam ego istam virtutem habere tam multa exempla in ludo bestiario quam in ducibus belli civilis ostendam.	пример, я это и продолжу: ведь каждый большего потребует от себя, когда увидит, что презрели даже самые презираемые люди. Мы думаем, что Катоны, Сципионы и все, о ком мы привыкли слушать с восхищением, для нас вне подражания; а я покажу, что на играх со зверями отыщется не меньше примеров этой добродетели, чем среди вождей гражданской войны.
[23] Cum adveheretur nuper inter custodias quidam ad matutinum spectaculum missus, tamquam somno premente nutaret, caput usque eo demisit donec radiis insereret, et tamdiu se in sedili suo tenuit donec cervicem circumactu rotae frangeret; eodem vehiculo quo ad poenam ferebatur effugit.	(23) Недавно, когда бойцов везли под стражей на утреннее представление, один из них, словно клюя носом в дремоте, опустил голову так низко, что она попала между спиц, и сидел на своей скамье, пока поворот колеса не сломал ему шею: и та же повозка, что везла его на казнь, избавила его от казни.
[24] Nihil obstat erumpere et exire cupienti: in aperto nos natura custodit. Cui permittit necessitas sua, circumspiciat exitum mollem; cui ad manum plura sunt per quae sese asserat, is dilectum agat et qua potissimum liberetur consideret: cui difficilis occasio est, is proximam quamque pro optima arripiat, sit licet inaudita, sit nova. Non deerit ad mortem ingenium cui non defuerit animus.	(24) Кто захочет, тому ничто не мешает взломать дверь и выйти. Природа не удержит нас взаперти; кому позволяет необходимость, тот пусть ищет смерти полегче; у кого в руках довольно орудий, чтобы освободить себя, тот пусть выбирает; кому не представится случая, тот пусть хватается за ближайшее как за лучшее, хоть бы оно было и новым, и неслыханным. У кого хватит мужества умереть, тому хватит и изобретательности.
[25] Vides quemadmodum extrema quoque mancipia, ubi illis stimulos adegit dolor, excitentur et intentissimas custodias fallant? Ille vir magnus est qui mortem sibi non tantum imperavit sed invenit. Ex eodem tibi munere plura exempla promisi.	(25) Ты видел, как последние рабы, если их допечет боль, схватываются и обманывают самых бдительных сторожей? Тот велик, кто не только приказал себе умереть, но и нашел способ. Я обещал привести тебе в пример много людей того же ремесла.
[26] Secundo naumachiae spectaculo unus e barbaris lanceam quam in adversarios acceperat totam iugulo suo mersit. 'Quare, quare' inquit 'non omne tormentum, omne ludibrium iamdudum effugio? quare ego mortem armatus exspecto?' Tanto hoc speciosius spectaculum fuit quanto honestius mori discunt homines quam occidere.	(26) Когда было второе потешное сражение кораблей, один из варваров тот дротик, что получил для боя с врагом, вонзил себе в горло. "Почему бы мне, - сказал он, - не избежать сразу всех мук, всех помыкательств? Зачем ждать смерти, когда в руках оружье?" - И зрелище это было настолько же прекрасней, насколько благороднее, чтобы люди учились умирать, чем убивать.

[27] Quid ergo? quod animi perditi quoque noxiosi habent non habebunt illi quos adversus hos casus instruxit longa meditatio et magistra rerum omnium ratio? Illa nos docet fati varios esse accessus, finem eundem, nihil autem interesse unde incipiat quod venit.	(27) Так неужели того, что есть у самых потерянных и зловредных душ, не будет у людей, закаленных против этих бедствий долгими раздумьями, наставленных всеобщим учителем - разумом? Он нас учит, что рок подступается к нам по-разному, а кончает одним: так велика ли важность, с чего он начнет, если исход одинаков?
[28] Eadem illa ratio monet ut si licet moriaris [quemadmodum placet, si minus] quemadmodum potes, et quidquid obvenerit ad vim afferendam tibi invadas. Iniuriosum est rapto vivere, at contra pulcherrimum mori rapto. Vale.	(28) Этот-то разум и учит, чтобы ты умирал, как тебе нравится, если это возможно, а если нет, - то как можешь, схватившись за первое попавшееся средство учинить над собой расправу. Стыдно красть, чтобы жить, красть, чтобы умереть, - прекрасно. Будь здоров.

LXXI

[1] Subinde me de rebus singulis consulis, oblitus vasto nos mari dividi. Cum magna pars consilii sit in tempore, necesse est evenire ut de quibusdam rebus tunc ad te perferatur sententia mea cum iam contraria potior est. Consilia enim rebus aptantur; res nostrae feruntur, immo volvuntur; ergo consilium nasci sub diem debet. Et hoc quoque nimis tardum est: sub manu, quod aiunt, nascatur. Quemadmodum autem inveniatur ostendam.	(1) Ты упорно советуешься со мною о каждом деле, забывая, что между нами - широкое море. Но так как во всяком совете главное, - чтоб он был своевременным, непременно случится вот что: пока мое решение до тебя дойдет, впору будет принять противоположное. Советы зависят от дел, а дела наши движутся и даже мчатся. Поэтому на каждый день нужен свой совет, да и то он запаздывает: совет должен быть, как говорится, всегда под рукой. А как его найти, я тебя научу.
[2] Quotiens quid fugiendum sit aut quid petendum voles scire, ad summum bonum, propositum totius vitae tuae, respice. Illi enim consentire debet quidquid agimus: non disponet singula, nisi cui iam vitae suae summa proposita est. Nemo, quamvis paratos habeat colores, similitudinem reddet, nisi iam constat quid velit pingere. Ideo peccamus quia de partibus vitae omnes deliberamus, de tota nemo deliberat.	(2) Едва захочешь узнать, чего следует избегать, к чему стремиться, - смотри на высшее благо, цель всей твоей жизни: с ним должны согласоваться все твои поступки. Только тот и распоряжается всем в отдельности, у кого есть в жизни высшая цель. Живописец, даже приготовив краски, ничего не изобразит, если не знает заранее, что хочет нарисовать. В том и наш грех, что жизнь по частям обдумывают все, а целиком - никто.
[3] Scire debet quid petat ille qui sagittam vult mittere, et tunc derigere ac moderari manu telum: errant	(3) Стрелок, пуская стрелу, должен знать, куда метит: тогда он может прицелиться и направить ее полет.

consilia nostra, quia non habent quo derigantur; ignoranti quem portum petat nullus suus ventus est. Necesse est multum in vita nostra casus possit, quia vivimus casu.	Наши замыслы блуждают, потому что цели у них нет. Кто не знает, в какую гавань плыть, для того нет попутного ветра. Невозможно, чтобы случай не имел такой власти над нашей жизнью, коль скоро мы живем случаем.
[4] Quibusdam autem evenit ut quaedam scire se nesciant; quemadmodum quaerimus saepe eos cum quibus stamus, ita plerumque finem summi boni ignoramus appositum. Nec multis verbis nec circumitu longo quod sit summum bonum colliges: digito, ut ita dicam, demonstrandum est nec in multa spargendum. Quid enim ad rem pertinet in particulas illud diducere? cum possis dicere 'summum bonum est quod honestum est' et, quod magis admireris, 'unum bonum est quod honestum est, cetera falsa et adulterina bona sunt'.	(4) А бывает и так: некоторые сами не знают, что знают что-нибудь. Как мы ищем нередко тех, кто рядом, так еще чаще мы не знаем, что высшее благо - наша цель - совсем недалеко. Чтобы заключить, что есть высшее благо, не нужно долгих слов и околичностей: нужно лишь, так сказать, ткнуть в него пальцем; и еще нельзя его дробить. Да и какая надобность делить его на частицы, когда можно просто сказать: "Высшее благо - то, что честно", или, чтобы ты удивился еще больше: "Только то и благо, что честно, а все остальные блага ложные и поддельные".
[5] Hoc si persuaseris tibi et virtutem adamaveris - amare enim parum est -, quidquid illa contigerit, id tibi, qualecumque aliis videbitur, faustum felixque erit. Et torqueri, si modo iacueris ipso torquente securior, et aegrotare, si non male dixeris fortunae, si non cesseris morbo, omnia denique quae ceteris videntur mala et mansuescent et in bonum abibunt, si super illa eminueris. Hoc liqueat, nihil esse bonum nisi honestum: et omnia incommoda suo iure bona vocabuntur quae modo virtus honestaverit.	(5) Если ты убедишь себя в этом и проникнешься любовью к добродетели (потому что просто любить ее мало), тогда для тебя будет удачей и счастьем все, к чему она причастна, каково бы оно ни было на чужой взгляд: и пытка, если ты останешься под нею спокойней твоего палача, и болезнь, если не станешь проклинать судьбу и поддаваться недугу. В конце концов все, что для других зло, для тебя смягчится и обернется благом, если сам ты станешь выше этого. Пусть будет для тебя ясно одно: нет блага, кроме того, что честно; и все бедствия по праву назовутся благами, если их сделает честными добродетель.
[6] Multis videmur maiora promittere quam recipit humana condicio, non immerito; ad corpus enim respiciunt. Revertantur ad animum: iam hominem deo metientur.	(6) Многим кажется, что мы обещаем больше, чем совместимо с человеческим уделом. И недаром: ведь они смотрят только на плеть! Пусть обратят взгляд на душу - и придется им мерить человека мерой божества.
Erige te, Lucili virorum optime, et relinque istum ludum litterarium philosophorum qui rem magnificentissimam ad syllabas vocant,	Поднимись же, Луцилий, лучший из людей, и брось эту словесную игру, которой философы низводят самое великое до разбора слогов и унижают,

qui animum minuta docendo demittunt et conterunt: fies similis illis qui invenerunt ista, non qui docent et id agunt ut philosophia potius difficilis quam magna videatur.	уничтожают душу, обучая ее пустякам; тогда сам ты станешь подобен первооткрывателям, а не учителям, по чьей вине философия кажется не великой, а трудной.
[7] Socrates, qui totam philosophiam revocavit ad mores et hanc summam dixit esse sapientiam, bona malaque distinguere, 'sequere' inquit 'illos, si quid apud te habeo auctoritatis, ut sis beatus, et te alicui stultum videri sine. Quisquis volet tibi contumeliam faciat et iniuriam, tu tamen nihil patieris, si modo tecum erit virtus. Si vis inquit 'beatus esse, si fide bona vir bonus, sine contemnat te aliquis.' Hoc nemo praestabit nisi qui omnia prior ipse contempserit, nisi qui omnia bona exaequaverit, quia nec bonum sine honesto est et honestum in omnibus par est.	(7) Сократ, призвавший всю философию возвратиться к людским нравам, сказал, что высшая мудрость - различать благо и зло. "Не упускай их из виду, - говорит он ', - если мои слова что-нибудь для тебя значат, - и ты достигнешь блаженства. И пусть ты кому-нибудь покажешься глупцом - терпи это! Пусть, кто хочет, бранит тебя и оскорбляет, - ты от этого не пострадаешь, если добродетель будет с тобою. Если ты хочешь быть блаженным, быть поистине мужем добра, позволь другим презирать тебя". Этого не допустит никто, кроме тех, для кого все блага равны, ибо нет блага, не причастного честности, честность же во всех благах равна.
[8] 'Quid ergo? nihil interest inter praeturam Catonis et repulsam? nihil interest utrum Pharsalica acie Cato vincatur an vincat? hoc eius bonum, quo victis partibus non potest vinci, par erat illi bono quo victor rediret in patriam et componeret pacem?' Quidni par sit? eadem enim virtute et mala fortuna vincitur et ordinatur bona; virtus autem non potest maior aut minor fieri: unius staturae est.	(8) Как же так? Нет разницы, избран ли Катон претором 2, или провалился? Победил ли он в Фарсальской битве, или побежден? Равны ли между собой эти блага, если одно заключалось в том, что он и на стороне побежденных не мог быть побежден, другое в том, что он победителем вернулся бы в родной город и установил бы мир? - А разве не равны? Одна и та же добродетель и побеждает враждебность судьбы, и умеряет ее милость, а добродетель всегда одного роста и не может быть выше или ниже. -
[9] 'Sed Cn. Pompeius amittet exercitum, sed illud pulcherrimum rei publicae praetextum, optimates, et prima acies Pompeianarum partium, senatus ferens arma, uno proelio profligabuntur et tam magni ruina imperii in totum dissiliet orbem: aliqua pars eius in Aegypto, aliqua in Africa, aliqua in Hispania cadet. Ne hoc quidem miserae rei publicae continget, semel ruere.'	(9) "Но Помпеи потеряет войско, но лучшие граждане - краса государства, - и передовой отряд помпеянцев, вооружившийся сенат, будут истреблены в одном бою и крушением великой власти разбросаны по всему миру: часть окажется в Египте, часть в Африке, часть в Испании. И даже этого не дано будет несчастной республике - испытать одно лишь крушенье!"3
[10] Omnia licet fiant: Iubam in regno	(10) Пусть будет, что будет! Пусть не

suo non locorum notitia adiuvet, non popularium pro rege suo virtus obstinatissima, Uticensium quoque fides malis fracta deficiat et Scipionem in Africa nominis sui fortuna destituat: olim provisum est ne quid Cato detrimenti caperet.	поможет Юбе в собственном царстве ни знание местности, ни стойкая доблесть подданных в защите своего царя, пусть жители Утики изменят своей верности, сломленные бедами, пусть предаст Сципиона счастье, сопутствовавшее в Африке его имени; но давно уже сделано все, чтобы Катон не понес урона4.
[11] 'Victus est tamen.' Et hoc numera inter repulsas Catonis: tam magno animo feret aliquid sibi ad victoriam quam ad praeturam obstitisse. Quo die repulsus est lusit, qua nocte periturus fuit legit; eodem loco habuit praetura et vita excidere; omnia quae acciderent ferenda esse persuaserat sibi.	(11) - "Все-таки он побежден!" - Ну так причисли и это к его поражениям на выборах: пусть преграды не подпустили его ни к претуре, ни к победе, он переносит это с одинаковым мужеством. В день своего провала он играл в мяч, в ночь смерти читал книгу; для него было все равно, что лишиться претуры, что жизни: ведь он убедил себя в необходимости стойко терпеть любые превратности случая.
[12] Quidni ille mutationem rei publicae forti et aequo pateretur animo? quid enim mutationis periculo exceptum? non terra, non caelum, non totus hic rerum omnium contextus, quamvis deo agente ducatur; non semper tenebit hunc ordinem, sed illum ex hoc cursu aliquis dies deiciet.	(12) Мог ли он снести перемену в государстве иначе как со спокойствием и твердостью духа? Что избавлено от опасности перемены? Ни земля, ни небо, ни даже совокупность всех вещей, хотя и движимая и направляемая богом! Не всегда сохранится в ней нынешний порядок, и какой-нибудь день собьет ее с нынешнего пути.
[13] Certis eunt cuncta temporibus: nasci debent, crescere, exstingui. Quaecumque supra nos vides currere et haec quibus innixi atque impositi sumus veluti solidissimis carpentur ac desinent; nulli non senectus sua est. Inaequalibus ista spatiis eodem natura dimittit: quidquid est non erit, nec peribit sed resolvetur.	(13) Всему свое время, все должно родиться, вырасти, угаснуть. Все, что ты видишь, что вращается над нами, окружает нас, на чем мы стоим, как на прочнейшем основании, - все убывает и сходит на нет. У всего есть своя старость, все природа приводит, хоть и в разные сроки, но к одному рубежу. Что есть, того не будет, оно не погибнет, но распадется.
[14] Nobis solvi perire est; proxima enim intuemur, ad ulteriora non prospicit mens hebes et quae se corpori addixerit; alioqui fortius finem sui suorumque pateretur, si speraret, [ut] omnia illa, sic vitam mortemque per vices ire et composita dissolvi, dissoluta componi, in hoc opere aeternam artem cuncta temperantis dei verti.	(14) А для нас такой распад означает гибель: ведь мы смотрим только на ближайшее, а что дальше, того не прозревает слабый дух, подчинивший себя плоти, - не то бы он мужественнее перенес неизбежность кончины и своей, и близких, если бы надеялся, что все проходит своим чередом через жизнь и смерть и что

	возникшее распадается, а распавшееся возникает, ибо в этом труде и состоит вечное искусство божества - устроителя вселенной.
[15] Itaque ut M. Cato, cum aevum animo percucurrerit, dicet, 'omne humanum genus, quodque est quodque erit, morte damnatum est; omnes quae usquam rerum potiuntur urbes quaeque alienorum imperiorum magna sunt decora, ubi fuerint aliquando quaeretur et vario exitii genere tollentur: alias destruent bella, alias desidia paxque ad inertiam versa consumet et magnis opibus exitiosa res, luxus. Omnes hos fertiles campos repentini maris inundatio abscondet aut in subitam cavernam considentis soli lapsus abducet. Quid est ergo quare indigner aut doleam, si exiguo momento publica fata praecedo?'	(15) И тогда любой, обозрев минувшие века, скажет, подобно Катону: "Весь род человеческий, который был и который будет, обречен смерти; про все города, достигшие могущества и бывшие великим украшением чужих держав, когда-нибудь спросят, где они находились, - потому что все их уничтожит какая-нибудь напасть: одни разрушит война, другие истощат мир и праздность, обратившиеся в лень или роскошь - губительный плод великих богатств. Все плодородные поля скроет внезапно разлившееся море или поглотит сброс нежданно осевшей и разверзшейся почвы. Так что же мне негодовать или сетовать, если я немного опережу общую участь?"
[16] Magnus animus deo pareat et quidquid lex universi iubet sine cunctatione patiatur: aut in meliorem emittitur vitam lucidius tranquilliusque inter divina mansurus aut certe sine ullo futurus incommodo, si naturae remiscebitur et revertetur in totum. Non est ergo M. Catonis maius bonum honesta vita quam mors honesta, quoniam non intenditur virtus. Idem esse dicebat Socrates veritatem et virtutem. Quomodo illa non crescit, sic ne virtus quidem: habet numeros suos, plena est.	(16) Великий дух послушен божеству и не медлит претерпеть то, что велит закон вселенной. Он покидает жизнь либо для лучшей доли - светлого и спокойного пребывания среди богов, либо уж наверняка чтобы не чувствовать ничего неприятного, смесившись со всей природой и вернувшись в ее целокупность. Значит, честная жизнь Катона есть не большее благо, чем честная смерть, ибо добродетель не увеличивается. Сократ говорил: "Добродетель и истина - одно", и как не растет истина, так не растет и добродетель: если она есть, то в полную меру.
[17] Non est itaque quod mireris paria esse bona, et quae ex proposito sumenda sunt et quae si ita res tulit. Nam si hanc inaequalitatem receperis ut fortiter torqueri in minoribus bonis numeres, numerabis etiam in malis, et infelicem Socraten dices in carcere, infelicem Catonem vulnera sua animosius quam fecerat retractantem, calamitosissimum omnium Regulum fidei poenas etiam hostibus servatae pendentem. Atqui nemo hoc dicere, ne	(17) Выходит, нет причин удивляться тому, что равны между собою блага, принимаемые нами намеренно, и блага, навязанные обстоятельствами. Ведь если ты допустишь их неравенство и признаешь мужество под пыткой меньшим благом, то скоро ты сочтешь его злом и назовешь несчастными и Сократа в темнице, и Катона, раздирающего рану с большим мужеством, чем нанес ее, а самым жалким - Регула, казнимого за

ex mollissimis quidem, ausus est; negant enim illum esse beatum, sed tamen negant miserum.	верность данной врагам клятве. Но сказать такое не осмеливались даже самые изнеженные, кто, не признавая его блаженным, все же не считал и несчастным.
[18] Academici veteres beatum quidem esse etiam inter hos cruciatus fatentur, sed non ad perfectum nec ad plenum, quod nullo modo potest recipi: nisi beatus est, in summo bono non est. Quod summum bonum est supra se gradum non habet, si modo illi virtus inest, si illam adversa non minuunt, si manet etiam comminuto corpore incolumis: manet autem. Virtutem enim intellego animosam et excelsam, quam incitat quidquid infestat.	(18) Древние академики признавали, что можно и под пыткой быть блаженным, но не до конца, не полностью5. С этим согласиться нельзя: кто не блажен, тот не достиг высшего блага; а высшее благо не имеет более высокой степени, если в нем присутствует добродетель, которую не уменьшили бедствия, не искалечили телесные увечья. Она постоянна: ведь добродетель, как я понимаю, мужественна и высока духом, все враждебное ее только поощряет.
[19] Hunc animum, quem saepe induunt generosae indolis iuvenes quos alicuius honestae rei pulchritudo percussit, ut omnia fortuita contemnant, profecto sapientia [non] infundet et tradet; persuadebit unum bonum esse quod honestum, hoc nec remitti nec intendi posse, non magis quam regulam qua rectum probari solet flectes. Quidquid ex illa mutaveris iniuria est recti.	(19) То мужество, которым часто преисполняются благородные по задаткам юноши, когда их поражает красота какого-нибудь подвига, так что они готовы презреть все случайное, - его внушит нам и подарит мудрость. Она убедит нас, что только честное есть благо, что оно не может ни убавиться, ни прибавиться, - также как нельзя согнуть мерило, которым проверяют прямизну. Что ты в нем ни изменишь, все повредит прямизне.
[20] Idem ergo de virtute dicemus: et haec recta est, flexuram non recipit; [rigidari quidem amplius intendi potest]. Haec de omnibus rebus iudicat, de hac nulla. Si rectior ipsa non potest fieri, ne quae ab illa quidem fiunt alia aliis rectiora sunt; huic enim necesse est respondeant; ita paria sunt.	(20) То же самое мы скажем о добродетели: и она пряма, согнуть ее нельзя; стать тверже она может, вырасти - нет. Она судит обо всем, ей никто не судья. И как она сама не может стать прямей, так то, что делается в соответствии с нею, не бывает одно прямее другого: ведь все вымерено по ней и, значит, одинаково.
[21] 'Quid ergo?' inquis 'iacere in convivio et torqueri paria sunt?' Hoc mirum videtur tibi? illud licet magis admireris: iacere in convivio malum est, iacere in eculeo bonum est, si illud turpiter, hoc honeste fit. Bona ista aut mala non efficit materia sed virtus; haec ubicumque apparuit, omnia eiusdem mensurae ac pretii sunt.	(21) Ты скажешь: "Значит, все равно, лежать ли на пиру, или под пыткой?" - Это кажется тебе удивительным? Ну что ж, удивляйся еще больше: возлежать на пиру - зло, висеть на дыбе благо, если первое постыдно, второе - честно. И то, и другое - благо или зло не само по себе, а в зависимости от добродетели: где она появляется, там все - одной меры и

	цены.
[22] In oculos nunc mihi manus intentat ille qui omnium animum aestimat ex suo, quod dicam paria bona esse honeste iudicantis [et honeste periclitantis,] quod dicam paria bona esse eius qui triumphat et eius qui ante currum vehitur invictus animo. Non putant enim fieri quidquid facere non possunt; ex infirmitate sua ferunt de virtute sententiam.	(22) Пусть любой, кто о мужестве всех судит по своему собственному, колет мне глаза моими словами о том, что равные блага - стойко вынести бедствия и честно судить об удачах6, что равные блага - справлять триумф и с несломленным духом плестись перед колесницей7. Они мнят, будто и не бывает того, что им самим не под силу, и выносят приговор добродетели, глядя на собственную немощь.
[23] Quid miraris si uri, vulnerari, occidi, alligari iuvat, aliquando etiam libet? Luxurioso frugalitas poena est, pigro supplicii loco labor est, delicatus miseretur industrii, desidioso studere torqueri est: eodem modo haec ad quae omnes imbecilli sumus dura atque intoleranda credimus, obliti quam multis tormentum sit vino carere aut prima luce excitari. Non ista difficilia sunt natura, sed nos fluvidi et enerves.	(23) Надо ли удивляться тому, что порой нам приятны и даже милы и огонь, и раны, и смерть, и цепи? Для привыкшего к роскоши воздержность - наказанье; для ленивца труд - пытка; избалованный жалеет деятельного; для празднолюбца усердье - мука. Так и все мы то, что нам не по плечу, считаем непереносимо трудным, забывая, что для многих мученье - остаться без вина или просыпаться на рассвете. Не так трудно все это по природе, как мы сами хилы и бессильны.
[24] Magno animo de rebus magnis iudicandum est; alioqui videbitur illarum vitium esse quod nostrum est. Sic quaedam rectissima, cum in aquam demissa sunt, speciem curvi praefractique visentibus reddunt. Non tantum quid videas, sed quemadmodum, refert: animus noster ad vera perspicienda caligat.	(24) Чтобы судить о всяких делах, нужно величие духа, а не то мы припишем им наши пороки. Так прямые предметы, погруженные в воду, кажутся взгляду искривленными и переломленными. Важно не только то, что ты видишь, но и как: наша душа видит слишком смутно, чтобы разглядеть истину.
[25] Da mihi adulescentem incorruptum et ingenio vegetum: dicet fortunatiorem sibi videri qui omnia rerum adversarum onera rigida cervice sustollat, qui supra fortunam exstet. Non est mirum in tranquillitate non concuti: illud mirare, ibi extolli aliquem ubi omnes deprimuntur, ibi stare ubi omnes iacent.	(25) Дай мне неиспорченного юношу живого нрава - и он скажет, что ему представляется самым счастливым тот, кто не согнется, подняв на плечи груз бедствий, кто возвысился над фортуной. Ничего удивительного быть безмятежным среди спокойствия; удивляйся, если кто поднимает голову там, где все поникают, стоит там, где все лежат.
[26] Quid est in tormentis, quid est in aliis quae adversa appellamus mali? hoc, ut opinor, succidere mentem et incurvari et succumbere. Quorum nihil	(26) Много ли зла в пытках, во всем, что мы называем бедствиями? На мой взгляд, только одно: они подрезают наш дух, сгибают его, придавливают;

sapienti viro potest evenire: stat rectus sub quolibet pondere. Nulla illum res minorem facit; nihil illi eorum quae ferenda sunt displicet. Nam quidquid cadere in hominem potest in se cecidisse non queritur. Vires suas novit; scit se esse oneri ferendo.	но с мужем мудрым этого быть не может. Он ни под какой тяжестью не согнется, ничто не сделает его ниже, и все, что приходится сносить, будет ему по нраву. Ибо он не жалуется, когда на его долю выпадает что-нибудь из того, что может выпасть человеку. Он знает свои силы, знает, что должен носить тяжести.
[27] Non educo sapientem ex hominum numero nec dolores ab illo sicut ab aliqua rupe nullum sensum admittente summoveo. Memini ex duabus illum partibus esse compositum: altera est irrationalis, haec mordetur, uritur, dolet; altera rationalis, haec inconcussas opiniones habet, intrepida est et indomita. In hac positum est summum illud hominis bonum. Antequam impleatur, incerta mentis volutatio est; cum vero perfectum est, immota illi stabilitas est.	(27) Я не исключаю мудреца из числа людей, не утверждаю, что он чужд боли, словно бесчувственная скала. Я не забываю, что и он сложен из двух частей: одна из них чужда разума - она чувствует терзания, ожоги, боль; другая - разумная, и она тверда в своих мнениях, бестрепетна, непобедима. В ней-то и заключено высшее благо человека; пока оно не достигло полноты, дух колеблется в нерешительности, когда оно станет совершенным, дух делается спокойным и недвижимым.
[28] Itaque inchoatus et ad summa procedens cultorque virtutis, etiam si appropinquat perfecto bono sed ei nondum summam manum imposuit, ibit interim cessim et remittet aliquid ex intentione mentis; nondum enim incerta transgressus est, etiam nunc versatur in lubrico. Beatus vero et virtutis exactae tunc se maxime amat cum fortissime expertus est, et metuenda ceteris, si alicuius honesti officii pretia sunt, non tantum fert sed amplexatur multoque audire mavult 'tanto melior' quam 'tanto felicior'.	(28) Начинающий - тот, кто стремится к высшему благу и чтит добродетель, - даже если приблизился к совершенному благу, но еще не дошел до конца, может порой остановиться и ослабить напряжение духа, ибо еще не миновал полосы нерешительности и остается на скользкой почве. А кто блажен, в ком добродетель совершенна, любит себя тем больше, чем смелее пройдет через испытания, и страшное для всех прочих не только выдерживает, если этой ценою честно выпол няется долг, но и принимает с радостью, предпочитая слышать о себе "вот храбрец!", чем "вот счастливец!"
[29] Venio nunc illo quo me vocat exspectatio tua. Ne extra rerum naturam vagari virtus nostra videatur, et tremet sapiens et dolebit et expallescet; hi enim omnes corporis sensus sunt. Ubi ergo calamitas, ubi illud malum verum est? illic scilicet, si ista animum detrahunt, si ad confessionem servitutis adducunt, si illi paenitentiam sui faciunt.	(29) Теперь перейду к тому, куда зовет меня твое ожидание. Не думай, будто наша добродетель витает за пределами природы: нет, мудрец и задрожит, и побледнеет, и боль почувствует; ведь все это ощущения тела. Но где бедствие? Где истинное зло? Там, конечно, где тяготы заставляют пасть духом, признать себя рабом, раскаяться в том, что ты таков.

[30] Sapiens quidem vincit virtute fortunam, at multi professi sapientiam levissimis nonnumquam minis exterriti sunt. Hoc loco nostrum vitium est, qui idem a sapiente exigimus et a proficiente. Suadeo adhuc mihi ista quae laudo, nondum persuadeo; etiam si persuasissem, nondum tam parata haberem aut tam exercitata ut ad omnes casus procurrerent.	(30) Мудрец побеждает фортуну добродетелью; но скольких мудрецов по ремеслу страшит малейшая угроза! В этом и есть наша ошибка: всего, что сказано о мудром, мы требуем от начинающих. Что я хвалю, в том хочу убедить себя, но еще не убедил; а если бы и убедил, все равно дух мой не настолько закален, чтобы с готовностью идти против всех превратностей.
[31] Quemadmodum lana quosdam colores semel ducit, quosdam nisi saepius macerata et recocta non perbibit, sic alias disciplinas ingenia, cum accepere, protinus praestant: haec, nisi alte descendit et diu sedit et animum non coloravit sed infecit, nihil ex iis quae promiserat praestat.	(31) Как шерсть одну краску впитывает сразу, другую - только когда долго мокнет и варится в ней, так одни учения ум удерживает, едва восприняв, а это учение, если не проникло глубоко и надолго, если не окрасило, а только испачкала душу, не даст ей ничего из обещанного.
[32] Cito hoc potest tradi et paucissimis verbis: unum bonum esse virtutem, nullum certe sine virtute, et ipsam virtutem in parte nostri meliore, id est rationali, positam. Quid erit haec virtus? iudicium verum et immotum; ab hoc enim impetus venient mentis, ab hoc omnis species quae impetum movet redigetur ad liquidum.	(32) Преподать его можно быстро и в немногих словах: есть одно благо - добродетель, и помимо нее благ нет; добродетель заключена в лучшей, то есть разумной, части нашего существа. Что же такое эта добродетель? Истинное и непоколебимое суждение; от него душа получает все побуждения, через него становятся ясны все те видимости, от которых побуждения исходят.
[33] Huic iudicio consentaneum erit omnia quae virtute contacta sunt et bona iudicare et inter se paria. Corporum autem bona corporibus quidem bona sunt, sed in totum non sunt bona; his pretium quidem erit aliquod, ceterum dignitas non erit; magnis inter se intervallis distabunt: alia minora, alia maiora erunt.	(33) Держаться этого суждения - значит считать все, к чему причастна добродетель, благом, а все блага - равными. Телесные блага суть блага для тела, а не блага во всем. В них есть своя ценность, но благородства в них нет, и между собою они далеко не равны: одни бывают больше, другие меньше.
[34] Et in ipsis sapientiam sectantibus magna discrimina esse fateamur necesse est: alius iam in tantum profecit ut contra fortunam audeat attollere oculos, sed non pertinaciter - cadunt enim nimio splendore praestricti -, alius in tantum ut possit cum illa conferre vultum, nisi iam pervenit ad summum et fiduciae plenus est.	(34) И между приверженцами мудрости есть большие различия - этого невозможно не признать. Один преуспел лишь настолько, что осмеливается взглянуть в лицо судьбе, но ее взгляда не выдерживает и опускает глаза, ослепленные блеском; другой настолько, что ему под силу сойтись с ней лицом к лицу, - если он достиг вершины и не знает сомнений.

[35] Imperfecta necesse est labent et modo prodeant, modo sublabantur aut succidant. Sublabentur autem, nisi ire et niti perseveraverint; si quicquam ex studio et fideli intentione laxaverint, retro eundum est. Nemo profectum ibi invenit ubi reliquerat.	(35) Несовершенное не может быть стойким: оно то движется вперед, то оскользается и никнет. Пусть оскользаются, лишь бы шли вперед и не оставляли стараний; но стоит ослабить неустанное рвение, перестать напрягаться - и поневоле пойдешь назад. Отступившись, не вернешься к достигнутому. Так будем усердны и упорны!
[36] Instemus itaque et perseveremus; plus quam profligavimus restat, sed magna pars est profectus velle proficere. Huius rei conscius mihi sum: volo et mente tota volo. Te quoque instinctum esse et magno ad pulcherrima properare impetu video. Properemus: ita demum vita beneficium erit; alioquin mora est, et quidem turpis inter foeda versantibus. Id agamus ut nostrum omne tempus sit; non erit autem, nisi prius nos nostri esse coeperimus.	(36) Пусть кое с чем мы сладили, но остается еще больше. Однако немалая часть успеха желание преуспеть. Это я знаю твердо, а потому и хочу, хочу всей душой. И тебя, я вижу, подстегивает то же самое желание, так что ты неудержимо спешишь к самому прекрасному. Поспешим вместе! Только так жизнь будет благодеянием, а не то жить - значит терять время, постыдно мешкая среди всяческой мерзости. Добьемся же, чтобы время принадлежало нам. Но этому не бывать, покуда мы сами не будем принадлежать себе.
[37] Quando continget contemnere utramque fortunam, quando continget omnibus oppressis affectibus et sub arbitrium suum adductis hanc vocem emittere 'vici'? Quem vicerim quaeris? Non Persas nec extrema Medorum nec si quid ultra Dahas bellicosum iacet, sed avaritiam, sed ambitionem, sed metum mortis, qui victores gentium vicit. Vale.	(37) Когда удастся нам презреть и вражду, и милость фортуны? Когда посчастливится нам, подавив и подчинив своей власти всякую страсть, воскликнуть: "Я победил!" - Кого, - спросишь ты? - Не персов, не далеких мидийцев, не живущие дальше дагов8 воинственные племена, если есть такие, - но скупость, но честолюбие, но страх смерти, которыми бывали побеждены победители народов. Будь здоров.

LXXII

[1] Quod quaeris a me liquebat mihi - sic rem edidiceram - per se; sed diu non retemptavi memoriam meam, itaque non facile me sequitur. Quod evenit libris situ cohaerentibus, hoc evenisse mihi sentio: explicandus est animus et quaecumque apud illum deposita sunt subinde excuti debent, ut parata sint quotiens usus exegerit. Ergo hoc in praesentia differamus;	(1) То, о чем ты меня спрашиваешь, было ясно мне само собою, когда я это дело изучал. Но давно уже я не упражнял память, и она с трудом меня слушается. Со мной, я чувствую, случилось то же, что бывает с книгами, слипшимися от долгого лежания; надо расправить душу и время от времени перетряхивать то, что в ней накопилось, чтобы оно было наготове в

multum enim operae, multum diligentiae poscit. Cum primum longiorem eodem loco speravero moram, tunc istud in manus sumam.	любой миг, когда потребуется. Так что покуда я отложу ответ: на него нужно потратить много труда и стараний. Я возьмусь за это дело, когда у меня будет надежда посидеть подольше на месте.
[2] Quaedam enim sunt quae possis et in cisio scribere, quaedam lectum et otium et secretum desiderant. Nihilominus his quoque occupatis diebus agatur aliquid et quidem totis. Numquam enim non succedent occupationes novae: serimus illas, itaque ex una exeunt plures. Deinde ipsi nobis dilationem damus: 'cum hoc peregero, toto animo incumbam' et 'si hanc rem molestam composuero, studio me dabo'.	(2) Есть вещи, о ко" торых можно писать и в двуколке; а есть такие, что требуют ложа, досуга, уединенья. И все-таки даже в те дни, когда ты завален делами, нужно чем-то заниматься - и заниматься весь день. Ведь не бывает так, чтобы не возникали все новые дела, - мы сами сеем их, так что из одного вырастает несколько, а потом сами же даем себе отсрочку. - "Когда я закончу то-то, тогда налягу всеми силами; когда улажу эту неприятность, тогда и предамся ученым занятиям". -
[3] Non cum vacaveris philosophandum est, sed ut philosopheris vacandum est; omnia alia neglegenda ut huic assideamus, cui nullum tempus satis magnum est, etiam si a pueritia usque ad longissimos humani aevi terminos vita producitur. Non multum refert utrum omittas philosophiam an intermittas; non enim ubi interrupta est manet, sed eorum more quae intenta dissiliunt usque ad initia sua recurrit, quod a continuatione discessit. Resistendum est occupationibus, nec explicandae sed summovendae sunt. Tempus quidem nullum est parum idoneum studio salutari; atqui multi inter illa non student propter quae studendum est.	(3) Нет, философии нельзя отдавать один лишь досуг - надо всем пренебречь ради усердия к ней, для которой никакого времени не хватит, хотя бы наша жизнь и продлилась до крайнего срока, отпущенного людям. Бросишь ли ты философию на время или насовсем - разницы нет: она не останется там, где ты прервал занятия, - нет, как распрямляется сжатое силой, так возвращается к самому началу все, что не движется непрерывно вперед. Нужно сопротивляться делам и не распределять их, а устранять. Не бывает времени, неподходящего для спасительных занятий, хотя многие оставляют их из-за тех дел, ради которых и нужны занятия.
[4] 'Incidet aliquid quod impediat.' Non quidem eum cuius animus in omni negotio laetus atque alacer est: imperfectis adhuc interscinditur laetitia, sapientis vero contexitur gaudium, nulla causa rumpitur, nulla fortuna; semper et ubique tranquillus est. Non enim ex alieno pendet nec favorem fortunae aut hominis exspectat. Domestica illi felicitas est; exiret ex animo si intraret: ibi nascitur.	(4) "Но случается, что-нибудь и мешает". - Мешает, да не тому, чья душа при любых хлопотах радостна и окрылена. Веселье не достигших совершенства прерывается, радость мудреца постоянна, ее не прервет никакая причина, никакая судьба. Мудрый всегда и везде спокоен. Ведь он от чужого не зависит и не ждет милости ни от фортуны, ни от людей. Счастье у него как дома: будь это счастье в его душе пришлым, оно бы и ушло оттуда, но ведь оно в ней и

	родилось.
[5] Aliquando extrinsecus quo admoneatur mortalitatis intervenit, sed id leve et quod summam cutem stringat. Aliquo, inquam, incommodo afflatur; maximum autem illud bonum fixum est. Ita dico, extrinsecus aliqua sunt incommoda, velut in corpore interdum robusto solidoque eruptiones quaedam pustularum et ulcuscula, nullum in alto malum est.	(5) Иногда подступает извне нечто, напоминающее о неминуемой смерти, - но лишь слегка задевает поверхность кожи. Какая-нибудь неприятность, повторяю, обдаст его своим дыханьем, но величайшее его благо непоколебимо. Итак, все неприятное остается вовне: так порой на здоровом, крепком теле вскакивают прыщи или язвочки, но внутри нет никакой болезни.
[6] Hoc, inquam, interest inter consummatae sapientiae virum et alium procedentis quod inter sanum et ex morbo gravi ac diutino emergentem, cui sanitatis loco est levior accessio: hic nisi attendit, subinde gravatur et in eadem revolvitur, sapiens recidere non potest, ne incidere quidem amplius. Corpori enim ad tempus bona valetudo est, quam medicus, etiam si reddidit, non praestat - saepe ad eundem qui advocaverat excitatur: [animus] semel in totum sanatur.	(6) Между достигшим мудрости и идущим к ней та же, повторяю, разница, что между здоровым и оправляю щимся от долгой и тяжелой болезни, у которого нет еще здоровья, а есть облегчение недуга. Не будет он внимателен - наступит ухудшение, и все начнется сначала. А мудрец не может ни заболеть снова, ни занемочь тяжелее. Телу здоровье дается на время, врач, если и вернет его, то не навсегда, и часто врача зовут к тому же, к кому приглашали прежде. А душа излечивается раз навсегда.
[7] Dicam quomodo intellegas sanum: si se ipse contentus est, si confidit sibi, si scit omnia vota mortalium, omnia beneficia quae dantur petunturque, nullum in beata vita habere momentum. Nam cui aliquid accedere potest, id imperfectum est; cui aliquid abscedere potest, id imperpetuum est: cuius perpetua futura laetitia est, is suo gaudeat. Omnia autem quibus vulgus inhiat ultro citroque fluunt: nihil dat fortuna mancipio. Sed haec quoque fortuita tunc delectant cum illa ratio temperavit ac miscuit haec est quae etiam externa commendet, quorum avidis usus ingratus est.	(7) Я скажу тебе, как распознать здорового: он доволен собою, доверяет себе, знает, что для блаженной жизни ничего не дают ни все молитвы смертных, ни те благодеяния, которые оказывают, которых добиваются. Ведь все, к чему можно прибавить, несовершенно, от чего можно отнять, не вечно; а кому нужна вечная радость, тот пусть радуется только своему. Все, на что зарится толпа, притекает и утекает; фортуна ничего не дает во владение, но и преходящие ее дары приятны лишь тогда, когда разум их приправит и смешает: ведь это он умеет придавать вкус даже тем внешним благам, которые невкусно поглощать с жадностью.
[8] Solebat Attalus hac imagine uti: 'vidisti aliquando canem missa a domino frusta panis aut carnis aperto ore captantem? quidquid excepit protinus integrum devorat et semper ad spem venturi hiat. Idem evenit	(8) Аттал часто приводил такое сравнение: "Видел ты когда-нибудь, как собаки ловят на лету куски хлеба или мяса, брошенный хозяином? А что поймает, она сразу заглатывает целиком и снова разевает пасть в

nobis: quidquid exspectantibus fortuna proiecit, id sine ulla voluptate demittimus statim, ad rapinam alterius erecti et attoniti.' Hoc sapienti non evenit: plenus est; etiam si quid obvenit, secure excipit ac reponit; laetitia fruitur maxima, continua, sua.	надежде на будущее. Так же и мы: если фортуна что и бросит нам, насторожившимся в ожиданье, - мы и то проглатываем без всякого удовольствия и снова стоим, навострив уши и готовые схватить". С мудрым такого не бывает: он всегда сыт. А если ему и попадется что-нибудь, он берет спокойно и откладывает в сторону. Он наслаждается величайшей, постоянной и незаемной радостью.
[9] Habet aliquis bonam voluntatem, habet profectum, sed cui multum desit a summo: hic deprimitur alternis et extollitur ac modo in caelum allevatur, modo defertur ad terram. Imperitis ac rudibus nullus praecipitationis finis est; in Epicureum illud chaos decidunt, inane sine termino.	(9) А если кто и полон доброй воли, и сделал успехи, но еще далеко не дошел до вершины, тот попеременно то возносится, то падает духом, то поднимается к небесам, то стелется по земле. Тяжело нагруженные и неопытные падают бесконечно, летят, словно в беспредельную пустоту Эпикурова хаоса.
[10] Est adhuc genus tertium eorum qui sapientiae alludunt, quam non quidem contigerunt, in conspectu tamen et, ut ita dicam, sub ictu habent: hi non concutiuntur, ne defluunt quidem; nondum in sicco, iam in portu sunt.	(10) Но есть и третий род людей: они уже совсем подошли к мудрости, и хотя не достигли ее, но она у них перед глазами, до нее рукой подать. Такие уже не будут поколеблены, не отойдут вспять: они хоть и не на суше, но уже в гавани.
[11] Ergo cum tam magna sint inter summos imosque discrimina, cum medios quoque sequatur fluctus suus, sequatur ingens periculum ad deteriora redeundi, non debemus occupationibus indulgere. Excludendae sunt: si semel intraverint, in locum suum alias substituent. Principiis illarum obstemus: melius non incipient quam desinent. Vale.	(11) Вот и выходит: если так велика разница между взошедшими к вершине и оставшимися внизу, если даже достигшие середины не только получают плоды, но и рискуют скатиться вниз 1, то мы не должны давать простор делам. И нельзя допускать их к себе: стоит войти одному - и оно приведет на свое место сотню других. Поставим же им преграду в самом истоке! Лучше пусть не начинаются, чем прекратятся. Будь здоров.

LXXIII

[1] Errare mihi videntur qui existimant philosophiae fideliter deditos contumaces esse ac refractarios, contemptores magistratuum aut regum eorumve per quos publica administrantur. Ex contrario enim nulli adversus illos gratiores sunt, nec	(1) По-моему, ошибаются те, кто полагает, будто верные приверженцы философии из непокорности и упрямства презирают должностных лиц и царей, словом, всех, кто управляет общественными делами. Наоборот, ни кто не чувствует к ним

immerito; nullis enim plus praestant quam quibus frui tranquillo otio licet.	такой благодарности, и недаром: никто не получает от них больше тех, кому они дают покой и досуг.
[2] Itaque ii quibus multum ad propositum bene vivendi confert securitas publica necesse est auctorem huius boni ut parentem colant, multo quidem magis quam illi inquieti et in medio positi, qui multa principibus debent sed multa et imputant, quibus numquam tam plene occurrere ulla liberalitas potest ut cupiditates illorum, quae crescunt dum implentur, exsatiet. Quisquis autem de accipiendo cogitat oblitus accepti est, nec ullum habet malum cupiditas maius quam quod ingrata est.	(2) Поэтому люди, чья высокая цель - жить праведно - недостижима без общего спокойствия в государстве, непременно будут чтить как отца подателя этого блага - куда больше, чем те не знающие покоя в гуще дел, которые многим обязаны правителю, но во многом его и винят, и чью жадность, возрастающую по мере насыщения, не утолит никакая щедрость. Кто думает, как бы получить, забывает о полученном, и самый гнусный порок жадных - неблагодарность.
[3] Adice nunc quod nemo eorum qui in re publica versantur quot vincat, sed a quibus vincatur, aspicit; et illis non tam iucundum est multos post se videre quam grave aliquem ante se. Habet hoc vitium omnis ambitio: non respicit. Nec ambitio tantum instabilis est, verum cupiditas omnis, quia incipit semper a fine.	(3) К тому же любой из причастных к делам государства смотрит не на то, скольких сам побеждает, а на тех, кто может его победить; для этих не так радостно видеть многих у себя за спиной, как горько глядеть хоть на одного, бегущего впереди. Это общий порок честолюбцев: они не оглядываются. И не только честолюбие не знает покоя, но и вообще алчность: всякий конец для нее - лишь начало.
[4] At ille vir sincerus ac purus, qui reliquit et curiam et forum et omnem administrationem rei publicae ut ad ampliora secederet, diligit eos per quos hoc ei facere tuto licet solusque illis gratuitum testimonium reddit et magnam rem nescientibus debet. Quemadmodum praeceptores suos veneratur ac suspicit quorum beneficio illis inviis exit, sic et hos sub quorum tutela positus exercet artes bonas.	(4) А человек чистосердечный и порядочный, который покинул курию и форум и отошел от государственных дел ради дел более важных, любит тех, чья охрана дает ему такую возможность, и только он один безвозмездно свидетельствует им свою благодарность за великую услугу, оказанную неведомо для них самих. И те, под чьей защитой занимается он благородными искусствами, чтимы и уважаемы им не меньше, чем наставники, чьим благодеянием мог он выйти из тупика. -
[5] 'Verum alios quoque rex viribus suis protegit.' Quis negat? Sed quemadmodum Neptuno plus debere se iudicat ex iis qui eadem tranquillitate usi sunt qui plura et pretiosiora illo mari vexit, animosius a mercatore quam a vectore solvitur votum et ex	(5) "Но ведь и других царь защищает своей силой". - Кто с этим спорит? Но как из всех, кому на пользу морская тишь, больше всего считает себя обязанным Нептуну тот, кто больше вез и чей товар ценней, как ревностней исполняет обет купец, чем

ipsis mercatoribus effusius ratus est qui odores ac purpuras et auro pensanda portabat quam qui vilissima quaeque et saburrae loco futura congesserat, sic huius pacis beneficium ad omnis pertinentis altius ad eos pervenit qui illa bene utuntur.	путешественник, а из купцов щедрее благодарность того, кто вез идущие на вес золота благовония и пурпур, нежели того, чьи товары стоят не дороже корабельного балласта, - так и благодеянье мирной жизни, оказанное всем, глубже чувствует муж, который пользуется ею во благо.
[6] Multi enim sunt ex his togatis quibus pax operosior bello est: an idem existimas pro pace debere eos qui illam ebrietati aut libidini impendunt aut aliis vitiis quae vel bello rumpenda sunt? Nisi forte tam iniquum putas esse sapientem ut nihil viritim se debere pro communibus bonis iudicet. Soli lunaeque plurimum debeo, et non uni mihi oriuntur; anno temperantique annum deo privatim obligatus sum, quamvis nihil in meum honorem *** discripta sint.	(6) Ведь среди облаченных в тогу немало таких, для кого мир хлопотнее войны. Или, по-твоему, так же обязаны подателю мира те, кто тратит мирное время на пьянство, и блуд. и другие беспутства, которым надо положить конец даже ценою войны? Неужели, ты полагаешь, мудрец до того несправедлив, что не считает лично себя обязанным за благодеяние, оказанное всем? Я обязан и солнцу, и луне - а они не для меня одного восходят; я благодарен году и божеству, управляющему его временами, - хотя все это устроено не в мою честь.
[7] Stulta avaritia mortalium possessionem proprietatemque discernit nec quicquam suum credit esse quod publicum est; at ille sapiens nihil magis suum iudicat quam cuius illi cum humano genere consortium est. Nec enim essent ista communia, nisi pars illorum pertineret ad singulos; socium efficit etiam quod ex minima portione commune est.	(7) Только глупая жадность смертных различает владенье и собственность и не считает своим принадлежащее всем. А мудрый считает своим больше всего то, чем владеет сообща с человеческим родом. Ведь оно не было бы общим, если бы каждый не имел своей доли, и как бы эта доля ни была мала. каждый становится соучастником.
[8] Adice nunc quod magna et vera bona non sic dividuntur ut exiguum in singulos cadat: ad unumquemque tota perveniunt. E congiario tantum ferunt homines quantum in capita promissum est; epulum et visceratio et quidquid aliud manu capitur discedit in partes: at haec individua bona, pax et libertas, ea tam omnium tota quam singulorum sunt.	(8) К тому же великие и подлинные блага делятся не так. что на душу приходится лишь ничтожная часть: нет. каждому достается все целиком. Из предназначенного к раздаче люди уносят столько, сколько обещано на одного; угощение и даровое мясо и все. что можно взять в руки. расходится по частям; а вот неделимые блага - свобода, мир - целиком принадлежат и всем вместе, и каждому в отдельности.
[9] Cogitat itaque per quem sibi horum usus fructusque contingat, per quem non ad arma illum nec ad servandas vigilias nec ad tuenda moenia et	(9) Мудрец помнит, благодаря кому пользуется их плодами, благодаря кому общественная необходимость не призывает его к оружию, к несению

multiplex belli tributum publica necessitas vocet, agitque gubernatori suo gratias. Hoc docet philosophia praecipue, bene debere beneficia, bene solvere; interdum autem solutio est ipsa confessio.	стражи, к охране стен и ко всем многочисленным военным трудам, и он благодарен своему кормчему. Тому и учит философия: быть благодарным за благодеяния и платить за них благом; но порой сама признательность служит платой.
[10] Confitebitur ergo multum se debere ei cuius administratione ac providentia contingit illi pingue otium et arbitrium sui temporis et imperturbata publicis occupationibus quies.	(10) Значит, мудрый не станет отрицать, сколь многим он обязан тому, чье управление и попечение даруют ему щедрый досуг, и право распоряжаться своим временем, и покой, не нарушаемый общественными обязанностями.
O Meliboee, deus nobis haec otia fecit; namque erit ille mihi semper deus.	*О Мелибей, мне бог даровал такие досуги,* *Ибо всегда для меня он будет богом...*
[11] Si illa quoque otia multum auctori suo debent quorum munus hoc maximum est,	(11) Если говорящий так многим обязан за этот досуг, наивысший дар которого - в том, что
	Он и коровам моим пастись, как видишь, позволил, *И самому мне играть, что хочу, на сельской тростинке,*
quanti aestimamus hoc otium quod inter deos agitur, quod deos facit?	то во сколько же оценить нам досуг, проводимый среди богов и нас самих делающий богами?
[12] Ita dico, Lucili, et te in caelum compendiario voco. Solebat Sextius dicere Iovem plus non posse quam bonum virum. Plura Iuppiter habet quae praestet hominibus, sed inter duos bonos non est melior qui locupletior, non magis quam inter duos quibus par scientia regendi gubernaculum est meliorem dixeris cui maius speciosiusque navigium est.	(12) Так я утверждаю, Луцилий, и зову тебя к небесам кратчайшей дорогой. Секстий часто говорил: "Юпитер может не больше, чем муж добра". У Юпитера есть много такого, что посылает он людям; но из двух мужей добра не будет лучшим тот, который богаче, как из двух одинаково искусных в обращении с кормилом не назовешь лучшим того, чей корабль больше и наряднее.
[13] Iuppiter quo antecedit virum bonum? diutius bonus est: sapiens nihilo se minoris aestimat quod virtutes eius spatio breviore cluduntur. Quemadmodum ex duobus sapientibus qui senior decessit non est beatior eo cuius intra pauciores annos terminata virtus est, sic deus non vincit sapientem felicitate, etiam si vincit aetate; non est virtus maior quae longior.	(13) Чем Юпитер превосходит добродетельного человека? Он добродетелен дольше. Мудрый ценит себя ничуть не ниже оттого, что его добродетелям отмерено недолгое поприще. Так из двух мудрецов умерший в старости не блаженнее того, чья добродетель была ограничена немногими годами; так и бог берет над мудрецом верх не счастьем, а долгим веком.

[14] Iuppiter omnia habet, sed nempe aliis tradidit habenda: ad ipsum hic unus usus pertinet, quod utendi omnibus causa est: sapiens tam aequo animo omnia apud alios videt contemnitque quam Iuppiter et hoc se magis suspicit quod Iuppiter uti illis non potest, sapiens non vult.	(14) Не та добродетель больше, что жила дольше. Юпитер всем владеет, - но все отдает другим во владение. И одним только правом пользуется он один быть подателем всего, чем пользуются люди. Мудрый с таким же презрительным спокойствием видит все в чужих руках, как и сам Юпитер, и ценит себя еще выше потому, что Юпитер не может всем этим пользоваться, а мудрец не хочет.
[15] Credamus itaque Sextio monstranti pulcherrimum iter et clamanti 'hac	(15) Поверим же Секстию, указывающему прекраснейший путь и восклицающему:
itur ad astra,	*"Так восходят до звезд!*
hac secundum frugalitatem, hac secundum temperantiam, hac secundum fortitudinem'. Non sunt dii fastidiosi, non invidi: admittunt et ascendentibus manum porrigunt.	Так, следуя за умеренностью; так, следуя за воздержностью; так, следуя за храбростью!" - Боги не привередливы и не завистливы; они пускают к себе и протягивают руку поднимающимся.
[16] Miraris hominem ad deos ire? Deus ad homines venit, immo quod est propius, in homines venit: nulla sine deo mens bona est. Semina in corporibus humanis divina dispersa sunt, quae si bonus cultor excipit, similia origini prodeunt et paria iis ex quibus orta sunt surgunt: si malus, non aliter quam humus sterilis ac palustris necat ac deinde creat purgamenta pro frugibus. Vale.	(16) Ты удивляешься, что человек идет к богам? Но и бог приходит к людям и даже - чего уж больше? - входит в людей. Нет благомыслия без бога. В человеческое тело заброшены божественные семена; если их примет добрый землепашец, взойдет то, что посеяно, и урожай будет под стать семени, из которого возрос; а если дурной, - они умрут, как в бесплодной болотистой почве, и взойдут сорняки вместо злаков. Будь здоров.

LXXIV

[1] Epistula tua delectavit me et marcentem excitavit; memoriam quoque meam, quae iam mihi segnis ac lenta est, evocavit. Quidni tu, mi Lucili, maximum putes instrumentum vitae beatae hanc persuasionem unum bonum esse quod honestum est? Nam qui alia bona iudicat in fortunae venit potestatem, alieni arbitrii fit: qui omne bonum honesto circumscripsit intra se felix [est].	(1) Твое письмо и обрадовало меня, и ободрило в моей вялости, и еще разбудило мою память, теперь неповоротливую и ленивую. Неужели ты, мой Луцилий, сомневаешься в том, что наилучшее средство достичь блаженной жизни - это убежденье в одном: только то благо, что честно? Кто считает благом нечто иное, переходит под власть фортуны и зависит от чужого произвола; а кто ограничил благо пределами честности, - у того счастье в нем самом.
[2] Hic amissis liberis maestus, hic	(2) Одного печалит утрата детей,

sollicitus aegris, hic turpibus et aliqua sparsis infamia tristis; illum videbis alienae uxoris amore cruciari, illum suae; non deerit quem repulsa distorqueat; erunt quos ipse honor vexet.	другого тревожат их болезни, третьего мучит их позор или обида, им нанесенная. Того изводит любовь к чужой жене, этого - к своей собственной; найдутся и такие, кого терзает провал на выборах, и такие, кому сама почетная должность не дает покоя.
[3] Illa vero maxima ex omni mortalium populo turba miserorum quam exspectatio mortis exagitat undique impendens; nihil enim est unde non subeat. Itaque, ut in hostili regione versantibus, huc et illuc circumspiciendum est et ad omnem strepitum circumagenda cervix; nisi hic timor e pectore eiectus est, palpitantibus praecordiis vivitur.	(3) Но самую многолюдную толпу несчастных из числа смертных составят те, кого томит ожидание смерти, отовсюду угрожающей нам, ибо нет такого места, откуда бы она не могла явиться. Вот и выходит, что нам, словно на вражеской земле, надо озираться во все стороны и на всякий шум поворачивать голову. Если не отбросить этот страх, придется жить с трепещущим сердцем.
[4] Occurrent acti in exsilium et evoluti bonis; occurrent, quod genus egestatis gravissimum est, in divitis inopes; occurrent naufragi similiave naufragis passi, quos aut popularis ira aut invidia, perniciosum optimis telum, inopinantis securosque disiecit procellae more quae in ipsa sereni fiducia solet emergere, aut fulminis subiti ad cuius ictum etiam vicina tremuerunt. Nam ut illic quisquis ab igne propior stetit percusso similis obstipuit, sic in his per aliquam vim accidentibus unum calamitas opprimit, ceteros metus, paremque passis tristitiam facit pati posse.	(4) Встретятся нам и сосланные и лишенные достояния, и те, кому мало их богатств, - а это худший род бедности; встретятся и потерпевшие крушение или подобие крушения - те ничего не ожидавшие и уверенные в будущем, кого либо гнев народа, либо зависть, злейшая пагуба лучших людей, стали швырять, словно буря, как раз тогда и налетающая, когда пловцы доверятся ясной погоде, или поразили, словно внезапная молния, приводящая в трепет всех вокруг. Ибо как в грозу всякий, кто стоял ближе к огню, цепенеет наравне с задетым молнией, так и при всяком несущем беду насилии одного поражает несчастье, остальных - страх, и возможность беды печалит их не меньше, чем потерпевшего - беда.
[5] Omnium animos mala aliena ac repentina sollicitant. Quemadmodum aves etiam inanis fundae sonus territat, ita nos non ad ictum tantum exagitamur sed ad crepitum. Non potest ergo quisquam beatus esse qui huic se opinioni credidit. Non enim beatum est nisi quod intrepidum; inter suspecta male vivitur.	(5) Чужие внезапные горести тревожат душу всех свидетелей. Как птиц пугает звук пустой пращи, так мы бежим прочь не только от удара, но и от шума. Не может быть блаженным тот, кто поверил пустому мненью. Ведь нет блаженства без неустрашимости, а жить среди опасений плохо.
[6] Quisquis se multum fortuitis dedit ingentem sibi materiam perturbationis et inexplicabilem fecit: una haec via	(6) Кто больше всего предан случайному, тому не выпутаться из тревог: слишком много поводов к ним

est ad tuta vadenti, externa despicere et honesto esse contentum. Nam qui aliquid virtute melius putat aut ullum praeter illam bonum, ad haec quae a fortuna sparguntur sinum expandit et sollicitus missilia eius exspectat.	он сам для себя создал. Кто хочет прийти в безопасное место, тому одна дорога: презирать все внешнее и довольствоваться тем, что честно. Ведь кто думает о добродетели, будто есть благо больше нее и кроме нее, тот подставляет полу, чтобы поймать брошенную фортуной подачку, и ждет в тревоге, что же она пошлет.
[7] Hanc enim imaginem animo tuo propone, ludos facere fortunam et in hunc mortalium coetum honores, divitias, gratiam excutere, quorum alia inter diripientium manus scissa sunt, alia infida societate divisa, alia magno detrimento eorum in quos devenerant prensa. Ex quibus quaedam aliud agentibus inciderunt, quaedam, quia nimis captabantur, amissa et dum avide rapiuntur expulsa sunt: nulli vero, etiam cui rapina feliciter cessit, gaudium rapti duravit in posterum. Itaque prudentissimus quisque, cum primum induci videt munuscula, a theatro fugit et scit magno parva constare. Nemo manum conserit cum recedente, nemo exeuntem ferit: circa praemium rixa est.	(7) Нарисуй-ка в душе такую картину: фортуна - устроительница игр - осыпает собравшихся смертных почестями, богатствами, милостями; но кое-что пропадает, разорванное расхватывающими руками, кое-что приходится делить с бесчестными сотоварищами, кое-что приносит великий ущерб тем, кому достается; часть оказывается у тех, кому нет до этого дела, часть теряется, потому что расхватывается слишком жадно, или пропадает на стороне, потому что уносится слишком поспешно. И даже удачно хватавшему захваченное не принесет надолго радости. Так что всякий, кто благоразумней других, едва увидев, как вносят подарки, убегает из театра, зная, до чего дорого обходятся пустяки. Никто не сцепится с уходящим врукопашную, никто не ударит удаляющегося: вся свалка - вокруг добычи.
[8] Idem in his evenit quae fortuna desuper iactat: aestuamus miseri, distringimur, multas habere cupimus manus, modo in hanc partem, modo in illam respicimus; nimis tarde nobis mitti videntur quae cupiditates nostras irritant, ad paucos perventura, exspectata omnibus;	(8) Так же обстоит дело и со всем, что с высоты швыряет нам фортуна. Мы, несчастные, бушуем, разрываемся на части, жалеем, что рук только две, оглядываемся то в ту, то в эту сторону. Нам кажется, что дары ее, раззадоривающие наши вожделенья, раздаются слишком поздно и достаются немногим, хоть ждут их все.
[9] ire obviam cadentibus cupimus; gaudemus si quid invasimus invadendique aliquos spes vana delusit; vilem praedam magno aliquo incommodo luimus aut [de] fallimur. Secedamus itaque ab istis ludis et demus raptoribus locum; illi spectent bona ista pendentia et ipsi magis pendeant.	(9) Они падают - мы готовы кинуться к ним; захватим что-нибудь и радуемся, что других обманула пустая надежда; дешевая добыча часто стоит нам большой неприятности или обманывает нас, оставив ни с чем. Так уйдем с этих игр, уступим место хватающим! Пусть они зарятся на эти ненадежные блага, чтобы вся их жизнь стала еще более ненадежной.

[10] Quicumque beatus esse constituet, unum esse bonum putet quod honestum est; nam si ullum aliud existimat, primum male de providentia iudicat, quia multa incommoda iustis viris accidunt, et quia quidquid nobis dedit breve est et exiguum si compares mundi totius aevo.	(10) Кто решил достичь блаженства, тот пусть помнит, что есть одно только благо - честность. А если он видит и другие блага, значит, он плохо думает о провидении, потому что с людьми справедливыми случается много неприятностей и потому, что все, уделяемое нам от него, кратковечно и ничтожно в сравнении с долговечностью всей вселенной.
[11] Ex hac deploratione nascitur ut ingrati divinorum interpretes simus: querimur quod non semper, quod et pauca nobis et incerta et abitura contingant. Inde est quod nec vivere nec mori volumus: vitae nos odium tenet, timor mortis. Natat omne consilium nec implere nos ulla felicitas potest. Causa autem est quod non pervenimus ad illud bonum immensum et insuperabile ubi necesse est resistat voluntas nostra quia ultra summum non est locus.	(11) Вот от таких-то жалоб и получается, что мы оказываемся неблагодарными истолкователями божественной воли. Мы сетуем, что все достается нам и не всегда, и помалу, и не наверняка, и ненадолго. Поэтому ни жить, ни умирать мы не хотим: жизнь нам ненавистна, смерть страшна. Всякий наш замысел шаток, и никакая удача не может нас насытить. А причина в том, что мы еще не достигли неизмеримого и непревзойденного блага, на котором не может не остановиться наше хотение, так как выше вершины нет ничего.
[12] Quaeris quare virtus nullo egeat? Praesentibus gaudet, non concupiscit absentia; nihil non illi magnum est quod satis. Ab hoc discede iudicio: non pietas constabit, non fides, multa enim utramque praestare cupienti patienda sunt ex iis quae mala vocantur, multa impendenda ex iis quibus indulgemus tamquam bonis.	(12) Ты спросишь, почему добродетель ни в чем не нуждается? - Она довольствуется тем, что есть, не жаждет того, чего нет; если есть, сколько нужно, ей не бывает мало. Откажись от этого суждения - и не останется ни благочестия, ни верности. Ведь желающему быть и верным, и благочестивым придется вытерпеть многое из того, что принято называть злом, и пожертвовать многим из того, чему мы привержены как благу.
[13] Perit fortitudo, quae periculum facere debet sui; perit magnanimitas, quae non potest eminere nisi omnia velut minuta contempsit quae pro maximis vulgus optat; perit gratia et relatio gratiae si timemus laborem, si quicquam pretiosius fide novimus, si non optima spectamus.	(13) Погибнет мужество, которое в том и состоит, что мы должны рисковать собою; погибнет благородство, которое только тогда и может возвыситься, когда с презрением сочтет мелким все то, чего толпа желает как самого великого; погибнет благодарность, которую никто не воздаст, если бояться труда, если признавать что-нибудь более ценным, чем верность, и не стремиться к самому лучшему.
[14] Sed ut illa praeteream, aut ista bona non sunt quae vocantur aut	(14) Но перейдем к другому. Либо благо - совсем не то, что так именуется, либо

homo felicior deo est, quoniam quidem quae cara nobis sunt non habet in usu deus; nec enim libido ad illum nec epularum lautitia nec opes nec quicquam ex his hominem inescantibus et vili voluptate ducentibus pertinet. Ergo aut credibile est bona deo deesse aut hoc ipsum argumentum est bona non esse, quod deo desunt.	человек счастливее бога: ведь того, что готово для нас, у бога нет и в заводе; он чужд и похоти, и изысканности пиров, и богатств, и всех этих приманок, завлекающих человека дешевыми наслаждениями. Значит, либо придется поверить, что бог лишен благ, либо это как раз и доказывает, что все, чего лишен бог, не есть благо.
[15] Adice quod multa quae bona videri volunt animalibus quam homini pleniora contingunt. Illa cibo avidius utuntur, venere non aeque fatigantur; virium illis maior est et aequabilior firmitas: sequitur ut multo feliciora sint homine. Nam sine nequitia, sine fraudibus degunt; fruuntur voluptatibus, quas et magis capiunt et ex facili, sine ullo pudoris aut paenitentiae metu.	(15) Прибавь еще одно: то, что хочет прикинуться благом, отпущено животным щедрее, чем людям. Они и прожорливее нас, и неутомимее в любви, и сил у них больше, и здоровье более крепкое и стойкое; следовательно, они намного счастливее человека. Да и живут они, не зная ни низости, ни козней, и наслаждаться они могут больше и легче нас, не опасаясь ни стыда, ни раскаянья.
[16] Considera tu itaque an id bonum vocandum sit quo deus ab homine, [homo ab animalibus] vincitur. Summum bonum in animo contineamus: obsolescit si ab optima nostri parte ad pessimam transit et transfertur ad sensus, qui agiliores sunt animalibus mutis. Non est summa felicitatis nostrae in carne ponenda: bona illa sunt vera quae ratio dat, solida ac sempiterna, quae cadere non possunt, ne decrescere quidem ac minui.	(16) Так рассуди же, можно ли назвать благом то, в чем человек превосходит бога. Высшее благо мы должны хранить в душе; оно лишится всякой цены, если перейдет из лучшей части нашего существа в худшую, если будут полагать его в чувствах, которые у бессловесных животных деятельнее, чем у нас. Нельзя думать, будто плоть - источник высшего нашего счастья. Те блага истинные, которые даются разумом, они и прочны, и постоянны, и не могут ни погибнуть, ни пойти на убыль.
[17] Cetera opinione bona sunt et nomen quidem habent commune cum veris, proprietas [quidem] in illis boni non est; itaque commoda vocentur et, ut nostra lingua loquar, producta. Ceterum sciamus mancipia nostra esse, non partes, et sint apud nos, sed ita ut meminerimus extra nos esse; etiam si apud nos sint, inter subiecta et humilia numerentur propter quae nemo se attollere debeat. Quid enim stultius quam aliquem eo sibi placere quod ipse non fecit?	(17) Прочие же блага мнимые, имя у них то же, что и у благ истинных, но свойств блага в них нет. Их следует именовать "благополучными" или (лучше скажу на нашем языке) "предпочтительными" обстоятельствами и помнить, что они - наши слуги, а не части нас самих; пусть они будут при нас, но нам нельзя забывать, что они вне нас. Даже покуда они при нас, - причислять их надо к вещам второстепенным и незначительным, которыми никто не должен кичиться. Есть ли что глупее, чем гордиться собою по поводу того, к чему сам не приложил рук?

[18] Omnia ista nobis accedant, non haereant, ut si abducentur, sine ulla nostri laceratione discedant. Utamur illis, non gloriemur, et utamur parce tamquam depositis apud nos et abituris. Quisquis illa sine ratione possedit non diu tenuit; ipsa enim se felicitas, nisi temperatur, premit. Si fugacissimis bonis credidit, cito deseritur, et, ut deseratur, affligitur. Paucis deponere felicitatem molliter licuit: ceteri cum iis inter quae eminuere labuntur, et illos degravant ipsa quae extulerant.	(18) Пусть благополучие к нам пришло, - но оно не срослось с нами, так что, если его отнимут, можно потерять его без кровавых ран. Будем пользоваться им, но не похваляться; да и пользоваться будем умеренно, словно доверенным нам достоянием, которое придется вернуть. Неразумный, достигши благополучия, долго его не удержит: ведь счастье, если забыть о мере, само себя душит. Кто поверил мимолетным благам, тот быстро их лишится; а если и не лишится, будет ими раздавлен. Немногим удалось мягко сложить с плеч бремя счастья; большинство падает вместе с тем, что их вознесло, и гибнет под обломками рухнувших опор.
[19] Ideo adhibebitur prudentia, quae modum illis ac parsimoniam imponat, quoniam quidem licentia opes suas praecipitat atque urget, nec umquam immodica durarunt nisi illa moderatrix ratio compescuit. Hoc multarum tibi urbium ostendet eventus, quarum in ipso flore luxuriosa imperia ceciderunt, et quidquid virtute partum erat intemperantia corruit. Adversus hos casus muniendi sumus. Nullus autem contra fortunam inexpugnabilis murus est: intus instruamur; si illa pars tuta est, pulsari homo potest, capi non potest. Quod sit hoc instrumentum scire desideras?	(19) Потому-то и нужно благоразумие, которое указывает меру и учит бережливости, между тем как невоздержность сама спешит разрушить собственное благополучие. Где нет меры, там и срок короток, если только не наложит узды укротитель-разум. Свидетельство этому - судьба многих городов, чья надменная власть пала в полном расцвете, потому что все накопленное добродетелью погубила неумеренность. От таких превратностей и надобно защищаться. Нет стен, непобедимых для фортуны; так возведем укрепления внутри себя! Если здесь все надежно, человека можно осаждать, но нельзя взять приступом. -
[20] Nihil indignetur sibi accidere sciatque illa ipsa quibus laedi videtur ad conservationem universi pertinere et ex iis esse quae cursum mundi officiumque consummant; placeat homini quidquid deo placuit; ob hoc ipsum [se] suaque miretur, quod non potest vinci, quod mala ipsa sub se tenet, quod ratione, qua valentius nihil est, casum doloremque et iniuriam subigit.	(20) Ты хочешь знать, каковы эти укрепленья? - Что бы с тобой ни случилось, не выходи из себя; знай, что все направленное, на первый взгляд, к твоему ущербу, служит сохранению вселенной, что в нем-то как раз и осуществляется положенный миру кругооборот. Что угодно богу, то пусть будет угодно и человеку; пусть он дивится в себе только тому, что смог стать непобедимым и научился попирать всякое зло, что благодаря разуму, сильнее которого нет ничего, подчинил себе превратности, боль и обиду.
[21] Ama rationem! huius te amor	(21) Люби разум - и эта любовь даст

contra durissima armabit. Feras catulorum amor in venabula impingit feritasque et inconsultus impetus praestat indomitas; iuvenilia nonnumquam ingenia cupido gloriae in contemptum tam ferri quam ignium misit; species quosdam atque umbra virtutis in mortem voluntariam trudit: quanto his omnibus fortior ratio est, quanto constantior, tanto vehementius per metus ipsos et pericula exibit.	тебе оружие против жесточайших испытаний. Любовь к детенышу гонит зверя на рогатину, дикость и неразумный порыв делают его неукротимым. Души юно шеи жажда славы полнит презрением к мечам и огню; некоторых призрак и тень добродетели заставляют по своей воле идти на смерть. Но куда более отважен и стоек в сравнении со всем этим разум! И тем решительнее вырвется он из любых страхов и опасностей.
[22] 'Nihil agitis' inquit 'quod negatis ullum esse aliud honesto bonum. non faciet vos haec munitio tutos a fortuna et immunes. Dicitis enim inter bona esse liberos pios et bene moratam patriam et parentes bonos. Horum pericula non potestis spectare securi: perturbabit vos obsidio patriae, liberorum mors, parentum servitus.'	(22) "Это не дело - отрицать всякое благо, кроме честности! Такие валы и рвы не защитят и не укроют вас от ударов фортуны! Вы сами признаете, что к числу благ относятся и преданность детей, и добрые нравы сограждан, и любовь родителей. На грозящие им опасности вы не можете смотреть спокойно: вас не оставят равнодушными смерть детей, сограждане в осаде, родители в рабстве". -
[23] Quid adversus hos pro nobis responderi soleat ponam; deinde tunc adiciam quid praeterea respondendum putem. Alia condicio est in iis quae ablata in locum suum aliquid incommodi substituunt: tamquam bona valetudo vitiata in malam transfert; acies oculorum exstincta caecitate nos afficit; non tantum velocitas perit poplitibus incisis, sed debilitas pro illa subit. Hoc non est periculum in iis quae paulo ante rettulimus. Quare? si amicum bonum amisi, non est mihi pro illo perfidia patienda, nec si bonos liberos extuli, in illorum locum impietas succedit.	(23) Я изложу сперва то, что обычно отвечают на такие возражения в нашу защиту, а потом и то, что, по-моему, следовало бы еще ответить. Одно дело - когда то, чего мы лишаемся, оставляет взамен что-нибудь неприятное: так крепкое здоровье, если его испортить, превращается в болезненность, острое зрение, притупившись, делает нас слепыми; а когда подсечены колени, мы не только теряем проворство, но и делаемся бессильны. Другое дело - все то, что перечислено раньше: тут нам такая опасность не грозит. Почему? Если я потеряю благородного друга, мне не придется взамен страдать от коварства; если я похороню добрых детей, их места не займут бесчестные.
[24] Deinde non amicorum illic aut liberorum interitus sed corporum est. Bonum autem uno modo perit, si in malum transit; quod natura non patitur, quia omnis virtus et opus omne virtutis incorruptum manet. Deinde etiam si amici perierunt, etiam si probati respondentesque voto patris liberi, est quod illorum expleat locum.	(24) И потом - теряем мы не друзей, не детей, но их тела. Человек добра погибает не иначе, как ставши дурным; а этого не допускает природа, потому что и добродетель, и всякое ее творение не знают порчи. И еще, пусть погибли друзья, погибли любимые дети, в которых исполнились молитвы отца, - есть нечто, способное заполнить

Quid sit quaeris? quod illos quoque bonos fecerat, virtus.	пустоту утраты. - Ты спросишь, что это? - То самое, что сделало их достойными: добродетель.
[25] Haec nihil vacare patitur loci, totum animum tenet, desiderium omnium tollit, sola satis est; omnium enim bonorum vis et origo in ipsa est. Quid refert an aqua decurrens intercipiatur atque abeat, si fons ex quo fluxerat salvus est? Non dices vitam iustiorem salvis liberis quam amissis nec ordinatiorem nec prudentiorem nec honestiorem; ergo ne meliorem quidem. Non facit adiectio amicorum sapientiorem, non facit stultiorem detractio; ergo nec beatiorem aut miseriorem. Quamdiu virtus salva fuerit, non senties quidquid abscesserit.	(25) Она не допускает ни пяди пустоты, занимает всю душу, не дает тосковать; ее одной нам довольно, ибо она - суть и начало всех благ. Задерживают ли проточную воду, утекает ли она - разве это важно, если цел ее источник? Ведь если один потерял детей, другой нет, ты не скажешь, будто в жизни второго больше справедливости или больше порядка, больше разумности, больше честности - словом, будто она лучше? Мы не становимся мудрее оттого, что друзей у нас множество, или глупее оттого, что их теряем; а значит, не становимся ни блаженнее, ни несчастнее. Покуда цела добродетель, ты не почувствуешь никакой утраты. -
[26] 'Quid ergo? non est beatior et amicorum et liberorum turba succinctus?' Quidni non sit? Summum enim bonum nec infringitur nec augetur; in suo modo permanet, utcumque fortuna se gessit. Sive illi senectus longa contigit sive citra senectutem finitus est, eadem mensura summi boni est, quamvis aetatis diversa sit.	(26) "Что же, разве не блаженнее окруженный толпою друзей и детей?" - Чем он блаженнее? Ведь высшее благо не знает ни ущерба, ни прироста; оно всегда в одних пределах, как бы ни вела себя фортуна. Отпущена ли человеку долгая старость или он скончается, не дожив до старости, - хоть век будет различен, мера высшего блага не изменится.
[27] Utrum maiorem an minorem circulum scribas ad spatium eius pertinet, non ad formam: licet alter diu manserit, alterum statim obduxeris et in eum in quo scriptus est pulverem solveris, in eadem uterque forma fuit. Quod rectum est nec magnitudine aestimatur nec numero nec tempore; non magis produci quam contrahi potest. Honestam vitam ex centum annorum numero in quantum voles corripe et in unum diem coge: aeque honesta est.	(27) Начертишь ли ты больший или меньший круг, - это скажется лишь на его площади, а не на его форме; и пусть один круг останется надолго, другой ты, едва очертив на песке, тут же сотрешь - форма обоих будет одна. Все, что правильно, оценивается не по величине, не по числу, не по времени; его нельзя ни расширить, ни сжать. Сокращай как хочешь честно прожитую жизнь, сведи ее от столетия к одному дню - она не станет менее честной.
[28] Modo latius virtus funditur, regna urbes provincias temperat, fert leges, colit amicitias, inter propinquos liberosque dispensat officia, modo arto fine circumdatur paupertatis exsilii orbitatis; non tamen minor est si ex altiore fastigio in humile	(28) Иногда добродетель распространяется вширь, - пра вит царствами, городами, провинциями, законодательствует, щедра на услуги детям и близким; иногда стеснена узкими пределами бедности, изгнанья, одиночества; но она не становится

subducitur, in privatum ex regio, ex publico et spatioso iure in angustias domus vel anguli coit.	меньше, сведенная с вершин в частную жизнь, из царских чертогов в низкую хижину,
[29] Aeque magna est, etiam si in se recessit undique exclusa; nihilominus enim magni spiritus est et erecti, exactae prudentiae, indeclinabilis iustitiae. Ergo aeque beata est; beatum enim illud uno loco positum est, in ipsa mente, stabile, grande, tranquillum, quod sine scientia divinorum humanorumque non potest effici.	(29) лишенная обширных прав в государстве и запертая в одном доме, в тесном углу. Она не теряет величия, когда уходит в себя, отовсюду изгнанная, потому что вопреки всему велик и несгибаем ее дух, совершенна мудрость, непреклонна справедливость. А значит, не теряет она и блаженства, которое все заключено в одной только душе, и остается огромным, непоколебимым и безмятежным, чего нельзя достичь без знания всех дел божеских и человеческих.
[30] Sequitur illud quod me responsurum esse dicebam. Non affligitur sapiens liberorum amissione, non amicorum; eodem enim animo fert illorum mortem quo suam exspectat; non magis hanc timet quam illam dolet. Virtus enim convenientia constat: omnia opera eius cum ipsa concordant et congruunt. Haec concordia perit si animus, quem excelsum esse oportet, luctu aut desiderio summittitur. Inhonesta est omnis trepidatio et sollicitudo, in ullo actu pigritia; honestum enim securum et expeditum est, interritum est, in procinctu stat.	(30) А теперь о том, что, как было сказано, хотел бы ответить я. Мудрого не удручает утрата детей или друзей: он с тем же спокойствием переносит их смерть, с каким ждет своей, и как своей смерти он не боится, так о смерти близких не горюет. Добродетель сильна последовательностью: все ее дела согласны и созвучны с нею, но это созвучие гибнет, если дух,. которому надлежит быть высоким, угнетен тоской или скорбью. Всякий трепет и тревога, и леность в любом деянии несовместимы с честностью. Ибо честность спокойна и неустрашима, она всегда налегке, всегда наготове. -
[31] 'Quid ergo? non aliquid perturbationi simile patietur? non et color eius mutabitur et vultus agitabitur et artus refrigescent? et quidquid aliud non ex imperio animi, sed inconsulto quodam naturae impetu geritur?' Fateor; sed manebit illi persuasio eadem, nihil illorum malum esse nec dignum ad quod mens sana deficiat.	(31) "Что же, мудрецу не знакомо даже подобие волнения? Не побледнеет он, не изменится в лице, не похолодеют у него руки? Не почувствует он ничего из того, что происходит с нами не по велению души, а безотчетно, под внезапным действием самой природы?" - Почувствует, конечно. Но останется при своем убеждении, что все это - еще не зло и здоровому духу ради этого поникать не пристало. Все, что нужно сделать, он сделает смело и быстро.
[32] Omnia quae facienda erunt audaciter faciet et prompte. Hoc enim stultitiae proprium quis dixerit, ignave et contumaciter facere quae faciat, et alio corpus impellere, alio animum, distrahique inter diversissimos motus.	(32) Кто не согласится, что это свойства глупцов - делать всякое дело вяло и неохотно, посылать тело в один конец, душу - в другой и рваться во все стороны сразу? Чем глупость кичится, за что любуется собою, за то как раз ее

Nam propter illa ipsa quibus extollit se miraturque contempta est, et ne illa quidem quibus gloriatur libenter facit. Si vero aliquod timetur malum, eo proinde, dum exspectat, quasi venisset urguetur, et quidquid ne patiatur timet iam metu patitur.	и презирают; и даже то, чем хвалится, она делает неохотно. А если она боится какого-нибудь несчастья, то в ожидании его страдает так, словно оно уже пришло, и боязнь приносит ей все муки, которых она страшится.
[33] Quemadmodum in corporibus infirmis languorem signa praecurrunt - quaedam enim segnitia enervis est et sine labore ullo lassitudo et oscitatio et horror membra percurrens - sic infirmus animus multo ante quam opprimatur malis quatitur; praesumit illa et ante tempus cadit. Quid autem dementius quam angi futuris nec se tormento reservare, sed arcessere sibi miserias et admovere? quas optimum est differre, si discutere non possis.	(33) Как у слабых здоровьем недугу предшествуют некие признаки - вялость всех мышц" и беспричинная усталость, и зевота, и пробегающий по телу озноб, - так и слабый дух содрогается задолго до того, как обрушатся несчастья: он предвосхищает их и падает раньше времени. Но есть ли что безумнее, чем мучиться от страха перед будущим и вместо того, чтобы сохранить силы для пытки, призывать и приближать к себе те беды,
[34] Vis scire futuro neminem debere torqueri? Quicumque audierit post quinquagesimum annum sibi patienda supplicia, non perturbatur nisi si medium spatium transiluerit et se in illam saeculo post futuram sollicitudinem immiserit: eodem modo fit ut animos libenter aegros et captantes causas doloris vetera atque obliterata contristent. Et quae praeterierunt et quae futura sunt absunt: neutra sentimus. Non est autem nisi ex eo quod sentias dolor. Vale.	(34) которые, если уж нельзя их прогнать, лучше оттянуть? Ты хочешь убедиться, что никто не должен страдать от предстоящего? Пусть кто-нибудь услышит, что через пятьдесят лет его ждет мучительная казнь, - ведь он и не взволнуется, если не перескочит через весь этот промежуток и сам себя не потопит в том горе, которое будет век спустя. То же самое, когда души, которые наслаждаются своей болезнью и сами ищут поводов для скорби, печалятся из-за того, что давно прошло и забыто. Что минуло, что настанет, этого сейчас нет, и мы ни того, ни другого не чувствуем. А больно только тогда, когда чувствуешь. Будь здоров.

LXXV

[1] Minus tibi accuratas a me epistulas mitti quereris. Quis enim accurate loquitur nisi qui vult putide loqui? Qualis sermo meus esset si una desideremus aut ambularemus, inlaboratus et facilis, tales esse epistulas meas volo, quae nihil habent accersitum nec fictum.	(1) Ты пеняешь мне за то, что письма мои не так тщательно написаны. Но кто же говорит тщательно, кроме тех, кто хочет говорить напыщенно? Какой была бы моя речь, если бы мы вместе сидели или гуляли, - такими же необработанными и непринужденными пусть будут и мои письма, в которых я не хочу никакой изысканности, никакой нарочитости.

[2] Si fieri posset, quid sentiam ostendere quam loqui mallem. Etiam si disputarem, nec supploderem pedem nec manum iactarem nec attollerem vocem, sed ista oratoribus reliquissem, contentus sensus meos ad te pertulisse, quos nec exornassem nec abiecissem.	(2) Будь это возможно, я предпочел бы без слов прямо показать тебе все, что я чувствую. Даже и споря, я бы не топал ногою, не указывал бы рукой, не повышал бы голоса, - все это я бы оставил ораторам, довольствуясь тем, что донес бы до тебя свои чувства, не приукрасив их и не унизив.
[3] Hoc unum plane tibi adprobare vellem, omnia me illa sentire quae dicerem, nec tantum sentire sed amare. Aliter homines amicam, aliter liberos osculantur; tamen in hoc quoque amplexu tam sancto et moderato satis apparet adfectus. Non mehercules ieiuna esse et arida volo quae de rebus tam magnis dicentur (neque enim philosophia ingenio renuntiat), multum tamen operae inpendi verbis non oportet.	(3) Одно только я хочу тебе доказать: что я говорю, то и чувствую, и не только чувствую, но и люблю. Детей целуют иначе, чем любовницу; но и в такой ласке, чистой и скромной, ясно видно чувство. Нет, я, право же, не хочу, чтобы сказанное о таких важных вещах было постным и сухим; философия не отвергает дарованья, не нужно только слишком уж трудиться над словом.
[4] Haec sit propositi nostri summa: quod sentimus loquamur, quod loquimur sentiamus; concordet sermo cum vita. Ille promissum suum implevit qui et cum videas illum et cum audias idem est. Videbimus qualis sit, quantus sit: unus est.	(4) Пусть будет нашей высшей целью одно: говорить, как чувствуем, и жить, как говорим. Тот исполнил свое обещание, кто одинаков, слушаешь ли ты его, или смотришь.
[5] Non delectent verba nostra sed prosint. Si tamen contingere eloquentia non sollicito potest, si aut parata est aut parvo constat, adsit et res pulcherrimas prosequatur: sit talis ut res potius quam se ostendat. Aliae artes ad ingenium totae pertinent, hic animi negotium agitur.	(5) Мы увидим, каков он, велик ли он, если только он един. Пусть наши слова приносят не удовольствие, а пользу. А если украшения красноречия даются без хлопот, если они под рукой и стоят немного, - пусть будут и они, но лишь сопутствуя вещам более прекрасным. Пусть красноречие прежде показывает их, чем себя. Все прочие науки совершенствуют дарованье, здесь же дело идет о душе.
[6] Non quaerit aeger medicum eloquentem, sed si ita competit ut idem ille qui sanare potest compte de iis quae facienda sunt disserat, boni consulet. Non tamen erit quare gratuletur sibi quod inciderit in medicum etiam disertum; hoc enim tale est quale si peritus gubernator etiam formosus est.	(6) Больной ищет не того врача, что красно говорит '. А кто встретит такого, что и лечить умеет, и изящно рассуждает о необходимых средствах лечения, тот, конечно, будет доволен. Но и напав на врача, к тому же еще красноречивого, не с чем себя поздравлять: это все равно, как если опытный кормчий окажется красавцем.
[7] Quid aures meas scabis? quid oblectas? aliud agitur: urendus, secandus, abstinendus sum. Ad haec	(7) Зачем ты щекочешь мне уши? Зачем развлекаешь меня? Не в этом дело! Меня нужно прижигать, резать,

adhibitus es; curare debes morbum veterem, gravem, publicum; tantum negotii habes quantum in pestilentia medicus. Circa verba occupatus es? iamdudum gaude si sufficis rebus. Quando tam multa disces? quando quae didiceris adfiges tibi ita ut excidere non possint? quando illa experieris? Non enim, ut cetera, memoriae tradidisse satis est: in opere temptanda sunt; non est beatus qui scit illa, sed [qui] facit.	отлучить от пищи! Для этого тебя позвали. Ты должен лечить болезнь тяжелую, застарелую, заразившую многих. Работы у тебя столько же, сколько у врача в пору поветрия. Ты хлопочешь о словах? Радуйся и тому, что предмет тебе по плечу! Когда ты успеешь так много выучить? Когда усвоишь выученное так прочно, что оно уже не уйдет от тебя? Когда испытаешь его? Ведь тут, не в пример прочему, мало запомнить: нужно все испробовать в деле! Блажен не тот, кто знает, а кто делает. -
[8] 'Quid ergo? infra illum nulli gradus sunt? statim a sapientia praeceps est?' Non, ut existimo; nam qui proficit in numero quidem stultorum est, magno tamen intervallo ab illis diducitur. Inter ipsos quoque proficientes sunt magna discrimina: in tres classes, ut quibusdam placet, dividuntur.	(8) "Что же выходит? Ниже него нет ступенек? Сразу же за мудрецом пропасть?" - Нет, по-моему. Те, что идут к мудрости, остаются в числе неразумных, но далеко от них оторвались; да и между самими идущими разрывы велики. Они, по мненью некоторых, разделяются на три разряда.
[9] Primi sunt qui sapientiam nondum habent sed iam in vicinia eius constiterunt; tamen etiam quod prope est extra est. Qui sint hi quaeris? qui omnes iam adfectus ac vitia posuerunt, quae erant conplectenda didicerunt, sed illis adhuc inexperta fiducia est. Bonum suum nondum in usu habent, iam tamen in illa quae fugerunt decidere non possunt; iam ibi sunt unde non est retro lapsus, sed hoc illis de se nondum liquet: quod in quadam epistula scripsisse me memini, 'scire se nesciunt'. Iam contigit illis bono suo frui, nondum confidere.	(9) Первый - это те, кто еще не овладел мудростью, но подошел к ней вплотную. Однако то, что близко, все же вне нас. - Ты спросишь, кто они такие? - Они расстались со всеми пороками и страстями; они выучили все, что надо было постичь; но их надежность еще не испытана, приобретенным благом они еще не пользуются. Правда, они уже не могут скатиться туда, откуда бежали, - с того места, куда они добрались, сползти назад нельзя; но им самим это еще невдомек, они, как я писал в одном письме , не знают, что знают нечто. Иногда им удается воспользоваться своим благом, но не удостовериться в нем.
[10] Quidam hoc proficientium genus de quo locutus sum ita conplectuntur ut illos dicant iam effugisse morbos animi, adfectus nondum, et adhuc in lubrico stare, quia nemo sit extra periculum malitiae nisi qui totam eam excussit; nemo autem illam excussit nisi qui pro illa sapientiam adsumpsit.	(10) Некоторые так определяют разряд, о котором у нас речь: от болезней духа они уже ушли, от страстей - нет и стоят все еще на скользком месте, потому что вне опасности - -только те, кто совсем избавился от злонравия; а избавляются от него, только когда его место заступит мудрость.
[11] Quid inter morbos animi intersit et adfectus saepe iam dixi. Nunc	(11) О том, какая разница между болезнью души и страстью, я говорил

quoque te admonebo: morbi sunt inveterata vitia et dura, ut avaritia, ut ambitio; nimio artius haec animum inplicuerunt et perpetua eius mala esse coeperunt. Ut breviter finiam, morbus est iudicium in pravo pertinax, tamquam valde expetenda sint quae leviter expetenda sunt; vel, si mavis, ita finiamus: nimis inminere leviter petendis vel ex toto non petendis, aut in magno pretio habere in aliquo habenda vel in nullo.	уже не раз, теперь только напомню. Болезни - это пороки застарелые и упорные, вроде скупости или непомерного честолюбия; они, однажды овладев душой3, тесно срастаются с ней и становятся ее постоянным злом. Короче говоря, болезнь есть извращенное, но упорное суждение, - например, что нужно изо всех сил добиваться того, чего стоит добиваться лишь без траты сил; или, если угодно, можно определить и так: это - чрезмерное стремление к вещам, стремиться к которым стоит лишь немного или вовсе не стоит; или еще: это значит дорого ценить то, что ценится дешево или вовсе не ценится.
[12] Adfectus sunt motus animi inprobabiles, subiti et concitati, qui frequentes neglectique fecere morbum, sicut destillatio una nec adhuc in morem adducta tussim facit, adsidua et vetus pthisin. Itaque qui plurimum profecere extra morbos sunt, adfectus adhuc sentiunt perfecto proximi.	(12) Страсти же - это душевные порывы, предосудительные, внезапные и безудержные; от них, если они часты и запущены, начинаются болезни: так насморк, который не стал постоянным, переходит в кашель, а непрерывный и застарелый вызывает чахотку. Выходит, те, что продвинулись дальше других, недоступны для болезней; а страсти обуревают и тех, кто близок к совершенству.
[13] Secundum genus est eorum qui et maxima animi mala et adfectus deposuerunt, sed ita ut non sit illis securitatis suae certa possessio; possunt enim in eadem relabi.	(13) Второй разряд - это те, кто избавился от наибольших зол души и от страстей, но так, что безопасность ненадежна: они еще могут скатиться к прежнему.
[14] Tertium illud genus extra multa et magna vitia est, sed non extra omnia. Effugit avaritiam sed iram adhuc sentit; iam non sollicitatur libidine, etiamnunc ambitione; iam non concupiscit, sed adhuc timet, et in ipso metu ad quaedam satis firmus est, quibusdam cedit: mortem contemnit, dolorem reformidat.	(14) Третий - это те, кто изжил множество тяжких пороков, но не все: скупость они прогнали, а гнев еще чувствуют; похоть их не будоражит, а честолюбие одолевает; желаний у них нет, а страх остался, или страху перед одним они стойко противятся, страху перед другим - уступают, например, смерть презирают, боли пугаются.
[15] De hoc loco aliquid cogitemus: bene nobiscum agetur, si in hunc admittimur numerum. Magna felicitate naturae magnaque et adsidua intentione studii secundus occupatur gradus; sed ne hic quidem contemnendus est color tertius. Cogita quantum circa te videas	(15) Поразмыслим-ка немного о сказанном. Не так-то плохо обстоит с нами дело, если нас можно причислить к последнему разряду. Чтобы занять вторую ступень, нужны счастливые природные задатки, нужно великое и непрестанное усердие в ученых занятиях, - так что и третий разбор

malorum; aspice quam nullum sit nefas sine exemplo, quantum cotidie nequitia proficiat, quantum publice privatimque peccetur: intelleges satis nos consequi, si inter pessimos non sumus.	презирать не следует. Подумай, сколько вокруг тебя зла; взгляни, - нет такого нечестья, которому нельзя сыскать примера; гнусность заходит с каждым днем все дальше, безобразия творятся и в государстве, и в каждом доме; и ты поймешь, что мы многого достигли, не значась в числе худших. -
[16] 'Ego vero' inquis 'spero me posse et amplioris ordinis fieri.' Optaverim hoc nobis magis quam promiserim: praeoccupati sumus, ad virtutem contendimus inter vitia districti. Pudet dicere: honesta colimus quantum vacat. At quam grande praemium expectat, si occupationes nostras et mala tenacissima abrumpimus!	(16) Ты скажешь: "А я надеюсь, что смогу войти и в более высокий разряд". - Этого я скорее желаю нам обоим, чем обещаю. Мы ведь заняты; мы спешим к добродетели, опутанные пороками; стыдно сказать, мы чтим честность в свободное время. А какая награда нас ждет, если мы разом покончим со всеми делами, со всем этим цепким злом! Ни желанья, ни боязнь нас не коснутся.
[17] Non cupiditas nos, non timor pellet; inagitati terroribus, incorrupti voluptatibus, nec mortem horrebimus nec deos; sciemus mortem malum non esse, deos malo non esse. Tam inbecillum est quod nocet quam cui nocetur: optima vi noxia carent.	(17) Не волнуемые страхами, не развращаемые наслаждениями, мы не будем пугаться ни смерти, ни богов, зная, что и смерть - не зло и боги - не злы. Все, что нам вредит, так же беспомощно, как те, кому оно вредит. Все лучшее лишено зловредной силы.
[18] Expectant nos, [si] ex hac aliquando faece in illud evadimus sublime et excelsum, tranquillitas animi et expulsis erroribus absoluta libertas. Quaeris quae sit ista? Non homines timere, non deos; nec turpia velle nec nimia; in se ipsum habere maximam potestatem: inaestimabile bonum est suum fieri. Vale.	(18) Если мы выберемся из этой грязи на высокие вершины, нас ждет спокойствие духа и, по избавлении от всех заблуждений, полная свобода. - Ты спросишь, в чем она? - В том, чтобы не бояться ни людей, ни богов; чтобы не желать ни постыдного, ни лишнего; чтобы стать полновластным повелителем самого себя. А принадлежать самому себе - неоценимое благо. Будь здоров.

LXXVI

[1] Inimicitias mihi denuntias si quicquam ex iis quae cotidie facio ignoraveris. Vide quam simpliciter tecum vivam: hoc quoque tibi committam. Philosophum audio et quidem quintum iam diem habeo ex quo in scholam eo et ab octava disputantem audio. 'Bona' inquis 'aetate.' Quidni bona? quid autem stultius est quam quia diu non didiceris non discere?	(1) Ты грозишься стать мне врагом, если не будешь знать, что я делаю каждый день. Вот видишь, как все между нами просто: я и об этом сообщу тебе. Я слушаю философа1; уже пятый день, как я хожу к нему на уроки и с восьми часов2 слушаю его рассуждения. - Ты скажешь: "Нашел время! В твоем-то возрасте". - А при чем тут возраст? Разве не величайшая глупость не учиться потому, что

	прежде долго не учился? -
[2] 'Quid ergo? idem faciam quod trossuli et iuvenes?' Bene mecum agitur si hoc unum senectutem meam dedecet: omnis aetatis homines haec schola admittit. 'In hoc senescamus, ut iuvenes sequamur?' In theatrum senex ibo et in circum deferar et nullum par sine me depugnabit: ad philosophum ire erubescam?	(2) "Что ж, и мне заниматься тем же, чем щеголи и юнцы?" - Не так-то плохи мои дела, если из всех моих занятий только это негоже для старости! В такую школу можно прийти в любом возрасте. - "Так мы состарились затем, чтобы идти вслед за юнцами?" - Я, старик, отправлюсь в театр, велю нести себя в цирк, не пропущу ни одной пары бойцов - и постыжусь заглянуть к философу?
[3] Tamdiu discendum est quamdiu nescias; si proverbio credimus, quamdiu vivas. Nec ulli hoc rei magis convenit quam huic: tamdiu discendum est quemadmodum vivas quamdiu vivas. Ego tamen illic aliquid et doceo. Quaeris quid doceam? etiam seni esse discendum.	(3) Учись, покуда чего не знаешь, а если верить пословице, так и "век живи, век учись". И ни к чему другому не приложимо это правило лучше: век живи - век учись тому, как следует жить. Я же и учу там кое-чему. - Ты спросишь, чему? - Тому, что и старику надо учиться.
[4] Pudet autem me generis humani quotiens scholam intravi. Praeter ipsum theatrum Neapolitanorum, ut scis, transeundum est Metronactis petenti domum. Illud quidem fartum est, et ingenti studio quis sit pythaules bonus iudicatur; habet tubicen quoque Graecus et praeco concursum: at in illo loco in quo vir bonus quaeritur, in quo vir bonus discitur, paucissimi sedent, et hi plerisque videntur nihil boni negotii habere quod agant; inepti et inertes vocantur. Mihi contingat iste derisus: aequo animo audienda sunt inperitorum convicia et ad honesta vadenti contemnendus est ipse contemptus.	(4) Всякий раз, как я вхожу на урок, мне стыдно за весь род человеческий. Ты знаешь, дорога тех, кто направляется в дом Метронакта, проходит у самого неаполитанского театра. Там битком набито, и все с жаром рассуждают, какой пифавлет3 хорош; греческий флейтист и глашатай собирают множество народу, а там, где изучают, что есть муж добра, и учат, как стать мужем добра, сидят считанные слушатели, да и те, на взгляд большинства, занимаются пустым делом, так что именуют их дураками и лентяями. Что ж, пусть посмеются и надо мною: брань невежд нужно выслушивать равнодушно, и тот, кто стремится к честности, должен презирать презирающих его.
[5] Perge, Lucili, et propera, ne tibi accidat quod mihi, ut senex discas; immo ideo magis propera quoniam id nunc adgressus es quod perdiscere vix senex possis. 'Quantum' inquis 'proficiam?' Quantum temptaveris.	(5) Поспеши-ка, Луцилий, чтобы не случилось с тобою того же, что и со мной, и не пришлось тебе учиться в старости; спеши тем более, что ты взялся учиться тому, чему в старости едва ли обучишься. - Ты спро сишь: "Намного ли я преуспею?" - Настолько, насколько приложишь силы.
[6] Quid expectas? nulli sapere casu obtigit. Pecunia veniet ultro, honor offeretur, gratia ac dignitas fortasse	(6) Чего ты ждешь? Знание никому не достается случайно. Деньги придут сами собой; почести тебе предложат;

ingerentur tibi: virtus in te non incidet. Ne levi quidem opera aut parvo labore cognoscitur; sed est tanti laborare omnia bona semel occupaturo. Unum est enim bonum quod honestum: in illis nihil invenies veri, nihil certi, quaecumque famae placent.	милостями тебя осыплют, в сан возведут. Но добродетель с неба не свалится; ее не познать ценою малых стараний и ничтожного труда. А потрудиться ради нее стоит: ведь ты разом получишь все блага. Благо только то, что честно, а в том, что одобряет молва, не найти ничего истинного, ничего непреложного.
[7] Quare autem unum sit bonum quod honestum dicam, quoniam parum me exsecutum priore epistula iudicas magisque hanc rem tibi laudatam quam probatam putas, et in artum quae dicta sunt contraham.	(7) Почему только то благо, что честно, я тебе объясню: ведь, по твоему мнению, я немного достиг предыдущим письмом, где было больше похвал честности, чем доказательств. Перескажу кратко то, что говорил там.
[8] Omnia suo bono constant. Vitem fertilitas commendat et sapor vini, velocitas cervum; quam fortia dorso iumenta sint quaeris, quorum hic unus est usus, sarcinam ferre; in cane sagacitas prima est, si investigare debet feras, cursus, si consequi, audacia, si mordere et invadere: id in quoque optimum esse debet cui nascitur, quo censetur.	(8) Каждой вещи придает цену присущее ей благо. О лозе мы судим по урожаю гроздьев и вкусу вина; об олене - по быстроте ног. Ты спросишь, крепок ли у вьючных животных хребет, потому что они ведь на то и нужны, чтобы носить тяжести. В собаке первое дело - чутье, если она должна выслеживать дичь, резвость, если она должна дичь преследовать, смелость, если нужно нападать и кусаться. В каждом должно быть наилучшим то, для чего он родится и по чему ценится.
[9] In homine quid est optimum? ratio: hac antecedit animalia, deos sequitur. Ratio ergo perfecta proprium bonum est, cetera illi cum animalibus satisque communia sunt. Valet: et leones. Formonsus est: et pavones. Velox est: et equi. Non dico, in his omnibus vincitur; non quaero quid in se maximum habeat, sed quid suum. Corpus habet: et arbores. Habet impetum ac motum voluntarium: et bestiae et vermes. Habet vocem: sed quanto clariorem canes, acutiorem aquilae, graviorem tauri, dulciorem mobilioremque luscinii?	(9) А что лучшее в человеке? Разум, который его выделяет среди животных и приближает к богам. Значит, совершенный разум есть благо, присущее именно человеку, ибо все прочие он делит с животными. Человек силен? И львы тоже! Он красив? И павлины красивы! Он проворен? И лошади проворны. Я уж не говорю, что всем этим он уступает животным. И я спрашиваю не о том, что в нем самое большое, а о том, что присуще именно ему. У него есть тело? Есть оно и у дерева. Он может двигаться и произвольно направлять движенья? Но так же и звери, и черви! У него есть голос? Но у собак голос звонче, у орлов - пронзительней, у быков - гуще, у соловьев - приятней и подвижней.
[10] Quid est in homine proprium? ratio: haec recta et consummata felicitatem hominis implevit. Ergo si	(10) Что же присуще именно человеку? Разум! Если он прям и совершенен, его довольно для счастья человека. Стало

omnis res, cum bonum suum perfecit, laudabilis est et ad finem naturae suae pervenit, homini autem suum bonum ratio est, si hanc perfecit laudabilis est et finem naturae suae tetigit. Haec ratio perfecta virtus vocatur eademque honestum est.	быть, если всякая вещь, усовершенствовав присущее ей благо, становится достойной похвал и достигает своей природной цели, то и человек, чье присущее благо есть разум, в той мере заслуживает похвалы и приближается к своей природной цели, в какой его усовершенствует. Этот совершенный разум носит имя добродетели, и он же есть честность.
[11] Id itaque unum bonum est in homine quod unum hominis est; nunc enim non quaerimus quid sit bonum, sed quid sit hominis bonum. Si nullum aliud est hominis quam ratio, haec erit unum eius bonum, sed pensandum cum omnibus. Si sit aliquis malus, puto inprobabitur; si bonus, puto probabitur. Id ergo in homine primum solumque est quo et probatur et inprobatur.	(11) Она-то и есть единственное благо в человеке, потому что единственно она и присуща только человеку; мы же теперь исследуем, не что есть благо, а какое благо присуще человеку. Если человеку присуще не что иное, как разум, то он - единственное благо человека, его и надо положить на весы против всего прочего. Кто дурной человек, тот, я думаю, не получит одобрения, кто человек добра, того, я думаю, одобрят; значит, главное и единственное в человеке - то, за что его одобряют или не одобряют. -
[12] Non dubitas an hoc sit bonum; dubitas an solum bonum sit. Si quis omnia alia habeat, valetudinem, divitias, imagines multas, frequens atrium, sed malus ex confesso sit, inprobabis illum; item si quis nihil quidem eorum quae rettuli habeat, deficiatur pecunia, clientium turba, nobilitate et avorum proavorumque serie, sed ex confesso bonus sit, probabis illum. Ergo hoc unum est bonum hominis, quod qui habet, etiam si aliis destituitur, laudandus est, quod qui non habet in omnium aliorum copia damnatur ac reicitur.	(12) Ты не сомневаешься, что это благо, но сомневаешься, единственное ли благо. - Если тот, у кого все есть - и здоровье, и богатство, и множество изображений предков, и толпа в прихожей, - признан человеком дурным, ты его не одобришь. А если тот, у кого нет ничего из перечисленного - ни денег, ни толпы клиентов, ни знатности, ни череды прадедов и пращуров, признан человеком добра, ты его тоже одобришь. Значит, это и есть единственное благо человека: кто обладает им, тот, даже лишенный всего остального, заслуживает похвалы; кто не обладает им, даже когда он наделен всем остальным в изобилии, того осуждают и отвергают.
[13] Quae condicio rerum, eadem hominum est: navis bona dicitur non quae pretiosis coloribus picta est nec cui argenteum aut aureum rostrum est nec cuius tutela ebore caelata est nec quae fiscis atque opibus regiis pressa est, sed stabilis et firma et iuncturis aquam excludentibus spissa, ad	(13) С людьми дело обстоит так же, как с вещами. Хорошим называют не тот корабль, который раскрашен драгоценными красками, у которого нос окован золотом или серебром, а бог-покровитель изваян из слоновой кости, и не тот, что глубоко сидит под тяжестью казны и царских богатств, но

ferendum incursum maris solida, gubernaculo parens, velox et non sentiens ventum;	тот, который устойчив, надежен, сбит так прочно, что швы не пропускают воду, а стенки выдерживают любой натиск волн, послушен рулю, быстроходен и не чувствителен к ветру.
[14] gladium bonum dices non cui auratus est balteus nec cuius vagina gemmis distinguitur, sed cui et ad secandum subtilis acies est et mucro munimentum omne rupturus; regula non quam formosa, sed quam recta sit quaeritur: eo quidque laudatur cui comparatur, quod illi proprium est.	(14) Ты назовешь меч хорошим не за то, что у него золоченая перевязь или ножны украшены самоцветами, а за то, что лезвие его отточено для рубки и острие пробивает любые доспехи. Про линейку спрашивают не о том, красива ли она, а о том, пряма ли. Всякую вещь хвалят за то, ради чего ее берут и что ей присуще.
[15] Ergo in homine quoque nihil ad rem pertinet quantum aret, quantum feneret, a quam multis salutetur, quam pretioso incumbat lecto, quam perlucido poculo bibat, sed quam bonus sit. Bonus autem est si ratio eius explicita et recta est et ad naturae suae voluntatem accommodata.	(15) Значит, и в человеке не то важно, сколько он пашет, и сколько отдает в рост, и сколько людей приходит к нему на поклон, и сколько стоит его ложе или блестящая чаша, из которой он пьет. Стал ли он человеком добра, - вот что важно. А таким он будет, если ум его ясен, прям и согласен с волей природы.
[16] Haec vocatur virtus, hoc est honestum et unicum hominis bonum. Nam cum sola ratio perficiat hominem, sola ratio perfecte beatum facit; hoc autem unum bonum est quo uno beatus efficitur. Dicimus et illa bona esse quae a virtute profecta contractaque sunt, id est opera eius omnia; sed ideo unum ipsa bonum est quia nullum sine illa est.	(16) Такой ум и зовется добродетелью или же честностью, он и есть единственное благо человека. Ведь коль скоро лишь разум совершенствует человека и лишь совершенный разум делает его блаженным, значит единственным благом человека и будет то, что дает ему блаженство. Мы говорим, что благо - также и все, исходящее от добродетели и ей причастное, то есть все добродетельные дела. Но она как раз потому есть единственное благо, что без нее блага нет.
[17] Si omne in animo bonum est, quidquid illum confirmat, extollit, amplificat, bonum est; validiorem autem animum et excelsiorem et ampliorem facit virtus. Nam cetera quae cupiditates nostras inritant deprimunt quoque animum et labefaciunt et cum videntur attollere inflant ac multa vanitate deludunt. Ergo id unum bonum est quo melior animus efficitur.	(17) Если все благо у нас в душе, значит, то, что ее укрепляет, возвышает, обогащает, и есть благо; а сильнее, возвышеннее и богаче делает душу добродетель. Все остальное, распаляя наши желания, угнетает и ослабляет душу, и хотя по видимости поднимает ее, на деле только надмевает и морочит всяческой суетою. Значит, благо только то, что делает душу лучше.
[18] Omnes actiones totius vitae honesti ac turpis respectu	(18) Все дела в нашей жизни определяются оглядкой на то, что

temperantur; ad haec faciendi et non faciendi ratio derigitur. Quid sit hoc dicam: vir bonus quod honeste se facturum putaverit faciet etiam [sine pecunia] si laboriosum erit, faciet etiam si damnosum erit, faciet etiam si periculosum erit; rursus quod turpe erit non faciet, etiam si pecuniam adferet, etiam si voluptatem, etiam si potentiam; ab honesto nulla re deterrebitur, ad turpia nulla invitabitur.	честно и что постыдно; по этому признаку и судят, что нужно и чего нельзя. А как, я скажу сейчас. Муж добра, если сочтет, что должен действовать по чести, сделает так, несмотря на трудность, сделает, несмотря на убыточность, сделает, несмотря на опасность; и наоборот, ничего постыдного он не сделает, сколько бы оно ни сулило денег, наслаждений, могущества. От честного его ничем не отпугнешь, на постыдное ничем не соблазнишь.
[19] Ergo si honestum utique secuturus est, turpe utique vitaturus, et in omni actu vitae spectaturus haec duo, [nec aliud bonum quam honestum] nec aliud malum quam turpe, si una indepravata virtus est et sola permanet tenoris sui, unum est bonum virtus, cui iam accidere ne sit bonum non potest. Mutationis periculum effugit: stultitia ad sapientiam erepit, sapientia in stultitiam non revolvitur.	(19) Значит, если он любой ценой будет стремиться к честному, любой ценой избегать постыдного, во всяком деле смотреть лишь на то и на другое, то нет блага, кроме честного, нет зла, кроме постыдного; если одна добродетель не знает ни порчи, ни остановки, ни перемены, то добродетель - единственное благо, и с ней не может случиться ничего такого, от чего бы она перестала быть благом, опасность измениться ей не грозит. Глупости удается вскарабкаться до мудрости, мудрость же не может упасть до глупости.
[20] Dixi, si forte meministi, et concupita vulgo et formidata inconsulto impetu plerosque calcasse: inventus est qui divitias proiceret, inventus est qui flammis manum inponeret, cuius risum non interrumperet tortor, qui in funere liberorum lacrimam non mitteret, qui morti non trepidus occurreret; amor enim, ira, cupiditas pericula depoposcerunt. Quod potest brevis obstinatio animi, aliquo stimulo excitata, quanto magis virtus, quae non ex impetu nec subito sed aequaliter valet, cui perpetuum robur est?	(20) Я, если ты помнишь, говорил, что нередко люди в безотчетном порыве попирают все то, чего толпа желает или страшится. Нашелся такой, что возложил руку на огонь, кто не перестал смеяться под пыткой, кто, хороня детей, не пролил слез, кто бестрепетно бросился навстречу смерти, когда этого потребовали любовь, гнев, желанье, опасность. Но если на это способна душа, ставшая упорной лишь на миг, от возбужденья, то не больше ли может сделать добродетель, чья сила не рождена порывом, не внезапна, но неизменна, чья крепость постоянна?
[21] Sequitur ut quae ab inconsultis saepe contemnuntur, a sapientibus semper, ea nec bona sint nec mala. Unum ergo bonum ipsa virtus est, quae inter hanc fortunam et illam superba incedit cum magno utriusque contemptu.	(21) Следовательно, то, что иногда презирают действующие безотчетно и всегда - мудрые, не есть ни благо, ни зло. А единственное благо - это добродетель, которая гордо проходит между благосклонной и враждебной фортуной, презирая обеих.

[22] Si hanc opinionem receperis, aliquid bonum esse praeter honestum, nulla non virtus laborabit; nulla enim obtineri poterit si quicquam extra se respexerit. Quod si est, rationi repugnat, ex qua virtutes sunt, et veritati, quae sine ratione non est; quaecumque autem opinio veritati repugnat falsa est.	(22) Если ты усвоишь мнение, будто есть блага помимо честности, то добродетель непременно понесет урон: ведь ее нельзя достичь, если смотреть на что-нибудь помимо нее. Кто так делает, тот противится и разуму, источнику добродетели, и также истине, которой нет без разума; а мнение, противное истине, ложно.
[23] Virum bonum concedas necesse est summae pietatis erga deos esse. Itaque quidquid illi accidit aequo animo sustinebit; sciet enim id accidisse lege divina qua universa procedunt. Quod si est, unum illi bonum erit quod honestum; in hoc enim positum [est] et parere diis nec excandescere ad subita nec deplorare sortem suam, sed patienter excipere fatum et facere imperata.	(23) Ты согласишься, что человек добра не может не быть благочестив перед богами, а значит, что бы с ним ни произошло, он перенесет это спокойно, ибо знает, что случилось оно по божественному закону, по которому все совершается в мире. Кто так делает, - признает благом только то, что честно; а в нем заключено все - и долг повиноваться богам, и способность не горячиться при внезапных переменах и не оплакивать свою участь, но терпеливо принимать рок и подчиняться его веленьям.
[24] Si ullum aliud est bonum quam honestum, sequetur nos aviditas vitae, aviditas rerum vitam instruentium, quod est intolerabile, infinitum, vagum. Solum ergo bonum est honestum, cui modus est.	(24) Если есть блага, кроме честного, то с нами неразлучна будет жажда жизни и всего, что делает жизнь удобней, а это жадность нестерпимая, бесконечная, беспокойная. Значит, единственное благо - честность, ибо тут есть мера.
[25] Diximus futuram hominum feliciorem vitam quam deorum, si ea bona sunt quorum nullus diis usus est, tamquam pecunia, honores. Adice nunc quod, si modo solutae corporibus animae manent, felicior illis status restat quam est dum versantur in corpore. Atqui si ista bona sunt quibus per corpora utimur, emissis erit peius, quod contra fidem est, feliciores esse liberis et in universum datis clusas et obsessas.	(25) Мы сказали, что жизнь у людей счастливее, чем у богов, если те вещи, которых у богов нет в заводе, - деньги, например, или почести, суть блага. Вспомни также, что души, если они остаются, отделившись от тел, ожидает удел более счастливый, чем был в пору пребыванья их в теле. Но если блага - все то, что идет на потребу телу, то душам, получившим свободу, хуже, а ведь нельзя поверить, будто вольные и рассеянные во вселенной, они не так счастливы, как запертые и осажденные.
[26] Illud quoque dixeram, si bona sunt ea quae tam homini contingunt quam mutis animalibus, et muta animalia beatam vitam actura; quod fieri nullo modo potest. Omnia pro honesto patienda sunt; quod non erat	(26) Кроме того, я говорил так: если все, что достается человеку наравне с бессловесными животными, благо, значит, и бессловесные животные будут жить в блаженстве, - а этого никак не может быть. Ради честности

faciendum si esset ullum aliud bonum quam honestum.	все нужно вытерпеть; а будь еще какое-нибудь благо, кроме честного, нужды в этом не было бы.
Haec quamvis latius exsecutus essem priore epistula, constrinxi et breviter percucurri.	Об этом я писал пространнее в предыдущем письме, а сейчас бегло пересказал все в сжатом виде.
[27] Numquam autem vera tibi opinio talis videbitur, nisi animum adleves et te ipse interroges, si res exegerit ut pro patria moriaris et salutem omnium civium tua redimas, an porrecturus sis cervicem non tantum patienter sed etiam libenter. Si hoc facturus es, nullum aliud bonum est; omnia enim relinquis ut hoc habeas. Vide quanta vis honesti sit: pro re publica morieris, etiam si statim facturus hoc eris cum scieris tibi esse faciendum.	(27) Однако такое мнение никогда не покажется тебе истинным, если ты сам не возвысишься духом и не спросишь самого себя: если вдруг потребуется умереть за отчизну и купить спасенье всех граждан ценой собственной жизни, разве не склонил бы я голову под меч не только безропотно, но и охотно? Если ты готов на это, значит, другого блага нет: ведь ради обладания им ты от всего отступился. Видишь, какова сила честности! За родину ты отдал бы жизнь даже в тот самый миг, как узнал бы, что это нужно сделать.
[28] Interdum ex re pulcherrima magnum gaudium etiam exiguo tempore ac brevi capitur, et quamvis fructus operis peracti nullus ad defunctum exemptumque rebus humanis pertineat, ipsa tamen contemplatio futuri operis iuvat, et vir fortis ac iustus, cum mortis suae pretia ante se posuit, libertatem patriae, salutem omnium pro quibus dependit animam, in summa voluptate est et periculo suo fruitur.	(28) Радость от прекрасного поступка мы успеваем иногда вкусить за ничтожно короткий срок, и хотя плод совершенного подвига не достается умершему, непричастному делам человеческим, нам отрадно само созерцание предстоящего подвига, и человек храбрый и справедливый, видя перед собою все, за что платит он жизнью и отдает душу: свободу отчизны, общее спасение, - испытывает высочайшее наслажденье и радуется опасности.
[29] Sed ille quoque cui etiam hoc gaudium eripitur quod tractatio operis maximi et ultimi praestat, nihil cunctatus desiliet in mortem, facere recte pieque contentus. Oppone etiamnunc illi multa quae dehortentur, dic, 'factum tuum matura sequetur oblivio et parum grata existimatio civium'. Respondebit tibi, 'ista omnia extra opus meum sunt, ego ipsum contemplor; hoc esse honestum scio; itaque quocumque ducit ac vocat venio'.	(29) Но и тот, у кого отнята даже последняя великая радость, доставляемая помыслами о подвиге, ринется на смерть без промедленья, довольный тем, что поступает по долгу и справедливости. Представь ему все доводы, отнимающие мужество. Скажи: "Твой поступок ожидает быстрое забвение, и граждане будут судить о тебе неблагосклонно". А он ответит: "Это все не имеет касательства к моему подвигу, я же созерцаю только его и знаю, что поступлю честно; вот я и иду, куда ведет и призывает честность".
[30] Hoc ergo unum bonum est, quod non tantum perfectus animus sed generosus quoque et indolis bonae	(30) Значит, она и есть единственное благо, коль скоро это чувствует не только совершенный, но и просто

sentit: cetera levia sunt, mutabilia. Itaque sollicite possidentur; etiam si favente fortuna in unum congesta sunt, dominis suis incubant gravia et illos semper premunt, aliquando et inludunt.	благородный по врожденным задаткам дух. Все остальное летуче и изменчиво, им нельзя владеть без тревоги. Даже если все дары милостивой фортуны достались одному, они тяжело обременяют владельца и гнетут его, да и раздавить могут.
[31] Nemo ex istis quos purpuratos vides felix est, non magis quam ex illis quibus sceptrum et chlamydem in scaena fabulae adsignant: cum praesente populo lati incesserunt et coturnati, simul exierunt, excalceantur et ad staturam suam redeunt. Nemo istorum quos divitiae honoresque in altiore fastigio ponunt magnus est. Quare ergo magnus videtur? cum basi illum sua metiris. Non est magnus pumilio licet in monte constiterit; colossus magnitudinem suam servabit etiam si steterit in puteo.	(31) Ни один, кого ты видишь в пурпуре, нс счастливее тех, кому разыгрываемая на подмостках драма вручала жезл и царское облаченье; пусть перед глазами народа высоко шествуют они на своих котурнах, - удалившись, они тотчас разуваются и вновь делаются обычного роста. Никто из тех, кого возвысили богатство и почести, не бывает велик. А почему он кажется великим? Ты мерить его вместе с подставкой. Карлик не бывает велик, пусть хоть стоит на горе; колосс сохранит свою величину, поставь его хоть в яму.
[32] Hoc laboramus errore, sic nobis inponitur, quod neminem aestimamus eo quod est, sed adicimus illi et ea quibus adornatus est. Atqui cum voles veram hominis aestimationem inire et scire qualis sit, nudum inspice; ponat patrimonium, ponat honores et alia fortunae mendacia, corpus ipsum exuat: animum intuere, qualis quantusque sit, alieno an suo magnus.	(32) Это заблужденье - наш общий недуг; потому-то мы и обманываемся, что ценим человека не таким, как он есть, а с добавленьем всего, чем он украшен. Если хочешь знать истинную цену человека и понять, каков он, взгляни на него, когда он гол. Пусть сбросит с себя и наследственное достоянье, и почести, и все обманчивые прикрасы фортуны; пусть сбросит саму плоть: смотри на его душу, - какова она и велика ли своим или заемным величием.
[33] Si rectis oculis gladios micantes videt et si scit sua nihil interesse utrum anima per os an per iugulum exeat, beatum voca; si cum illi denuntiata sunt corporis tormenta et quae casu veniunt et quae potentioris iniuria, si vincula et exilia et vanas humanarum formidines mentium securus audit et dicit:	(33) Если он увидит блеск мечей и не опустит глаз, если знает, что нет никакой разницы, вылетит ли его душа из уст, или из перерезанного горла, зови его блаженным. Либо если ему объявят о предстоящих телесных муках, посланных случаем или несправедливостью власть имущего, а он спокойно услышит и о цепях, и об изгнании, и обо всем, что попусту пугает человеческий дух, и скажет:
non ulla laborum, *o virgo, nova mi facies inopinave surgit;* *omnia praecepi atque animo mecum*	*"Я не вижу нежданных и новых* *Бед и трудов впереди: их лицо привычно мне, дева!* *Знал и прежде о них, и в душе их все*

ipse peregi.	*одолел я.*
Tu hodie ista denuntias: ego semper denuntiavi mihi et hominem paravi ad humana.'	4 Ты возвещаешь мне сегодня, а я возвещал себе это всегда и, будучи человеком, готовился к человеческому уделу".
[34] Praecogitati mali mollis ictus venit. At stultis et fortunae credentibus omnis videtur nova rerum et inopinata facies; magna autem pars est apud inperitos mali novitas. Hoc ut scias, ea quae putaverant aspera fortius, cum adsuevere, patiuntur.	(34) Удар предвиденного несчастья не так жесток. А глупцам, доверяющим фортуне, всякий пово рот обстоятельств кажется нежданным и новым, и немалая доля несчастья для невежд - в его новизне. Знай же, что пережитые в мыслях тяготы благодаря привычке переносятся мужественнее.
[35] Ideo sapiens adsuescit futuris malis, et quae alii diu patiendo levia faciunt hic levia facit diu cogitando. Audimus aliquando voces inperitorum dicentium 'sciebam hoc mihi restare': sapiens scit sibi omnia restare; quidquid factum est, dicit 'sciebam'. Vale.	(35) Потому-то мудрец привыкает к будущим бедам, и то, что другие облегчают себе долготерпеньем, он облегчает долгим размышленьем. Мы слышим иногда от невежд такие слова: "Знал ли я, что меня ждет такое?"5 - Мудрец знает, что его ждет все; что бы ни случилось, он говорит: "Я знал". Будь здоров.

LXXVII

[1] Subito nobis hodie Alexandrinae naves apparuerunt, quae praemitti solent et nuntiare secuturae classis adventum: tabellarias vocant. Gratus illarum Campaniae aspectus est: omnis in pilis Puteolorum turba consistit et ex ipso genere velorum Alexandrinas quamvis in magna turba navium intellegit; solis enim licet siparum intendere, quod in alto omnes habent naves.	(1) Сегодня неожиданно показались в виду александрийские корабли, которые обычно высылаются вперед, чтобы возвестить скорый приход идущего вслед флота 1. Именуются они "посыльными". Их появленье радует всю Кампанию: на молу в Путеолах стоит толпа и среди всей толпы кораблей различает по парусной оснастке суда из Александрии: им одним разрешено поднимать малый парус, который остальные распускают только в открытом море.
[2] Nulla enim res aeque adiuvat cursum quam summa pars veli; illinc maxime navis urgetur. Itaque quotiens ventus increbruit maiorque est quam expedit, antemna summittitur: minus habet virium flatus ex humili. Cum intravere Capreas et promunturium ex quo	(2) Ничто так не ускоряет ход корабля, как верхняя часть паруса; она-то и толкает его всего сильнее. Поэтому, едва ветер крепчает и становится больше, чем нужно, рею приспускают: ведь по низу он дует слабее. Как только суда зайдут за Капрею и тот мыс2,
alta procelloso speculatur vertice Pallas,	*Где Паллада глядит со своей скалистой вершины,*

ceterae velo iubentur esse contentae: siparum Alexandrinarum insigne [indicium] est.	все они поневоле должны довольствоваться одним парусом, - кроме александрийских, которые и приметны благодаря малому парусу.
[3] In hoc omnium discursu properantium ad litus magnam ex pigritia mea sensi voluptatem, quod epistulas meorum accepturus non properavi scire quis illic esset rerum mearum status, quid adferrent: olim iam nec perit quicquam mihi nec adquiritur. Hoc, etiam si senex non essem, fuerat sentiendum, nunc vero multo magis: quantulumcumque haberem, tamen plus iam mihi superesset viatici quam viae, praesertim cum eam viam simus ingressi quam peragere non est necesse.	(3) Эта беготня спешащих на берег доставила мне, ленивцу, большое удовольствие, потому что я должен был получить письма от своих, но не спешил узнать, какие новости о моих делах они принесут. Уже давно нет для меня ни убытка, ни прибыли. Даже не будь я стариком, мне следовало бы думать так, а теперь и подавно: ведь какую бы малость я ни имел, денег на дорогу у меня остается больше, чем самой дороги, - особенно с тех пор, как я вступил на такой путь, по которому нет необходимости пройти до конца.
[4] Iter inperfectum erit si in media parte aut citra petitum locum steteris: vita non est inperfecta si honesta est; ubicumque desines, si bene desines, tota est. Saepe autem et fortiter desinendum est et non ex maximis causis; nam nec eae maximae sunt quae nos tenent.	(4) Нельзя считать путешествие совершенным, если ты остановился на полпути и не доехал до места; а жизнь не бывает несовершенной, если прожита честно. Где бы ты ни прервал ее, она вся позади, лишь бы хорошо ее прервать. А прерывать ее часто приходится и не по столь уж важным причинам, так как и то, что нас держит, не так уж важно.
[5] Tullius Marcellinus, quem optime noveras, adulescens quietus et cito senex, morbo et non insanabili correptus sed longo et molesto et multa imperante, coepit deliberare de morte. Convocavit complures amicos. Unusquisque aut, quia timidus erat, id illi suadebat quod sibi suasisset, aut, quia adulator et blandus, id consilium dabat quod deliberanti gratius fore suspicabatur.	(5) Туллий Марцеллин, которого ты хорошо знал, провел молодость спокойно, но быстро состарился и, заболев недугом хоть и не смертельным, но долгим, тяжким и многого требующим от больного, начал раздумывать о смерти. Он созвал множество друзей; одни, по робости, убеждали его в том же, в чем убеждали бы и себя, другие - льстивые и угодливые - давали такой совет, какой, казалось им, будет по душе сомневающемуся.
[6] Amicus noster Stoicus, homo egregius et, ut verbis illum quibus laudari dignus est laudem, vir fortis ac strenuus, videtur mihi optime illum cohortatus. Sic enim coepit: 'noli, mi Marcelline, torqueri tamquam de re magna deliberes. Non est res magna vivere: omnes servi tui vivunt, omnia	(6) Только наш друг-стоик3, человек незаурядный и - говорю ему в похвалу те слова, которых он заслуживает, - мужественный и решительный, указал наилучший, на мой взгляд, выход. Он сказал: "Перестань-ка, Марцеллин, мучиться так, словно обдумываешь очень важное дело! Жить - дело не

animalia: magnum est honeste mori, prudenter, fortiter. Cogita quamdiu iam idem facias: cibus, somnus, libido -- per hunc circulum curritur; mori velle non tantum prudens aut fortis aut miser, etiam fastidiosus potest.'	такое уж важное; живут и все твои рабы, и животные; важнее умереть честно, мудро и храбро. Подумай, как давно занимаешься ты все одним и тем же: еда, сон, любовь - в этом кругу ты и вертишься. Желать смерти может не только мудрый и храбрый либо несчастный, но и пресыщенный".
[7] Non opus erat suasore illi sed adiutore: servi parere nolebant. Primum detraxit illis metum et indicavit tunc familiam periculum adire cum incertum esset an mors domini voluntaria fuisset; alioqui tam mali exempli esse occidere dominum quam prohibere.	(7) Марцеллину нужен был, однако, не совет, а помощь: рабы не хотели ему повиноваться. Тогда наш друг прежде всего избавил их от страха, указав, что челяди грозит наказание, только когда неясно, была ли смерть хозяина добровольной, а иначе так же дурно удерживать господина, как и убивать его.
[8] Deinde ipsum Marcellinum admonuit non esse inhumanum, quemadmodum cena peracta reliquiae circumstantibus dividantur, sic peracta vita aliquid porrigi iis qui totius vitae ministri fuissent. Erat Marcellinus facilis animi et liberalis etiam cum de suo fieret; minutas itaque summulas distribuit flentibus servis et illos ultro consolatus est.	(8) Потом он и самому Марцеллину напомнил, что человечность требует, - так же как после ужина мы раздаем остатки стоящим вокруг стола, - уделить хоть что-нибудь, когда жизнь окончена, тем, кто всю жизнь был нам слугою. Марцеллин был мягок душою и щедр, даже когда дело касалось его добра; он роздал плачущим рабам по небольшой толике денег и к тому же утешил их.
[9] Non fuit illi opus ferro, non sanguine: triduo abstinuit et in ipso cubiculo poni tabernaculum iussit. Solium deinde inlatum est, in quo diu iacuit et calda subinde suffusa paulatim defecit, ut aiebat, non sine quadam voluptate, quam adferre solet lenis dissolutio non inexperta nobis, quos aliquando liquit animus.	(9) Ему не понадобилось ни железа, ни крови: три дня он воздерживался от пищи, приказав в спальне повесить полог. Потом принесли ванну, в которой он долго лежал, и покуда в нее подливали горячую воду, медленно впадал в изнеможенье, - по собственным словам, не без некоторого удовольствия, какое обычно испытывают, постепенно теряя силы; оно знакомо нам, частенько теряющим сознанье.
[10] In fabellam excessi non ingratam tibi; exitum enim amici tui cognosces non difficilem nec miserum. Quamvis enim mortem sibi consciverit, tamen mollissime excessit et vita elapsus est. Sed ne inutilis quidem haec fabella fuerit; saepe enim talia exempla necessitas exigit. Saepe debemus mori nec volumus, morimur nec volumus.	(10) Я отступил от предмета ради рассказа, который будет тебе по душе, - ведь ты узнаешь из него, что кончина твоего друга была не тяжкой и не жалкой. Хоть он и сам избрал смерть, но отошел легко, словно выскользнул из жизни. Но рассказ мой был и не без пользы: нередко сама неизбежность требует таких примеров. Часто мы должны умереть -

	и не хотим умирать, умираем - и не хотим умирать.
[11] Nemo tam inperitus est ut nesciat quandoque moriendum; tamen cum prope accessit, tergiversatur, tremit, plorat. Nonne tibi videtur stultissimus omnium qui flevit quod ante annos mille non vixerat? aeque stultus est qui flet quod post annos mille non vivet. Haec paria sunt: non eris nec fuisti; utrumque tempus alienum est.	(11) Нет такого невежды, кто не знал бы, что в конце концов умереть придется; но стоит смерти приблизиться, он отлынивает, дрожит и плачет. Разве не счел бы ты глупцом из глупцов человека, слезно жалующегося на то, что он еще не жил тысячу лет назад? Не менее глуп и жалующийся на то, что через тысячу лет уже не будет жить. Ведь это одно и то же: тебя не будет, как не было раньше. Время и до нас, и после нас не наше.
[12] In hoc punctum coniectus es, quod ut extendas, quousque extendes? Quid fles? quid optas? perdis operam.	(12) Ты заброшен в одну точку; растягивай ее, - но до каких пор? Что ты жалуешься? Чего хочешь? Ты даром тратишь силы!
Desine fata deum flecti sperare precando.	*И не надейся мольбой изменить решенья всевышних!*
Rata et fixa sunt et magna atque aeterna necessitate ducuntur: eo ibis quo omnia eunt. Quid tibi novi est? Ad hanc legem natus es; hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. Series invicta et nulla mutabilis ope inligavit ac trahit cuncta.	4 Они тверды и неизменны, и направляет их великая и вечная необходимость. Ты пойдешь туда же, куда идет все. Что тут нового для тебя? Под властью этого закона ты родился! То же случилось и с твоим отцом, и с матерью, и с предками, и со всеми, кто был до тебя, и со всеми, кто будет после. Непобедимая и никакой-силой не изменяемая че реда связывает и влечет всех.
[13] Quantus te populus moriturorum sequetur, quantus comitabitur! Fortior, ut opinor, esses, si multa milia tibi commorerentur; atqui multa milia et hominum et animalium hoc ipso momento quo tu mori dubitas animam variis generibus emittunt. Tu autem non putabas te aliquando ad id perventurum ad quod semper ibas? Nullum sine exitu iter est.	(13) Какая толпа умерших шла впереди тебя, какая толпа пойдет следом! Сколько их будет твоими спутниками! Я думаю, ты стал бы храбрее, вспомнив о многих тысячах твоих товарищей по смерти. Но ведь многие тысячи людей и животных испускают дух от бессчетных причин в тот самый миг, когда ты не решаешься умереть. Неужто ты не думал, что когда-нибудь придешь туда, куда шел все время? Нет пути, который бы не кончился.
[14] Exempla nunc magnorum virorum me tibi iudicas relaturum? puerorum referam. Lacon ille memoriae traditur, inpubis adhuc, qui captus clamabat 'non serviam' sua illa Dorica lingua, et verbis	(14) А теперь, по-твоему, я должен привести тебе в пример великих людей? Нет, я приведу ребенка. Жива память о том спартанце, еще мальчике, который, оказавшись в

fidem inposuit: ut primum iussus est fungi servili et contumelioso ministerio (adferre enim vas obscenum iubebatur), inlisum parieti caput rupit.	плену, кричал на своем дорийском наречии: "Я не раб!" - и подтвердил эти слова делом. Едва ему приказали выполнить унизительную рабскую работу - унести непристойный горшок, - как он разбил себе голову об стену.
[15] Tam prope libertas est: et servit aliquis? Ita non sic perire filium tuum malles quam per inertiam senem fieri? Quid ergo est cur perturberis, si mori fortiter etiam puerile est? Puta nolle te sequi: duceris. Fac tui iuris quod alieni est. Non sumes pueri spiritum, ut dicas 'non servio'? Infelix, servis hominibus, servis rebus, servis vitae; nam vita, si moriendi virtus abest, servitus est.	(15) Вот как близко от нас свобода. И при этом люди рабствуют! Разве ты не предпочел бы, чтобы твой сын погиб, а не старился в праздности? Есть ли причина тревожиться, если и дети могут мужественно умереть? Думай сколько хочешь, что не желаешь идти вслед, все равно тебя поведут. Так возьми в свои руки то, что сейчас в чужой власти! Или тебе недоступна отвага того мальчика, не под силу сказать: "Я не раб"? Несчастный, ты раб людей, раб вещей, раб жизни. Ибо жизнь, если нет мужества умереть, - это рабство.
[16] Ecquid habes propter quod expectes? voluptates ipsas quae te morantur ac retinent consumpsisti: nulla tibi nova est, nulla non iam odiosa ipsa satietate. Quis sit vini, quis mulsi sapor scis: nihil interest centum per vesicam tuam an mille amphorae transeant: saccus es. Quid sapiat ostreum, quid mullus optime nosti: nihil tibi luxuria tua in futuros annos intactum reservavit. Atqui haec sunt a quibus invitus divelleris.	(16) Есть ли ради чего ждать? Все наслаждения, которые тебя удерживают и не пускают, ты уже перепробовал, ни одно для тебя не ново, ни одно не приелось и не стало мерзко. Вкус вина и меда тебе знаком, и нет разницы, сто или тысяча кувшинов пройдет через твой мочевой пузырь: ты ведь - только цедило. Ты отлично знаешь, каковы на вкус устрицы, какова краснобородка; твоя жадность к наслаждениям не оставила тебе на будущее ничего неотведанного. А ведь как раз от этого ты и отрываешься с наибольшей неохотой.
[17] Quid est aliud quod tibi eripi doleas? Amicos? Scis enim amicus esse? Patriam? tanti enim illam putas ut tardius cenes? Solem? quem, si posses, extingueres: quid enim umquam fecisti luce dignum? Confitere non curiae te, non fori, non ipsius rerum naturae desiderio tardiorem ad moriendum fieri: invitus relinquis macellum, in quo nihil reliquisti.	(17) С чем еще тебе больно расстаться? С друзьями, с родиной? Да ценишь ли ты ее настолько, чтобы ради нее позже поужинать? С солнцем? Да ты, если бы мог, погасил бы само солнце. Что ты сделал достойное его света? Признайся, не тоска по курии, по форуму, по самой природе делает тебя таким медлительным, когда нужно умереть: тебе неохота покидать мясной рынок, на котором ты ничего не оставил.
[18] Mortem times: at quomodo illam	(18) Ты боишься смерти; да и как тебе

media boletatione contemnis! Vivere vis: scis enim? Mori times: quid porro? ista vita non mors est? C. Caesar, cum illum transeuntem per Latinam viam unus ex custodiarum agmine demissa usque in pectus vetere barba rogaret mortem, 'nunc enim' inquit 'vivis?' Hoc istis respondendum est quibus succursura mors est: 'mori times: nunc enim vivis?'	ее презреть среди удовольствий? Ты хочешь жить: значит, ты знаешь, как жить? Ты боишься умереть, - так что же? Разве такая жизнь не все равно что смерть? Гай Цезарь, когда однажды переходил через Латинскую дорогу5 и кто-то из взятых под стражу, с бородой, отросшей по грудь, попросил у него смерти, ответил: "А разве сейчас ты живешь?" Так надо бы отвечать и тем, для кого смерть была бы избавлением: "Ты боишься умереть? А разве сейчас ты живешь?" -
[19] 'Sed ego' inquit 'vivere volo, qui multa honeste facio; invitus relinquo officia vitae, quibus fideliter et industrie fungor.' Quid? tu nescis unum esse ex vitae officiis et mori? Nullum officium relinquis; non enim certus numerus quem debeas explere finitur.	(19) "Но я хочу жить потому, что делаю немало честного; мне нет охоты бросать обязанности, налагаемые жизнью: ведь я исполняю их неукоснительно и неустанно". - А разве ты не знаешь, что и умереть - это одна из налагаемых жизнью обязанностей? Ты никаких обязанностей не бросаешь: ведь нет точно определенного их числа, которое ты должен выполнить.
[20] Nulla vita est non brevis; nam si ad naturam rerum respexeris, etiam Nestoris et Sattiae brevis est, quae inscribi monumento suo iussit annis se nonaginta novem vixisse. Vides aliquem gloriari senectute longa: quis illam ferre potuisset si contigisset centesimum implere? Quomodo fabula, sic vita: non quam diu, sed quam bene acta sit, refert. Nihil ad rem pertinet quo loco desinas. Quocumque voles desine: tantum bonam clausulam inpone. Vale.	(20) Всякая жизнь коротка: если ты оглянешься на природу вещей, то короток будет даже век Нестора и Сатии6, которая приказала написать на своем памятнике, что прожила девяносто девять лет. Ты видишь, старуха хвастается долгой старостью; а проживи она полных сто лет, кто мог бы ее вытерпеть? Жизнь - как пьеса: не то важно, длинна ли она, а то, хорошо ли сыграна. К делу не относится, тут ли ты оборвешь ее или там. Где хочешь, там и оборви только бы развязка была хороша! Будь здоров.

LXXVIII

[1] Vexari te destillationibus crebris ac febriculis, quae longas destillationes et in consuetudinem adductas sequuntur, eo molestius mihi est quia expertus sum hoc genus valetudinis, quod inter initia contempsi -- poterat adhuc adulescentia iniurias ferre et se	(1) Тебя замучили частые насморки и простуды, которые всегда идут вслед за долгими, неотвязными насморками; эта весть для меня особенно неприятна, потому что я хорошо знаю такое самочувствие. Поначалу я его презирал, - покуда моему юному

adversus morbos contumaciter gerere -- deinde succubui et eo perductus sum ut ipse destillarem, ad summam maciem deductus.	возрасту под силу было справляться с тяготами и не поддаваться болезням; потом они взяли верх и довели меня до того, что я чуть душу не вычихал, совсем отощав и ослабев.
[2] Saepe impetum cepi abrumpendae vitae: patris me indulgentissimi senectus retinuit. Cogitavi enim non quam fortiter ego mori possem, sed quam ille fortiter desiderare non posset. Itaque imperavi mihi ut viverem; aliquando enim et vivere fortiter facere est.	(2) Часто меня тянуло покончить с собою, - но удержала мысль о старости отца, очень меня любившего. Я думал не о том, как мужественно смогу я умереть, но о том, что он не сможет мужественно переносить тоску. Поэтому я и приказал себе жить: ведь иногда и остаться жить - дело мужества.
[3] Quae mihi tunc fuerint solacio dicam, si prius hoc dixero, haec ipsa quibus adquiescebam medicinae vim habuisse; in remedium cedunt honesta solacia, et quidquid animum erexit etiam corpori prodest. Studia mihi nostra saluti fuerunt; philosophiae acceptum fero quod surrexi, quod convalui; illi vitam debeo et nihil illi minus debeo.	(3) Я скажу, в чем нашел тогда утешение, но прежде надо сказать, что то самое, чем старался я себя успокоить, оказалось и сильнейшим лекарством. Благое утешение становится целительным снадобьем; что поднимает дух, то помогает и телу. Наши занятия поправили мне здоровье. Философии благодарен я за то, что поднялся и окреп, ей обязан я жизнью, и это - самое меньшее из всего, чем я ей обязан.
[4] Multum autem mihi contulerunt ad bonam valetudinem [et] amici, quorum adhortationibus, vigiliis, sermonibus adlevabar. Nihil aeque, Lucili, virorum optime, aegrum reficit atque adiuvat quam amicorum adfectus, nihil aeque expectationem mortis ac metum subripit: non iudicabam me, cum illos superstites relinquerem, mori. Putabam, inquam, me victurum non cum illis, sed per illos; non effundere mihi spiritum videbar, sed tradere. Haec mihi dederunt voluntatem adiuvandi me et patiendi omne tormentum; alioqui miserrimum est, cum animum moriendi proieceris, non habere vivendi.	(4) Немало помогли моему выздоровлению и друзья, поддержавшие меня ободряющими речами и неусыпным вниманием. Ничто не укрепляет больного и не помогает ему так, как любовь друзей, ничто так не прогоняет страх и ожидание смерти. У меня и мысли о смерти не было, нет, я думал, что если они остаются жить, то буду жить и я, не с ними, а в них; мне казалось, что я не испущу дух, а передам его друзьям. Все это укрепило мое желание помочь себе и перетерпеть любые муки; ведь самое жалкое - это потерять мужество умереть и не иметь мужества жить.
[5] Ad haec ergo remedia te confer. Medicus tibi quantum ambules, quantum exercearis monstrabit; ne indulgeas otio, ad quod vergit iners valetudo; ut legas clarius et spiritum, cuius iter ac receptaculum laborat, exerceas; ut naviges et viscera molli	(5) Испробуй и ты эти лекарства. Врач укажет тебе, сколько нужно гулять, сколько упражняться; посоветует не слишком предаваться безделью, хоть некрепкое здоровье и склонно к нему, посоветует читать внятным голосом, чтобы упражнять дыхание, чьи пути и

iactatione concutias; quibus cibis utaris, vinum quando virium causa advoces, quando intermittas ne inritet et exasperet tussim. Ego tibi illud praecipio quod non tantum huius morbi sed totius vitae remedium est: contemne mortem. Nihil triste est cum huius metum effugimus.	вместилища поражены недугом, плавать в лодке, чтобы растрясти внутренности мягким качанием; назначит тебе пищу и срок, когда надо прибегнуть к вину для укрепления сил, когда отказаться от него, чтобы от раздражения не обострился кашель. А мое наставленье излечивает не одну болезнь, но всю нашу жизнь. Вот оно: презирай смерть! Кто ушел от страха смерти, тому ничто не печалит душу.
[6] Tria haec in omni morbo gravia sunt: metus mortis, dolor corporis, intermissio voluptatum. De morte satis dictum est: hoc unum dicam, non morbi hunc esse sed naturae metum. Multorum mortem distulit morbus et saluti illis fuit videri perire. Morieris, non quia aegrotas, sed quia vivis. Ista te res et sanatum manet; cum convalueris, non mortem sed valetudinem effugeris.	(6) Во всякой болезни тяжелы три вещи: страх смерти, боль в теле, отказ от наслаждений. О смерти мы говорили довольно, добавлю только одно: страх этот - не перед болезнью, а перед природой. Многим болезнь отсрочила смерть; и то, что они казались умирающими, служило к их спасению1. Умрешь ты не потому, что хвораешь, а потому, что живешь. Та же участь ждет и выздоровевшего: исцелившись, ты ушел не от смерти, а от нездоровья.
[7] Ad illud nunc proprium incommodum revertamur: magnos cruciatus habet morbus, sed hos tolerabiles intervalla faciunt. Nam summi doloris intentio invenit finem; nemo potest valde dolere et diu; sic nos amantissima nostri natura disposuit ut dolorem aut tolerabilem aut brevem faceret.	(7) Перейдем к другой неприятности, присущей именно болезни: она приносит тяжкие боли. Но и они терпимы, потому что перемежаются. Ведь боль, достигнув наибольшей остроты, кончается. Никто не может страдать и сильно, и долго: любящая природа устроила все так, что сделала боль либо переносимой, либо краткой.
[8] Maximi dolores consistunt in macerrimis corporis partibus: nervi articulique et quidquid aliud exile est acerrime saevit cum in arto vitia concepit. Sed cito hae partes obstupescunt et ipso dolore sensum doloris amittunt, sive quia spiritus naturali prohibitus cursu et mutatus in peius vim suam qua viget admonetque nos perdit, sive quia corruptus umor, cum desiit habere quo confluat, ipse se elidit et iis quae nimis implevit excutit sensum.	(8) Самой острой боль бывает в самых тонких частях нашего тела: больше всего она свирепствует в жилах, в суставах всюду, где ее стесняет узкое пространство. Но как раз эти части быстро немеют и теряют от боли ощущение боли, - потому ли, что дух2, встречая на своем пути препоны и подвергаясь порче, теряет силу, которой держится сам и поддерживает в нас чувства, то ли потому, что гнилая влага, не имея куда стекать, сама себя теснит и лишает чувствительности те места, где скапливается.
[9] Sic podagra et cheragra et omnis vertebrarum dolor nervorumque interquiescit cum illa quae torquebat	(9) Так подагра и хирагра, и всякая другая боль в сочлененьях и в жилах успокаивается на время, когда

hebetavit; omnium istorum prima verminatio vexat, impetus mora extinguitur et finis dolendi est optorpuisse. Dentium, oculorum, aurium dolor ob hoc ipsum acutissimus est quod inter angusta corporis nascitur, non minus, mehercule, quam capitis ipsius; sed si incitatior est, in alienationem soporemque convertitur.	измученные ею части одеревянеют; при этих болезнях самое тягостное - первые зудящие боли, потом острота их со временем гаснет и наступает омертвение - конец всякой боли. Боль в зубах, в глазах, в ушах потому так пронзительна, что рождается в самых тесных местах тела, так же, клянусь, как боль в голове, которая, однако, став слишком резкой, переходит в умопомрачение и беспамятство.
[10] Hoc itaque solacium vasti doloris est, quod necesse est desinas illum sentire si nimis senseris. Illud autem est quod inperitos in vexatione corporis male habet: non adsueverunt animo esse contenti; multum illis cum corpore fuit. Ideo vir magnus ac prudens animum diducit a corpore et multum cum meliore ac divina parte versatur, cum hac querula et fragili quantum necesse est.	(10) Тем и можно утешаться при нестерпимой боли, что ты непременно перестанешь ее чувствовать, если сначала почувствуешь слишком сильно. А невеждам телесная мука так тягостна вот почему: они не привыкли довольствоваться своею душой и были чересчур заняты телом. Поэтому великий и разумный человек отделяет душу от тела и обращает помыслы к лучшей, божественной части своего существа, а другой, плаксивой и хилой, занимается только в меру необходимости.
[11] 'Sed molestum est' inquit 'carere adsuetis voluptatibus, abstinere cibo, sitire, esurire.' Haec prima abstinentia gravia sunt, deinde cupiditas relanguescit ipsis per [se] quae cupimus fatigatis ac deficientibus; inde morosus est stomachus, inde quibus fuit aviditas cibi odium est. Desideria ipsa moriuntur; non est autem acerbum carere eo quod cupere desieris.	(11) "Но ведь тяжело лишиться привычных наслаждений, отказываться от пищи, терпеть голод и жажду". Воздержность тяжела на первых порах. Потом желания гаснут, по мере того как устает и слабеет то, посредством чего мы желаем. Со временем желудок становится своенравным, со временем мы смотреть не можем на то3, до чего прежде бывали жадны, и сама потребность умирает. А обходиться без того, чего больше не хочется, ничуть не горько.
[12] Adice quod nullus non intermittitur dolor aut certe remittitur. Adice quod licet cavere venturum et obsistere inminenti remediis; nullus enim non signa praemittit, utique qui ex solito revertitur. Tolerabilis est morbi patientia, si contempseris id quod extremum minatur.	(12) К тому же всякая боль перемежается или хотя бы облегчается. К тому же можно предостеречься, когда она вот-вот появится, и предупредить ее лекарствами: ведь всякой боли предшествуют некие приметы, особенно если она возвращается постоянно. Болеэнь не так трудно терпеть, коль скоро ты презрел самую страшную ее угрозу.
[13] Noli mala tua facere tibi ipse	(13) Так не утяжеляй же свои

graviora et te querelis onerare: levis est dolor si nihil illi opinio adiecerit. Contra si exhortari te coeperis ac dicere 'nihil est aut certe exiguum est; duremus; iam desinet', levem illum, dum putas, facies. Omnia ex opinione suspensa sunt; non ambitio tantum ad illam respicit et luxuria et avaritia: ad opinionem dolemus.	несчастия и не отягощай себя жалобами. Боль легка, если к ней ничего не прибавит мнение; а если ты еще будешь себя подбадривать и твердить: "ничего не болит", или "боль пустяковая, крепись, сейчас все пройдет", - от самих этих мыслей тебе станет легче. Все зависит от мнения; на него оглядываются не только честолюбие и жажда роскоши, и скупость: наша боль сообразуется с мнением. Каждый несчастен настолько, насколько полагает себя несчастным.
[14] Tam miser est quisque quam credidit. Detrahendas praeteritorum dolorum conquestiones puto et illa verba: 'nulli umquam fuit peius. Quos cruciatus, quanta mala pertuli! Nemo me surrecturum putavit. Quotiens deploratus sum a meis, quotiens a medicis relictus! In eculeum inpositi non sic distrahuntur.' Etiam si sunt vera ista, transierunt: quid iuvat praeteritos dolores retractare et miserum esse quia fueris? Quid quod nemo non multum malis suis adicit et sibi ipse mentitur? Deinde quod acerbum fuit ferre, tulisse iucundum est: naturale est mali sui fine gaudere. Circumcidenda ergo duo sunt, et futuri timor et veteris incommodi memoria: hoc ad me iam non pertinet, illud nondum.	(14) По-моему, надобно отбросить все жалобы на миновавшую боль, все речи, вроде этих: "Никому не бывало хуже! Какие муки, какие страданья я перенес! Никто уж и не думал, что я встану. Сколько раз домашние меня оплакивали, сколько раз врачи от меня отступались! И на дыбе не бывает такой пытки!" Пусть даже это правда, но ведь все прошло! Какая радость опять переживать минувшую муку и быть несчастным от прежних несчастий? И потом, кто из нас не преувеличивает своих страданий и не обманывает самого себя? Наконец о том, что было горько, рассказывать сладко: ведь так естественно радоваться концу своих страданий. Значит, нужно поубавить и страх перед будущими, и память о прошлых невзгодах: ведь прошлые уже кончились, а будущие еще не имеют ко мне касательства.
[15] In ipsis positus difficultatibus dicat, *forsan et haec olim meminisse iuvabit.*	*(15) Пусть в самый трудный миг каждый скажет:* *Может быть, будет нам впредь об этом сладостно вспомнить!*
Toto contra ille pugnet animo; vincetur si cesserit, vincet si se contra dolorem suum intenderit: nunc hoc plerique faciunt, adtrahunt in se ruinam cui obstandum est. Istud quod premit, quod inpendet, quod urguet, si subducere te coeperis, sequetur et gravius incumbet; si contra steteris et obniti volueris, repelletur.	4 Пусть соберет все мужество для борьбы: кто отступит, будет побежден, кто сам пойдет в наступление на боль, победит. Теперь многие сами на себя обрушивают то, чему надо сопротивляться. Если ты попытаешься ускользнуть из-под нависшего давящего гнета, он тебя настигнет и наляжет еще тяжелее, а если встанешь твердо и захочешь сделать усилье, то и

	сбросишь его.
[16] Athletae quantum plagarum ore, quantum toto corpore excipiunt! ferunt tamen omne tormentum gloriae cupiditate nec tantum quia pugnant ista patiuntur, sed ut pugnent: exercitatio ipsa tormentum est. Nos quoque evincamus omnia, quorum praemium non corona nec palma est nec tubicen praedicationi nominis nostri silentium faciens, sed virtus et firmitas animi et pax in ceterum parta, si semel in aliquo certamine debellata fortuna est. 'Dolorem gravem sentio.'	(16) Сколько ударов и по лицу, и по всему телу получают кулачные бойцы? Но ради жажды славы они переносят все муки и терпят их не только в бою, но и ради боя: ведь сами их упражнения - пытка. И нам нужно все победить: наградой нам будет не венок и не пальмовая ветвь, не флейтист, устанавливающий тишину перед объявлением нашего имени, но добродетель и твердость духа, и мир на все остальные времена после первой же победы, одержанной в бою с фортуной. -
[17] Quid ergo? non sentis si illum muliebriter tuleris? Quemadmodum perniciosior est hostis fugientibus, sic omne fortuitum incommodum magis instat cedenti et averso. 'Sed grave est.' Quid? nos ad hoc fortes sumus, ut levia portemus? Utrum vis longum esse morbum an concitatum et brevem? Si longus est, habet intercapedinem, dat refectioni locum, multum temporis donat, necesse est, ut exsurgat, et desinat: brevis morbus ac praeceps alterutrum faciet, aut extinguetur aut extinguet. Quid autem interest, non sit an non sim? in utroque finis dolendi est.	(17) "Как мне больно!" - А разве оттого, что ты ведешь себя, как баба, тебе не так больно? Как враги пагубнее для убегающих, так всякая случайная невзгода сильнее теснит с тылу, когда перед ней отступишь. "Но ведь тяжело!" - Так разве мы только на то и храбры, чтобы сносить легкое? Какую болезнь ты предпочел бы - долгую или короткую, но более тяжелую? Если она долгая, в ней бывают промежутки, она дает срок оправиться и дарит много времени, потому что непременно должна развиться, потом пройти. Короткая и стремительная болезнь сделает одно из двух: либо сама кончится, либо тебя прикончит. Но какая разница, ее ли не будет или тебя? В обоих случаях боль прекратится.
[18] Illud quoque proderit, ad alias cogitationes avertere animum et a dolore discedere. Cogita quid honeste, quid fortiter feceris; bonas partes tecum ipse tracta; memoriam in ea quae maxime miratus es sparge; tunc tibi fortissimus quisque et victor doloris occurrat: ille qui dum varices exsecandas praeberet legere librum perseveravit, ille qui non desiit ridere cum hoc ipsum irati tortores omnia instrumenta crudelitatis suae experirentur. Non vincetur dolor ratione, qui victus est risu?	(18) Полезно также, направив мысли к другим предметам, отвлечь их от боли. Думай о том, как поступил ты честно и храбро, повторяй про себя, что во всем есть хорошая сторона, обрати свою память к тому, что тебя восхищало. Тогда тебе придет на помощь любой храбрец, победивший боль: и тот, кто продолжал читать книгу, покуда ему вырезали вздутые жилы, и тот, кто не переставал смеяться, когда палачи, разозленные этим смехом, пробовали на нем одно за другим орудия жестокости5. Неужели же разуму не победить боли, если ее победил смех?

[19] Quidquid vis nunc licet dicas, destillationes et vim continuae tussis egerentem viscerum partes et febrem praecordia ipsa torrentem et sitim et artus in diversum articulis exeuntibus tortos: plus est flamma et eculeus et lamina et vulneribus ipsis intumescentibus quod illa renovaret et altius urgueret inpressum. Inter haec tamen aliquis non gemuit. Parum est: non rogavit. Parum est: non respondit. Parum est: risit et quidem ex animo. Vis tu post hoc dolorem deridere?	(19) Говори что хочешь о насморке, и о непрестанном кашле такой силы, что куски внутренностей извергаются наружу, и о жаре, иссушающем грудь, и о жажде, и о корчах, выворачивающих в разные стороны суставы рук и ног, - страшнее пламя, и дыба, и раскаленное железо, прижатое к вспухающим ранам, чтобы они открылись и углубились. Но есть такие, что не застонали под этими пытками; мало того и ни о чем не просили; мало того - и не ответили ни слова; мало того - и смеялись от души. Так не хочешь ли после этого посмеяться над болью? -
[20] 'Sed nihil' inquit 'agere sinit morbus, qui me omnibus abduxit officiis.' Corpus tuum valetudo tenet, non et animum. Itaque cursoris moratur pedes, sutoris aut fabri manus inpedit: si animus tibi esse in usu solet, suadebis docebis, audies disces, quaeres recordaberis. Quid porro? nihil agere te credis si temperans aeger sis? ostendes morbum posse superari vel certe sustineri.	(20) "Но болезнь не дает ничего делать и уводит от всех обязанностей". - Нездоровье сковывает твое тело, а не душу. Пусть оно опутает ноги бегуну, окостенит руки портному или кузнецу. А ты, если привык к тому, что ум твой деятелен, будешь учить, убеждать, слушать, учиться, исследовать, вспоминать. Что же, по-твоему, быть умеренным в дни болезни значит ничего не делать? Ты докажешь, что болезнь можно одолеть или хотя бы вынести.
[21] Est, mihi crede, virtuti etiam in lectulo locus. Non tantum arma et acies dant argumenta alacris animi indomitique terroribus: et in vestimentis vir fortis apparet. Habes quod agas: bene luctare cum morbo. Si nihil te coegerit, si nihil exoraverit, insigne prodis exemplum. O quam magna erat gloriae materia, si spectaremur aegri! ipse te specta, ipse te lauda.	(21) И в постели больного, поверь мне, есть место для добродетели. Не только с оружьем и в строю можно доказать, что дух бодр и не укрощен крайними опасностями: и под одеялом видно, что человек мужествен. У тебя есть дело - храбро бороться с болезнью, а если она тебя не покорила и ничего от тебя не добилась, ты подал славный пример. - "Поистине есть чем прославиться, если все будут глядеть, как мы хвораем!" Сам на себя гляди, сам себя хвали!
[22] Praeterea duo genera sunt voluptatum. Corporales morbus inhibet, non tamen tollit; immo, si verum aestimes, incitat. Magis iuvat bibere sitientem, gratior est esurienti cibus; quidquid ex abstinentia contingit avidius excipitur. Illas vero animi voluptates, quae maiores certioresque sunt, nemo medicus aegro negat. Has quisquis sequitur et bene	(22) Помимо того, есть два рода наслаждений. Телесные наслаждения болезнь ограничивает, но не отнимает, и даже, если рассудить правильно, делает острее. Приятнее пить, когда чувствуешь жажду, есть, когда голоден; после поста все поглощается с большею жадностью. А в удовольствиях душевных, которые и больше, и вернее, ни один врач

intellegit omnia sensuum blandimenta contemnit.	больному не откажет. Кто предан им и понимает в них толк, тот презирает всякое ублажение чувств.
[23] 'O infelicem aegrum!' Quare? quia non vino nivem diluit? quia non rigorem potionis suae, quam capaci scypho miscuit, renovat fracta insuper glacie? quia non ostrea illi Lucrina in ipsa mensa aperiuntur? quia non circa cenationem eius tumultus cocorum est ipsos cum opsoniis focos transferentium? Hoc enim iam luxuria commenta est: ne quis intepescat cibus, ne quid palato iam calloso parum ferveat, cenam culina prosequitur.	(23) "О несчастный больной!" Почему? Да потому, что он не растапливает снега в вине, не охлаждает еще больше свое питье в объемистой посуде, взломав закупоривающий его лед, не открывают для него тут же за столом лукринских устриц6, не хлопочут вокруг возлежащего за ужином повара, подтаскивая блюда вместе с жаровнями. Вот до чего додумалась страсть к роскоши: чтобы яства не остыли, чтобы не казались они недостаточно горячими потерявшему чувствительность небу, кухню волокут вместе с кушаньями.
[24] 'O infelicem aegrum!' Edet quantum concoquat; non iacebit in conspectu aper ut vilis caro a mensa relegatus, nec in repositorio eius pectora avium (totas enim videre fastidium est) congesta ponentur. Quid tibi mali factum est? cenabis tamquam aeger, immo aliquando tamquam sanus.	(24) О несчастный больной! Он ест, сколько может переварить; не положат перед ним на стол кабана, чтобы полюбоваться им, а потом отослать обратно: ведь это мясо слишком дешевое! Не навалят для него на поднос птичьих грудок, потому что от вида целых птиц его тошнит. Что тебе сделали плохого? Ты будешь есть, как больной, вернее - как здоровый.
[25] Sed omnia ista facile perferemus, sorbitionem, aquam calidam, et quidquid aliud intolerabile videtur delicatis et luxu fluentibus magisque animo quam corpore morbidis: tantum mortem desinamus horrere. Desinemus autem, si fines bonorum ac malorum cognoverimus; ita demum nec vita taedio erit nec mors timori.	(25) Но все это мы вытерпим с легкостью: и отвары, и теплую воду, и все то, что кажется несносным для изнеженных, потонувших в роскоши и расслабленных скорее душою, чем телом. Только бы перестать бояться смерти! Чтобы этого достичь, надо познать пределы добра и зла - тогда и жизнь не будет нам тягостна, и смерть не страшна. -
[26] Vitam enim occupare satietas sui non potest tot res varias, magnas, divinas percensentem: in odium illam sui adducere solet iners otium. Rerum naturam peragranti numquam in fastidium veritas veniet: falsa satiabunt.	(26) Пресыщение жизнью не может отравить жизнь, в которой столько разных великих и божественных дел: только ленивая праздность заставляет ее ненавидеть самое себя. Кто странствует по всей шири природы, тому никогда не наскучит истина; только ложью можно пресытиться.
[27] Rursus si mors accedit et vocat, licet inmatura sit, licet mediam praecidat aetatem, perceptus longissimae fructus est. Cognita est illi	(27) А если явится и позовет смерть, пусть преждевременная, пусть обрывающая жизнь посредине, плод этой жизни давно отведан: ведь такой

ex magna parte natura; scit tempore honesta non crescere: iis necesse est videri omnem vitam brevem qui illam voluptatibus vanis et ideo infinitis metiuntur.	человек познал природу в большей ее части и знает, что от времени честности не прибавляется. Тем всякий век непременно покажется коротким, кто мерит его пустыми и потому бесконечными наслаждениями.
[28] His te cogitationibus recrea et interim epistulis nostris vaca. Veniet aliquando tempus quod nos iterum iungat ac misceat; quantulumlibet sit illud, longum faciet scientia utendi. Nam, ut Posidonius ait, 'unus dies hominum eruditorum plus patet quam inperitis longissima aetas'.	(28) Поддерживай свои силы этими мыслями, а на досуге и моими письмами. Придет время, которое вновь соединит нас и сольет воедино; как бы ни было оно кратно, нам продлит его уменье им пользоваться. Потому что, как говорит Посидоний, "один день человека образованного дольше самого долгого века невежды".
[29] Interim hoc tene, hoc morde: adversis non succumbere, laetis non credere, omnem fortunae licentiam in oculis habere, tamquam quidquid potest facere factura sit. Quidquid expectatum est diu, levius accedit. Vale.	(29) Вот что помни, вот что удержи прочно: не падай духом в несчастье, не верь удачам, всегда имей в виду произвол фортуны, словно она непременно сделает все, что может сделать. Чего мы ждем задолго, то для нас легче, когда случается. Будь здоров.

LXXIX

[1] Expecto epistulas tuas quibus mihi indices circuitus Siciliae totius quid tibi novi ostenderit, et omnia de ipsa Charybdi certiora. Nam Scyllam saxum esse et quidem non terribile navigantibus optime scio: Charybdis an respondeat fabulis perscribi mihi desidero et, si forte observaveris (dignum est autem quod observes), fac nos certiores utrum uno tantum vento agatur in vertices an omnis tempestas aeque mare illud contorqueat, et an verum sit quidquid illo freti turbine abreptum est per multa milia trahi conditum et circa Tauromenitanum litus emergere.	(1) Я жду от тебя писем с известиями о том, что нового показала тебе поездка по всей Сицилии, и прежде всего - сведений о Харибде. О том, что Сцилла - это утес, ничуть не страшный проплывающим мимо, я знаю очень хорошо; а вот о том, соответствуют ли истине рассказы о Харибде, ты мне, пожалуйста, напиши подробнее. И если тебе случится наблюдать ее (ведь дело того стоит), сообщи мне, один ли ветер закручивает там воду воронками или любая буря одинаково гонит ее; и еще - правда ли, что все подхваченное тамошним водоворотом уносится под водою на много миль и выныривает у Тавроменийского берега.
[2] Si haec mihi perscripseris, tunc tibi audebo mandare ut in honorem meum Aetnam quoque ascendas, quam consumi et sensim subsidere ex hoc colligunt quidam, quod aliquanto longius navigantibus solebat ostendi. Potest hoc accidere non quia montis	(2) Если ты мне об этом напишешь, тогда я осмелюсь поручить тебе взойти в мою честь на Этну, которая будто бы разрушается и мало-помалу становится ниже, как утверждают некоторые на том основании, что прежде, мол, она была видна мореходам из большей

altitudo descendit, sed quia ignis evanuit et minus vehemens ac largus effertur, ob eandem causam fumo quoque per diem segniore. Neutrum autem incredibile est, nec montem qui devoretur cotidie minui, nec manere eundem, quia non ipsum [ignis] exest sed in aliqua inferna valle conceptus exaestuat et aliis pascitur, in ipso monte non alimentum habet sed viam.	дали. Но это может быть и не потому, что высота горы стала меньше, а потому, что огонь притих и вздымается не так бурно и широко; по той же причине и дым она выбрасывает день ото дня все ленивее. Оба явления вероятны - и то, что ежедневно пожираемая гора уменьшается, и то, что она остается прежней высоты, потому что огонь ест не ее1, а, разгоревшись в некой подземной полости, в ней и питается, гора же дает ему не пищу, но только путь наружу.
[3] In Lycia regio notissima est (Hephaestion incolae vocant), foratum pluribus locis solum, quod sine ullo nascentium damno ignis innoxius circumit. Laeta itaque regio est et herbida, nihil flammis adurentibus sed tantum vi remissa ac languida refulgentibus.	(3) В Ликии хорошо известна область, которую местные жители называют Гефестион: почва там вся в отверстиях, и по ней блуждает безвредное пламя, не причиняя ущерба тому, что на ней родится. Область эта плодородна и богата растительностью, и огонь не палит, а только блестит, настолько он не горяч и бессилен.
[4] Sed reservemus ista, tunc quaesituri cum tu mihi scripseris quantum ab ipso ore montis nives absint, quas ne aestas quidem solvit; adeo tutae sunt ab igne vicino. Non est autem quod istam curam inputes mihi; morbo enim tuo daturus eras, etiam si nemo mandaret.	(4) Но с этим исследованьем подождем до тех пор, когда ты напишешь мне, далеко ли от жерла горы лежит снег, не растапливаемый и летним зноем, а бушующим по соседству огнем - и подавно. Во всех таких хлопотах тебе нет причины винить меня: ты пошел бы на это и без чужого поручения, ради собственной страсти,
[5] Quid tibi do ne Aetnam describas in tuo carmine, ne hunc sollemnem omnibus poetis locum adtingas? Quem quominus Ovidius tractaret, nihil obstitit quod iam Vergilius impleverat; ne Severum quidem Cornelium uterque deterruit. Omnibus praeterea feliciter hic locus se dedit, et qui praecesserant non praeripuisse mihi videntur quae dici poterant, sed aperuisse.	(5) коль скоро ты описываешь Этну в стихах и касаешься этого священного для всех поэтов места. Овидию взяться за этот предмет не помешало то обстоятельство, что он был уже исчерпан Вергилием; и оба поэта не отпугнули Корнелия Севера2. Это место оказалось счастливо для всех, а предшественники, на мой взгляд, не предвосхитили всего, что можно о нем сказать, а только открыли подступы.
[6] [Sed] Multum interest utrum ad consumptam materiam an ad subactam accedas: crescit in dies, et inventuris inventa non obstant. Praeterea condicio optima est ultimi: parata verba invenit, quae aliter instructa novam faciem habent. Nec illis manus	(6) Ведь большая разница, берешься ли ты за предмет исчерпанный или только разработанный, который становится со дня на день изобильнее, ибо найденное не мешает новым находкам. К тому же положение у последнего - наилучшее: он находит готовые слова, которые

inicit tamquam alienis; sunt enim publica. [Iurisconsulti negant quicquam publicum usu capi.]	приобретают новый облик, будучи расположены по-иному, и при этом не присваивает чужого, потому что слова - общее достояние, а оно не становится собственностью за давностью владения, как утверждают правоведы.
[7] Aut ego te non novi aut Aetna tibi salivam movet; iam cupis grande aliquid et par prioribus scribere. Plus enim sperare modestia tibi tua non permittit, quae tanta in te est ut videaris mihi retracturus ingenii tui vires, si vincendi periculum sit: tanta tibi priorum reverentia est.	(7) Или я тебя не знаю, или у тебя при виде Этны слюнки потекут. Тебе очень хочется написать что-нибудь величавое, равное написанному прежде. Надеяться на большее тебе не позволяет твоя скромность, а она у тебя такова, что ты, мне кажется, стал бы обуздывать свое дарование, если бы была опасность победить предшественников, столь тобою чтимых.
[8] Inter cetera hoc habet boni sapientia: nemo ab altero potest vinci nisi dum ascenditur. Cum ad summum perveneris, paria sunt; non est incremento locus, statur. Numquid sol magnitudini suae adicit? numquid ultra quam solet luna procedit? Maria non crescunt; mundus eundem habitum ac modum servat.	(8) Помимо прочих, есть у мудрости и такое достоинство: тебя могут победить, только пока ты взбираешься вверх; когда достигнута вершина, все там равное, все стоит на месте, и возрастание невозможно. Разве солнце прибавляется в величине? Разве луна становится еще полнее, чем обычно? Моря не растут, вселенная сохраняет тот же порядок и меру.
[9] Extollere se quae iustam magnitudinem implevere non possunt: quicumque fuerint sapientes, pares erunt et aequales. Habebit unusquisque ex iis proprias dotes: alius erit affabilior, alius expeditior, alius promptior in eloquendo, alius facundior: illud de quo agitur, quod beatum facit, aequalest in omnibus.	(9) Что достигло своего законного размера, то не может подняться еще выше. Сколько будет мудрецов, все они окажутся ровней друг другу; у каждого найдутся свои особенности: один будет приветливее, другой - деятельнее, третий - более скор на слова, четвертый - более красноречив; но то, о чем у нас речь и что делает их жизнь блаженной, у всех одинаково.
[10] An Aetna tua possit sublabi et in se ruere, an hoc excelsum cacumen et conspicuum per vasti maris spatia detrahat adsidua vis ignium, nescio: virtutem non flamma, non ruina inferius adducet; haec una maiestas deprimi nescit. Nec proferri ultra nec referri potest; sic huius, ut caelestium, stata magnitudo est. Ad hanc nos conemur educere.	(10) Может ли твоя Этна осесть и обрушиться, стачивает ли ее поднебесную вершину, видимую на широком пространстве моря, сила негасимого огня, - этого я не знаю, но добродетели не сделают ниже ни пламя, ни обвал. Лишь ее величие не знает умаления, не может ни прибывать, ни убывать. Оно, как величье небожителей, установлено раз навсегда. Попробуем же возвыситься до нее!
[11] Iam multum operis effecti est;	(11) Много уже сделано, - но нет,

immo, si verum fateri volo, non multum. Nec enim bonitas est pessimis esse meliorem: quis oculis glorietur qui suspicetur diem? Cui sol per caliginem splendet, licet contentus interim sit effugisse tenebras, adhuc non fruitur bono lucis.	признаться по правде, не так-то много! Быть лучшим среди худших еще не значит быть хорошим. Вправе ли тот, кто различил брезжущий день, кому солнце светит сквозь туман, похваляться зрением? Пусть он будет доволен, что вышел из мрака, - но благом света он еще не владеет.
[12] Tunc animus noster habebit quod gratuletur sibi cum emissus his tenebris in quibus volutatur non tenui visu clara prospexerit, sed totum diem admiserit et redditus caelo suo fuerit, cum receperit locum quem occupavit sorte nascendi. Sursum illum vocant initia sua; erit autem illic etiam antequam hac custodia exsolvatur, cum vitia disiecerit purusque ac levis in cogitationes divinas emicuerit.	(12) Тогда нас можно будет поздравить, когда наша душа, покинув мрак, в котором пребывает, воспримет взором не еле заметное сиянье, но весь свет дневной, когда она будет возвращена родному небу, вновь заняв место, принадлежащее ей по праву рождения. Само происхождение зовет ее ввысь. И она будет там еще прежде, чем освободится из-под здешней стражи, если отбросит все пороки и вознесется, чистая и легкая, к божественным помыслам.
[13] Hoc nos agere, Lucili carissime, in hoc ire impetu toto, licet pauci sciant, licet nemo, iuvat. Gloria umbra virtutis est: etiam invitam comitabitur. Sed quemadmodum aliquando umbra antecedit, aliquando sequitur vel a tergo est, ita gloria aliquando ante nos est visendamque se praebet, aliquando in averso est maiorque quo serior, ubi invidia secessit.	(13) Вот чем отрадно нам заниматься, милый Луцилий, вот куда радостно стремиться, хотя бы об этом знали немногие или даже никто не знал. Слава - тень добродетели, она следует за нею волей или неволей. Но как тень идет то впереди, то сзади, за спиною, так и слава то предшествует нам, видимая глазу, то прячется сзади, тем большая, чем позже она приходит после того, как зависть отступила.
[14] Quamdiu videbatur furere Democritus! Vix recepit Socraten fama. Quamdiu Catonem civitas ignoravit! respuit nec intellexit nisi cum perdidit. Rutili innocentia ac virtus lateret, nisi accepisset iniuriam: dum violatur, effulsit. Numquid non sorti suae gratias egit et exilium suum complexus est? De his loquor quos inlustravit fortuna dum vexat: quam multorum profectus in notitiam evasere post ipsos! quam multos fama non excepit sed eruit!	(14) Как долго казалось, что Демокрит3 безумен! Да и Сократа молва насилу приняла. Как долго сограждане ставили ни во что Катона4, отвергали его и только тогда опомнились, когда погубили. Невиновность и добродетель Рутилия остались бы неизвестны, если бы с ним не поступили несправедливо; насилье позволило им воссиять. Неужто же он не благодарил свой жребий и не принял изгнания с радостью? Я говорю о тех, кого фортуна прославила, истязая. А мало ли таких, чьи успехи в добродетели стали известны после их смерти? Мало ли таких, кого молва не признала, а откопала?
[15] Vides Epicurum quantopere non	(15) Ты видишь, как восхищаются

tantum eruditiores sed haec quoque inperitorum turba miretur: hic ignotus ipsis Athenis fuit, circa quas delituerat. Multis itaque iam annis Metrodoro suo superstes in quadam epistula, cum amicitiam suam et Metrodori grata commemoratione cecinisset, hoc novissime adiecit, nihil sibi et Metrodoro inter bona tanta nocuisse quod ipsos illa nobilis Graecia non ignotos solum habuisset sed paene inauditos.	Эпикуром не только те, что пообразованней, но и толпы невежд. А он был не известен даже Афинам, близ которых жил так незаметно. На много лет пережив своего Метродора, он в одном из посланий с благодарностью вспоминает о нем и прославляет свою с ним дружбу, а под конец добавляет: среди стольких великих благ ни Метродору, ни ему ничуть не повредило, что даже благородная Греция не знала о них и понаслышке.
[16] Numquid ergo non postea quam esse desierat inventus est? numquid non opinio eius enituit? Hoc Metrodorus quoque in quadam epistula confitetur, se et Epicurum non satis enotuisse; sed post se et Epicurum magnum paratumque nomen habituros qui voluissent per eadem ire vestigia.	(16) Так не после того ли, как его не стало, был он открыт? И не заблистали ли его мнения? Метродор также признается в каком-то послании, что и он, и Эпикур были не слишком знамениты, но потом громкие имена и его, и Эпикура будут у всех на устах, и многие захотят пойти по их следам.
[17] Nulla virtus latet, et latuisse non ipsius est damnum: veniet qui conditam et saeculi sui malignitate conpressam dies publicet. Paucis natus est qui populum aetatis suae cogitat. Multa annorum milia, multa populorum supervenient: ad illa respice. Etiam si omnibus tecum viventibus silentium livor indixerit, venient qui sine offensa, sine gratia iudicent. Si quod est pretium virtutis ex fama, nec hoc interit. Ad nos quidem nihil pertinebit posterorum sermo; tamen etiam non sentientes colet ac frequentabit.	(17) Добродетель нельзя утаить; а если до поры она таится, это не ей во вред. Придет день, когда она, спрятанная и погребенная злобою своего века, станет всем известна. Для немногих рожден тот, что думает лишь о поколении своих сверстников. Вслед придут многие тысячи лет, многие сотни поколений; гляди на них! Даже если всем, кто живет в одно время с тобою, зависть велит молчать, придут другие и будут судить без ненависти и без пристрастия. Если молва хоть как-то награждает добродетель, - и эта награда не пропадет. Пусть речь потомков не дойдет до нас, - все равно будут чтимы и часто поминаемы те, кто уже ничего не чувствует.
[18] Nulli non virtus et vivo et mortuo rettulit gratiam, si modo illam bona secutus est fide, si se non exornavit et pinxit, sed idem fuit sive ex denuntiato videbatur sive inparatus ac subito. Nihil simulatio proficit; paucis inponit leviter extrinsecus inducta facies: veritas in omnem partem sui eadem est. Quae decipiunt nihil habent solidi. Tenue est mendacium: perlucet si diligenter inspexeris. Vale.	(18) Нет такого, кому добродетель не снискала бы любви при жизни или по смерти, - нужно только искренно стремиться к ней, не рядиться и не румяниться, а быть всегда одним и тем же, увидят ли тебя, известив заранее, или застигнут врасплох. В притворстве мало пользы: кое-как надетая личина немногих обманет. Истина в каждой своей части одна и та же. Что обманчиво, то непрочно. Ложь тонка, а потому прозрачна, если вглядеться пристальней. Будь здоров.

LXXX

[1] Hodierno die non tantum meo beneficio mihi vaco sed spectaculi, quod omnes molestos ad sphaeromachian avocavit. Nemo inrumpet, nemo cogitationem meam inpediet, quae hac ipsa fiducia procedit audacius. Non crepabit subinde ostium, non adlevabitur velum: licebit tuto vadere, quod magis necessarium est per se eunti et suam sequenti viam. Non ergo sequor priores? facio, sed permitto mihi et invenire aliquid et mutare et relinquere; non servio illis, sed assentior.	(1) Сегодня я свободен не только благодаря самому себе, но и благодаря зрелищу, собравшему всех докучных на состязанье игроков в шары1. Никто не ворвется, никто не помешает моему раздумью, и безопасность делает мысли еще смелее. Дверь не стукнет, занавес не будет поднят, можно идти одному, - а это самое необходимое для идущего своим путем к своей цели. Выходит дело, я ни за кем не иду следом? Нет, но я позволяю себе кое-что и придумать, и изменить, и отбросить. Я не раб предшественников, а единомышленник.
[2] Magnum tamen verbum dixi, qui mihi silentium promittebam et sine interpellatore secretum: ecce ingens clamor ex stadio perfertur et me non excutit mihi, sed in huius ipsius rei contemplationem transfert. Cogito mecum quam multi corpora exerceant, ingenia quam pauci; quantus ad spectaculum non fidele et lusorium fiat concursus, quanta sit circa artes bonas solitudo; quam inbecilli animo sint quorum lacertos umerosque miramur.	(2) Но я говорил слишком дерзко, когда сулил себе тишину и уединение без помех: вот с ристалища донесся громкий крик и, хоть не сбил меня, однако отвлек и сам стал предметом сопоставления. Я подумал про себя: как много людей упражняют тело и как мало - душу! Сколько народу сбегается смотреть потешное и мимолетное зрелище, и какая пустота возле благородных наук! Как немощны духом те, чьими плечами и руками мы любуемся!
[3] Illud maxime revolvo mecum: si corpus perduci exercitatione ad hanc patientiam potest qua et pugnos pariter et calces non unius hominis ferat, qua solem ardentissimum in ferventissimo pulvere sustinens aliquis et sanguine suo madens diem ducat, quanto facilius animus conroborari possit ut fortunae ictus invictus excipiat, ut proiectus, ut conculcatus exsurgat. Corpus enim multis eget rebus ut valeat: animus ex se crescit, se ipse alit, se exercet. Illis multo cibo, multa potione opus est, multo oleo, longa denique opera: tibi continget virtus sine apparatu, sine inpensa. Quidquid facere te potest bonum tecum est.	(3) Об этом я и думаю больше всего: если упражнениями можно приучить тело к такой терпеливости, что она позволяет сносить и удары, и пинки многих людей, проводить целые дни под палящим солнцем, в горячей пыли, обливаясь кровью, - то насколько же легче закалить душу, чтобы она была стойкой перед всяким даром и ударом фортуны. чтобы, сброшенная наземь и растоптанная, она поднималась вновь? Ведь телу для здоровья нужно многое, а душа растет сама собою, сама себя питает, сама себя закаляет. Атлету нужно много пищи, много питья, много масла, нужны долгие труды; тебе добродетель достанется и без вспомогательных орудий, и без затрат. Что может сделать тебя человеком добра, то при тебе.

[4] Quid tibi opus est ut sis bonus? velle. Quid autem melius potes velle quam eripere te huic servituti quae omnes premit, quam mancipia quoque condicionis extremae et in his sordibus nata omni modo exuere conantur? Peculium suum, quod comparaverunt ventre fraudato, pro capite numerant: tu non concupisces quanticumque ad libertatem pervenire, qui te in illa putas natum?	(4) Что же надобно, чтобы стать таким? Желание! Но можешь ли ты пожелать лучшего, нежели вырваться из гнетущего всех рабства, от которого даже невольники последнего разбора, рожденные в ничтожестве, силятся избавиться? Все свое достояние, скопленное за счет собственной утробы, отдают они за свободу. Так неужели ты, верящий, что родился свободным, не жаждешь любой ценой добиться свободы?
[5] Quid ad arcam tuam respicis? emi non potest. Itaque in tabellas vanum coicitur nomen libertatis, quam nec qui emerunt habent nec qui vendiderunt: tibi des oportet istud bonum, a te petas. Libera te primum metu mortis (illa nobis iugum inponit), deinde metu paupertatis.	(5) Зачем ты оглядываешься на свой ларь? Купить ее нельзя. То, что вносится в списки, есть лишь пустое имя свободы 2, которой нет ни у тех, кто ее купил, ни у тех, кто продал. Нужно, чтобы ты сам дал себе это благо, сам у себя его добился. Освободись прежде всего от страха смерти, потом от страха бедности.
[6] Si vis scire quam nihil in illa mali sit, compara inter se pauperum et divitum vultus: saepius pauper et fidelius ridet; nulla sollicitudo in alto est; etiam si qua incidit cura, velut nubes levis transit: horum qui felices vocantur hilaritas ficta est aut gravis et suppurata tristitia, eo quidem gravior quia interdum non licet palam esse miseros, sed inter aerumnas cor ipsum exedentes necesse est agere felicem.	(6) Если хочешь убедиться, что ничего худого в ней нет, сравни лицо богача и лицо бедняка. Бедняк чаще смеется от души; никакая тревога не жжет его в глубине; если и придет какая забота, она уйдет, как легкое облачко. У тех, что слывут счастливыми, веселье притворно, а печаль мучительна, как скрытый нарыв, - мучительна тем более, что порой нельзя быть откровенно несчастным и надо среди горестей, разъедающих сердце, играть счастливца.
[7] Saepius hoc exemplo mihi utendum est, nec enim ullo efficacius exprimitur hic humanae vitae mimus, qui nobis partes quas male agamus adsignat. Ille qui in scaena latus incedit et haec resupinus dicit,	(7) Мне часто приходится приводить этот пример, потому что в нем яснее всего виден мим человеческой жизни, назначающей нам такие роли, каких нам не сыграть. Кто это спесиво шествует на подмостках и говорит, закинув голову:
en impero Argis; regna mihi liquit Pelops, *qua ponto ab Helles atque ab Ionio mari* *urguetur Isthmos,*	*Я - Аргоса властитель! Завещал Пелоп* *От моря Геллы вплоть до Ионийских вод* *Простертую державу мне?*
servus est, quinque modios accipit et quinque denarios.	Раб, получающий пять мер зерна и пять денариев!
[8] Ille qui superbus atque inpotens et fiducia virium tumidus ait,	(8) А кто вон тот, не знающий удержу в спеси и кичливо верящий в свое

	могущество, тот, который говорит:
quod nisi quieris, Menelae, hac dextra occides,	*Молчи, о Менелай. иль от моей руки Падешь!*
diurnum accipit, in centunculo dormit. Idem de istis licet omnibus dicas quos supra capita hominum supraque turbam delicatos lectica suspendit: omnium istorum personata felicitas est. Contemnes illos si despoliaveris.	Ему платят поденно, и спит он под лоскутным одеялом! То же самое можно сказать обо всех избалованных, которых над головами людей, над толпою возносят носилки; у всех у них счастье - только личина. Раздень их - и запрезираешь.
[9] Equum empturus solvi iubes stratum, detrahis vestimenta venalibus ne qua vitia corporis lateant: hominem involutum aestimas? Mangones quidquid est quod displiceat, id aliquo lenocinio abscondunt, itaque ementibus ornamenta ipsa suspecta sunt: sive crus alligatum sive brachium aspiceres, nudari iuberes et ipsum tibi corpus ostendi.	(9) Покупая коня, ты велишь снять попону; выставленным на продажу рабам ты велишь сбросить одежду, чтобы не скрылись телесные изъяны. Почему же ты ценишь человека лишь в облаченье? Работорговцы все, что может не понравиться, прячут с помощью какой-нибудь уловки; поэтому покупателю украшенья и подозрительны: увидев повязку на ноге или на руке, ты прикажешь сбросить ее и показать тебе тело.
[10] Vides illum Scythiae Sarmatiaeve regem insigni capitis decorum? Si vis illum aestimare totumque scire qualis sit, fasciam solve: multum mali sub illa latet. Quid de aliis loquor? si perpendere te voles, sepone pecuniam, domum, dignitatem, intus te ipse considera: nunc qualis sis aliis credis. Vale.	(10) Ты видишь этого царя скифов или сарматов с роскошным убором на голове? Если хочешь оценить его и до конца узнать, каков он, развяжи диадему. Много зла прячется под нею! А что говорить о других? Хочешь знать, что ты весишь, - отставь в сторону деньги, дом, сан. Сам разберись в себе! А покуда ты судишь о себе, приняв на веру чужое мненье. Будь здоров.

LXXXI

[1] Quereris incidisse te in hominem ingratum: si hoc nunc primum, age aut fortunae aut diligentiae tuae gratias. Sed nihil facere hoc loco diligentia potest nisi te malignum; nam si hoc periculum vitare volueris, non dabis beneficia; ita ne apud alium pereant, apud te peribunt. Non respondeant potius quam non dentur: et post malam segetem serendum est. Saepe quidquid perierat adsidua infelicis soli sterilitate unius anni restituit ubertas.	(1) Ты жалуешься, что напал на неблагодарного человека. Если это в первый раз. поблагодари либо судьбу, либо собственную осмотрительность. Впрочем, осмотрительность тут если что и может, так только сделать тебя недобрым: ведь, желая избежать такой опасности, ты всем откажешь в благодеяньях, - и они пропадут по твоей вине, из-за твоего страха, как бы они не пропали за другими. Но лучше уж не видеть ответных благодеяний, чем всем отказывать. Ведь и после плохого урожая надобно сеять, и нередко то, что гибло от постоянного бесплодия

	дурной почвы, возмещается изобилием одного года.
[2] Est tanti, ut gratum invenias, experiri et ingratos. Nemo habet tam certam in beneficiis manum ut non saepe fallatur: aberrent, ut aliquando haereant. Post naufragium maria temptantur; feneratorem non fugat a foro coctor. Cito inerti otio vita torpebit, si relinquendum est quidquid offendit. Te vero benigniorem haec ipsa res faciat; nam cuius rei eventus incertus est, id ut aliquando procedat saepe temptandum est.	(2) Чтобы найти благодарного, стоит попытать счастье и с неблагодарными. Не может быть у благодетеля столь верная рука, чтобы он никогда не промахивался; но пусть стрелы летят мимо - лишь бы иногда попадали в цель. И после кораблекрушения выходят в море; ростовщика не гонит с торжища обманщик1. Жизнь скоро оцепенеет в праздном покое, если надо будет отступаться от всего, что нам не по нраву. А тебя неудачи пусть сделают еще отзывчивее: ведь за то дело, исход которого неясен, следует браться почаще, чтобы когда-нибудь оно вышло.
[3] Sed de isto satis multa in iis libris locuti sumus qui de beneficiis inscribuntur: illud magis quaerendum videtur, quod non satis, ut existimo, explicatum est, an is qui profuit nobis, si postea nocuit, paria fecerit et nos debito solverit. Adice, si vis, et illud: multo plus postea nocuit quam ante profuerat.	(3) Но об этом я довольно говорил в тех книгах, которые названы "О благодеяниях". Здесь, мне кажется, надо исследовать то, что не было, по-моему, объяснено в должной мере: если кто-то нам сперва помог, а потом навредил, сквитался ли он с нами и освободил ли нас от долга? Прибавь, если хочешь, еще и то, что вред оказался больше прежней помощи.
[4] Si rectam illam rigidi iudicis sententiam quaeris, alterum ab altero absolvet et dicet, 'quamvis iniuriae praeponderent, tamen beneficiis donetur quod ex iniuria superest'. Plus nocuit, sed prius profuit; itaque habeatur et temporis ratio.	(4) Если ты потребуешь от строгого судьи правильного приговора, он вычтет одно из другого и скажет: "Хотя оскорбление и перевешивает, разницу следует списать за счет благодеяния. Он повредил больше? Но помог-то раньше! Прими во внимание и время".
[5] Iam illa manifestiora sunt quam ut admoneri debeas quaerendum esse quam libenter profuerit, quam invitus nocuerit, quoniam animo et beneficia et iniuriae constant. 'Nolui beneficium dare; victus sum aut verecundia aut instantis pertinacia aut spe.'	(5) И еще - это настолько ясно, что и напоминать незачем, - следует спросить, добровольно ли он помог и не повредил ли нехотя: ведь и благодеянья, и обиды зависят от намеренья. Я не хотел благодетельствовать, но уступил стыду, настойчивости просителя, надежде.
[6] Eo animo quidque debetur quo datur, nec quantum sit sed a quali profectum voluntate perpenditur. Nunc coniectura tollatur: et illud beneficium fuit et hoc, quod modum beneficii prioris excessit, iniuria est. Vir bonus utrosque calculos sic ponit ut se ipse circumscribat: beneficio	(6) Как давалось, так нужно и воздавать, и мерится благодеяние не величиной, а доброй волей, которой порождено. А теперь отбросим это предположение. Пусть благодеяние было благодеяньем, а обида - обидой, превышающей меру прежнего благодеянья. Человек добра так поведет

adicit, iniuriae demit. Alter ille remissior iudex, quem esse me malo, iniuriae oblivisci iubebit, officii meminisse.	счет, чтобы самого себя обсчитать: к благодеянию прибавит, из обиды вычтет; и судья не столь суровый (таким я и предпочитаю быть) обиду непременно забудет, а благодеянье запомнит. -
[7] 'Hoc certe' inquis 'iustitiae convenit, suum cuique reddere, beneficio gratiam, iniuriae talionem aut certe malam gratiam.' Verum erit istud cum alius iniuriam fecerit, alius beneficium dederit; nam si idem est, beneficio vis iniuriae extinguitur. Nam cui, etiam si merita non antecessissent, oportebat ignosci, post beneficia laedenti plus quam venia debetur.	(7) "Но ведь справедливости подобает воздавать каждому свое и за благодеянье платить благодарностью, за обиду - местью или, по крайней мере, неприязнью". - Это правильно, если один нас облагодетельствовал, а обидел другой; но если все сделал один человек, благодеянье гасит обиду. Ведь к тому, кого следовало бы простить и без прежних заслуг, нужно быть вдвойне снисходительным, если обиде предшествовало благодеянье.
[8] Non pono utrique par pretium: pluris aestimo beneficium quam iniuriam. Non omnes esse grati sciunt: debere beneficium potest etiam inprudens et rudis et unus e turba, utique dum prope est ab accepto, ignorat autem quantum pro eo debeat. Uni sapienti notum est quanti res quaeque taxanda sit. Nam ille de quo loquebar modo stultus, etiam si bonae voluntatis est, aut minus quam debet aut [alio quam debet] tempore aut quo non debet loco reddit; id quod referendum est effundit atque abicit.	(8) Для меня цена их не одинакова: благодеянье я ставлю выше. Даже благодарные не все знают меру своего долга: ведь и неразумный, и невежда, и простолюдин могут испытывать благодарность, особенно сразу после благодеяния, но меры долга они не знают. Только мудрому ведомо, чего стоит каждая вещь. Потому что глупец, о каком я сейчас говорил, несмотря на добрую волю, платит либо меньше, чем должен, либо не там или не тогда, когда следовало бы, и, покуда несет, проливает и просыпает свое ответное воздаяние.
[9] Mira in quibusdam rebus verborum proprietas est, et consuetudo sermonis antiqui quaedam efficacissimis et officia docentibus notis signat. Sic certe solemus loqui: 'ille illi gratiam rettulit'. Referre est ultro quod debeas adferre. Non dicimus 'gratiam reddidit'; reddunt enim et qui reposcuntur et qui inviti et qui ubilibet et qui per alium. Non dicimus 'reposuit beneficium' aut 'solvit': nullum nobis placuit quod aeri alieno convenit verbum.	(9) Удивительно, до чего точно подходят слова к некоторым вещам; обычай, издавна принятый в языке, отмечает их всем понятными знаками, указывая ими, что следует делать. Так мы всегда говорим: "Он его поблагодарил". Ведь дарить - значит давать по собственной воле. Мы не говорим "заплатил благодарностью": платят ведь и по требованью, и через посредника. Мы не говорим: "вернул ему благодеяние" или "сквитался за благодеяние" - тут нам не по душе слова, которые подходят для ссуд.
[10] Referre est ad eum a quo acceperis rem ferre. Haec vox significat voluntariam relationem: qui	(10) "Благодарить" - значит, отвечать тем же на полученное в дар благо, слово "дарить" означает добровольное

rettulit, ipse se appellavit. Sapiens omnia examinabit secum, quantum acceperit, a quo, [quare,] quando, ubi, quemadmodum. Itaque negamus quemquam scire gratiam referre nisi sapientem, non magis quam beneficium dare quisquam scit nisi sapiens -- hic scilicet qui magis dato gaudet quam alius accepto.	приношенье: кто дарит, тот сам себя позвал. Мудрый все взвесит наедине: сколько он получил, от кого, когда, где, как. Потому мы утверждаем, что благодарить не умеет никто, кроме мудреца, то есть человека, для которого давать - большая радость, чем для другого получать.
[11] Hoc aliquis inter illa numerat quae videmur inopinata omnibus dicere (paradoxa Graeci vocant) et ait, 'nemo ergo scit praeter sapientem referre gratiam? ergo nec quod debet creditori suo reponere quisquam scit alius nec, cum emit aliquam rem, pretium venditori persolvere?' [Ne] nobis fiat invidia, scito idem dicere Epicurum. Metrodorus certe ait solum sapientem referre gratiam scire.	(11) Кто-нибудь, верно, причислит это к таким нашим высказываниям, которые противоречат общему мнению (греки называют их тсйраЗо^ос), и спросит: "Значит, никто, кроме мудреца, не умеет благодарить? Стало быть, никто, кроме него, не умеет и заимодавцу отдать долг, и расплатиться с продавцом, купивши какую-нибудь вещь?" - Так вот, чтобы не нас одних преследовала ненависть, пусть он знает, что и Эпикур говорил то же самое. Метродор прямо утверждает, что "только мудрый и умеет благодарить".
[12] Deinde idem admiratur cum dicimus, 'solus sapiens scit amare, solus sapiens amicus est'. Atqui et amoris et amicitiae pars est referre gratiam, immo hoc magis vulgare est et in plures cadit quam vera amicitia. Deinde idem admiratur quod dicimus fidem nisi in sapiente non esse, tamquam non ipse idem dicat. An tibi videtur fidem habere qui referre gratiam nescit?	(12) А потом он же удивляется, как это мы говорим:"только мудрый умеет любить, только мудрый может быть другом". Но ведь благодарность есть часть и любви и дружбы - она даже более распространена и доступна большему числу людей, чем истинная дружба. И он же удивляется, как это мы говорим: "только в мудром и есть верность", будто сам он говорит другое! Или, по-твоему, в том, кто не знает благодарности, есть верность?
[13] Desinant itaque infamare nos tamquam incredibilia iactantes et sciant apud sapientem esse ipsa honesta, apud vulgum simulacra rerum honestarum et effigies. Nemo referre gratiam scit nisi sapiens. Stultus quoque, utcumque scit et quemadmodum potest, referat; scientia illi potius quam voluntas desit: velle non discitur.	(13) Пусть же перестанут бесславить нас за якобы невероятную похвальбу и пусть знают: лишь мудрец обладает тем, что честно, а толпа только призраками и подобиями честности. Никто не умеет благодарить, кроме мудрого; благодарит и неразумный, но как придется, как может; ему не хватает не желанья, а уменья. Желанью учиться незачем.
[14] Sapiens omnia inter se comparabit; maius enim aut minus fit, quamvis idem sit, tempore, loco, causa. Saepe enim hoc [non] potuere divitiae in domum infusae quod	(14) Мудрый все сопоставит: ведь одно и то же благодеянье бывает и большим, и меньшим в зависимости от времени, места, побуждений. Нередко больше проку дать кстати тысячу денариев, чем

opportune dati mille denarii. Multum enim interest donaveris an succurreris, servaverit illum tua liberalitas an instruxerit; saepe quod datur exiguum est, quod sequitur ex eo magnum. Quantum autem existimas interesse utrum aliquis quod daret a se [quod praestabat] sumpserit an beneficium acceperit ut daret?	наполнить весь дом богатствами. Ведь немалая разница - помогаешь ты или даришь, спасает ли твоя щедрость, или прибавляет роскоши. Часто дают мало, а достигают этим многого. А разве не велика, по-твоему, разница, у себя ли ты взял то, чем помог другому в нужде, или же прибег, чтобы дать, к чужому благодеянию?2
[15] Sed ne in eadem quae satis scrutati sumus revolvamur, in hac comparatione beneficii et iniuriae vir bonus iudicabit quidem quod erit aequissimum, sed beneficio favebit; in hanc erit partem proclivior.	(15) Но как бы нам не вернуться к тому, что мы уже достаточно исследовали! Сравнивая благодеяние с обидой, человек добра рассудит, что самое справедливое, но отдаст предпочтение благодеянию: к таким вещам больше лежит у него душа.
[16] Plurimum autem momenti persona solet adferre in rebus eiusmodi: 'dedisti mihi beneficium in servo, iniuriam fecisti in patre; servasti mihi filium, sed patrem abstulisti'. Alia deinceps per quae procedit omnis conlatio prosequetur, et si pusillum erit quod intersit, dissimulabit; etiam si multum fuerit, sed si id donari salva pietate ac fide poterit, remittet, id est si ad ipsum tota pertinebit iniuria.	(16) В делах этого рода очень много значит еще и личность. Ты меня облагодетельствовал помощью моему рабу, а обидел, нанеся ущерб моему отцу; ты спас мне сына, но погубил отца. Так мудрец переберет все, что положено сравнивать, и если разница окажется невелика, закроет глаза на обиду; он простит ее, даже когда разница велика, если только можно быть великодушным, не нарушая ни верности, ни долга перед другими, то есть если обида касается его одного.
[17] Summa rei haec est: facilis erit in commutando; patietur plus inputari sibi; invitus beneficium per compensationem iniuriae solvet; in hanc partem inclinabit, huc verget, ut cupiat debere gratiam, cupiat referre. Errat enim si quis beneficium accipit libentius quam reddit: quanto hilarior est qui solvit quam qui mutuatur, tanto debet laetior esse qui se maximo aere alieno accepti benefici exonerat quam qui cum maxime obligatur.	(17) В итоге он будет при сведении счета уступчив и легко потерпит, чтобы на него записано было больше. Ему не захочется зачесть обиду в погашение долга за благодеяние. К другому он склонится, другое предпочтет: он будет желать, чтобы долг благодарности был за ним, будет желать отблагодарить скорее. Ведь тот, кому получать благодеяния приятнее, чем оказывать, заблуждается. Насколько возвращающий деньги радостнее берущего взаймы, настолько же сбросившему с плеч бремя великого долга за благодеяние следует быть веселее, чем тому, кто сейчас одалживается.
[18] Nam in hoc quoque falluntur ingrati, quod creditori quidem praeter sortem extra ordinem numerant,	(18) Ведь еще и в том ошибаются неблагодарные, что заимодавцу они начисляют лихву сверх полученной

beneficiorum autem usum esse gratuitum putant: et illa crescunt mora tantoque plus solvendum est quanto tardius. Ingratus est qui beneficium reddit sine usura; itaque huius quoque rei habebitur ratio, cum conferentur accepta et expensa.	ссуды, благодеяние же считают безвозмездным. А долг и тут от промедленья растет, и чем позже ты платишь, тем больше обязан платить. Кто возвращает благодеянье без ростов, тот неблагодарный человек. Вот что, сравнивая полученное и отданное, мудрый примет в расчет.
[19] Omnia facienda sunt ut quam gratissimi simus. Nostrum enim hoc bonum est, quemadmodum iustitia non est (ut vulgo creditur) ad alios pertinens: magna pars eius in se redit. Nemo non, cum alteri prodest, sibi profuit, non eo nomine dico, quod volet adiuvare adiutus, protegere defensus, quod bonum exemplum circuitu ad facientem revertitur (sicut mala exempla recidunt in auctores nec ulla miseratio contingit iis qui patiuntur iniurias quas posse fieri faciendo docuerunt), sed quod virtutum omnium pretium in ipsis est. Non enim exercentur ad praemium: recte facti fecisse merces est.	(19) Нужно сделать все, чтобы благодарность наша была больше: ведь она - наше благо, подобно справедливости, которая, хотя и простирается по общему мнению на других, но в большей своей части возвращается к нам. Всякий, кто был полезен другому, принес пользу и себе. Я имею в виду не то, что получивший помощь охотно поможет, а взятый под защиту - оборонит и нас, что добрый пример по кругу возвращается к подавшему его, как дурные примеры обрушиваются на голову зачинателей зла, которых никому не жаль, так как они сами делом доказали, что поразившая их несправедливость возможна. Я имею в виду то, что ценность всех добродетелей - в них самих. В добродетелях упражняются не ради награды: прибыль от правильного поступка в том, что он совершен.
[20] Gratus sum non ut alius mihi libentius praestet priori inritatus exemplo, sed ut rem iucundissimam ac pulcherrimam faciam; gratus sum non quia expedit, sed quia iuvat. Hoc ut scias ita esse, si gratum esse non licebit nisi ut videar ingratus, si reddere beneficium non aliter quam per speciem iniuriae potero, aequissimo animo ad honestum consilium per mediam infamiam tendam. Nemo mihi videtur pluris aestimare virtutem, nemo illi magis esse devotus quam qui boni viri famam perdidit ne conscientiam perderet.	(20) Я благодарю не ради того, чтобы кто-нибудь, подстрекаемый первым примером, охотнее услужил мне, но чтобы сделать дело приятное и прекрасное. Я благодарю не потому, что это мне на руку, а потому, что по душе. А что это так, узнай вот из чего: если я смогу отблагодарить только кажущейся неблагодарностью, если я смогу ответить на благодеянье не иначе, как видимостью обиды, то с полнейшим равнодушием пройду через поношение ради того, что сочту честным. По-моему, никто не ценит добродетель выше, никто не предан ей больше того, кто потерял славу человека добра, чтобы не потерять совести.
[21] Itaque, ut dixi, maiore tuo quam alterius bono gratus es; illi enim vulgaris et cotidiana res contigit,	(21) Итак, благодарность больше служит к твоему, чем к чужому благу. На долю другого приходится вещь

recipere quod dederat, tibi magna et ex beatissimo animi statu profecta, gratum fuisse. Nam si malitia miseros facit, virtus beatos, gratum autem esse virtus est, rem usitatam reddidisti, inaestimabilem consecutus es, conscientiam grati, quae nisi in animum divinum fortunatumque non pervenit. [In] Contrarium autem huic adfectum summa infelicitas urget: nemo sibi gratus est qui alteri non fuit. Hoc me putas dicere, qui ingratus est miser erit? non differo illum: statim miser est.	обычная и повседневная: получить то, что дал; тебе на долю - вещь великая, доступная лишь душе, достигшей блаженнейшего состояния: благодарность. Ведь если злонравие делает нас несчастными, а добродетель - блаженными, и если благодарность есть добродетель, значит, ты отдал вещь самую обыкновенную, а приобрел неоценимую - сознанье благодарности, которое проникает только в душу божественную и счастливую. А того, кто испытывает противоположные чувства, гнетет величайшее несчастье. Всякий неблагодарный будет жалок, - да что будет, он сейчас жалок.
[22] Itaque ingrati esse vitemus non aliena causa sed nostra. Minimum ex nequitia levissimumque ad alios redundat: quod pessimum ex illa est et, ut ita dicam, spississimum, domi remanet et premit habentem, quemadmodum Attalus noster dicere solebat, 'malitia ipsa maximam partem veneni sui bibit'. Illud venenum quod serpentes in alienam perniciem proferunt, sine sua continent, non est huic simile: hoc habentibus pessimum est.	(22) Потому следует бежать неблагодарности, и не ради других, а ради нас самих. Ведь наша бесчестность обдает других только брызгами и пеной, а самое худшее и, так сказать, самое плотное остается при нас и нас же давит; недаром наш Аттал любил повторять: "Злонравие само выпивает наибольшую долю своего яда". Яд, который змеи выделяют на гибель другому и сохраняют без вреда для себя, не похож на этот яд, который всего страшней для источающих его.
[23] Torquet se ingratus et macerat; odit quae accepit, quia redditurus est, et extenuat, iniurias vero dilatat atque auget. Quid autem eo miserius cui beneficia excidunt, haerent iniuriae? At contra sapientia exornat omne beneficium ac sibi ipsa commendat et se adsidua eius commemoratione delectat.	(23) Неблагодарный сам себя мучит и гложет; он ненавидит полученное и старается умалить его, ибо нужно возвращать долг, а обиды раздувает и преувеличивает. А кто несчастнее человека, забывчивого на добро и памятливого на зло? Мудрость же, напротив, расхваливает самой себе всякое благодеяние, чтоб оно стало еще прекрасней, и наслаждается, все время вспоминая о нем.
[24] Malis una voluptas est et haec brevis, dum accipiunt beneficia, ex quibus sapienti longum gaudium manet ac perenne. Non enim illum accipere sed accepisse delectat, quod inmortale est et adsiduum. Illa contemnit quibus laesus est, nec obliviscitur per neglegentiam sed volens.	(24) Для плохого человека удовольствие одно, да и то краткое: получать благодеянье, а мудрый находит в нем радость долгую и постоянную. Ему отрадно не получать сей миг, а получить хоть раз; это остается для него бессмертным и вечным. Что ему во вред, то он презирает и забывает не по небрежению, а намеренно.
[25] Non vertit omnia in peius nec	(25) Он не видит во всем лишь плохое,

quaerit cui inputet casum, et peccata hominum ad fortunam potius refert. Non calumniatur verba nec vultus; quidquid accidit benigne interpretando levat. Non offensae potius quam offici meminit; quantum potest in priore ac meliore se memoria detinet, nec mutat animum adversus bene meritos nisi multum male facta praecedunt et manifestum etiam coniventi discrimen est; tunc quoque in hoc dumtaxat, ut talis sit post maiorem iniuriam qualis ante beneficium. Nam cum beneficio par est iniuria, aliquid in animo benivolentiae remanet.	не ищет, на кого бы взвалить свои беды, а людские грехи склонен относить за счет фортуны. Он не придирается ни к словам, ни к взглядам, и что бы ни случилось, все толкует снисходительно и тем облегчает. Покуда может, он старается помнить прежнее и лучшее, и только когда услужившие ему прежде добром сделают так много зла, что разности нельзя будет не заметить, даже закрывая глаза, тогда он изменит к ним отношенье, да и то лишь настолько, что после тяжкой обиды станет относиться к ним не иначе, чем до благодеянья. Ну, а если обида равна благодеянью, тогда в душе остается что-то от прежней приязни.
[26] Quemadmodum reus sententiis paribus absolvitur et semper quidquid dubium est humanitas inclinat in melius, sic animus sapientis, ubi paria maleficiis merita sunt, desinit quidem debere, sed non desinit velle debere, et hoc facit quod qui post tabulas novas solvunt.	(26) Как обвиняемого оправдывают, если голоса разделились поровну, и все, что сомнительно, человечность толкует в лучшую сторону, - так душа мудреца, если услуги равны ущербу, перестает ощущать за собой долг, но не перестает его желать, и поступает как должник, который платит после отмены долговых обязательств.
[27] Nemo autem esse gratus potest nisi contempsit ista propter quae vulgus insanit: si referre vis gratiam, et in exilium eundum est et effundendus sanguis et suscipienda egestas et ipsa innocentia saepe maculanda indignisque obicienda rumoribus. Non parvo sibi constat homo gratus.	(27) Никто не может быть благодарным, не презрев всего, что приводит толпу в безумье. Если хочешь воздать благодарность, придется и в изгнанье идти, и кровь проливать, и нужду терпеть, и нередко запятнать собственную безупречность, сделав ее мишенью недостойных слухов.
[28] Nihil carius aestimamus quam beneficium quamdiu petimus, nihil vilius cum accepimus. Quaeris quid sit quod oblivionem nobis acceptorum faciat? cupiditas accipiendorum; cogitamus non quid inpetratum sed quid petendum sit. Abstrahunt a recto divitiae, honores, potentia et cetera quae opinione nostra cara sunt, pretio suo vilia.	(28) Благодарный человек сам себе недешево обходится. Мы ничего не ценим выше благодеянья, покуда его домогаемся, и ниже - когда получим. Ты спросишь, что заставляет нас забыть полученное? Жажда получить еще. Мы думаем не о том, чего добились, а о том, чего предстоит добиться. Нас сводят с прямого пути богатство, почести, могущество и прочее, по нашему мнению дорогое, а по настоящей цене дешевое.
[29] Nescimus aestimare res, de quibus non cum fama sed cum rerum natura deliberandum est; nihil habent	(29) Мы не умеем оценивать вещи, о которых нужно спрашивать совета не у молвы, а у природы. В тех, что влекут к

ista magnificum quo mentes in se nostras trahant praeter hoc, quod mirari illa consuevimus. Non enim quia concupiscenda sunt laudantur, sed concupiscuntur quia laudata sunt, et cum singulorum error publicum fecerit, singulorum errorem facit publicus.	себе наш дух, нет ничего величественного, кроме нашей привычки ими восхищаться. Дело не в том, что они желанны и потому мы их хвалим, нет, мы их желаем, потому что их хвалят, и как общее заблуждение создается заблужденьями отдельных людей, так заблужденья отдельных людей создаются общим заблужденьем.
[30] Sed quemadmodum illa credidimus, sic et hoc eidem populo credamus, nihil esse grato animo honestius; omnes hoc urbes, omnes etiam ex barbaris regionibus gentes conclamabunt; in hoc bonis malisque conveniet.	(30) Но если мы тут верим народу на слово, то поверим-ка ему и в другом: нет души честнее той, которая способна к благодарности. Это кликами одобрят все города, все племена даже в варварских землях; в этом сойдутся и добрые, и злые.
[31] Erunt qui voluptates laudent, erunt qui labores malint; erunt qui dolorem maximum malum dicant, erunt qui ne malum quidem appellent; divitias aliquis ad summum bonum admittet, alius illas dicet malo vitae humanae repertas, nihil esse eo locupletius cui quod donet fortuna non invenit: in tanta iudiciorum diversitate referendam bene merentibus gratiam omnes tibi uno, quod aiunt, ore adfirmabunt. In hoc tam discors turba consentiet, cum interim iniurias pro beneficiis reddimus, et prima causa est cur quis ingratus sit si satis gratus esse non potuit.	(31) Одни хвалят наслажденье, другие предпочитают труды; те объявляют боль величайшим злом, эти - и не злом вовсе. Один причисляет богатства к высшим благам жизни, другой говорит, что они придуманы во зло человеку и богаче всех тот, кого фортуне нечем одарить. И при таких разноречивых суждениях все в один голос подтвердят тебе, что нужно быть благодарными сделавшим добро; в этом согласна вся разномыслящая толпа, хоть мы между тем и платим за благодеянья обидами. И первая причина неблагодарности - в том, что человек не может отблагодарить в должной мере.
[32] Eo perductus est furor ut periculosissima res sit beneficia in aliquem magna conferre; nam quia putat turpe non reddere, non vult esse cui reddat. Tibi habe quod accepisti; non repeto, non exigo: profuisse tutum sit. Nullum est odium perniciosius quam e beneficii violati pudore. Vale.	(32) До того дошло безумие, что опаснее всего стало оказывать великие благодеянья, тот, кому стыдно не воздать за них, хочет, чтобы воздавать было некому. - Владей тем, что получил, я ничего не прошу, не требую взамен: пусть только будет безопасно помогать людям. Нет ненависти пагубнее той, что рождена стыдом за неотплаченное благодеянье. Будь здоров.

LXXXII

[1] Desii iam de te esse sollicitus. 'Quem' inquis 'deorum sponsorem accepisti?' Eum scilicet qui neminem fallit, animum recti ac boni amatorem.	(1) О тебе я перестал тревожиться. - Ты спросишь, кого из богов взял я поручителем? - Того, конечно, который никогда не обманывает, - душу,

In tuto pars tui melior est. Potest fortuna tibi iniuriam facere: quod ad rem magis pertinet, non timeo ne tu facias tibi. I qua ire coepisti et in isto te vitae habitu compone placide, non molliter.	полюбившую все справедливое и благое. Лучшая часть твоего существа в безопасности. Фортуна может тебе повредить, но самого главного - как бы ты сам себе не повредил - я не боюсь. Иди, куда направился, и живи, как живешь, спокойно, но не легко.
[2] Male mihi esse malo quam molliter -- ['male'] nunc sic excipe quemadmodum a populo solet dici: dure, aspere, laboriose. Audire solemus sic quorundam vitam laudari quibus invidetur: 'molliter vivit'; hoc dicunt, 'mollis est'. Paulatim enim effeminatur animus atque in similitudinem otii sui et pigritiae in qua iacet solvitur. Quid ergo? viro non vel obrigescere satius est? * * * deinde idem delicati timent, [morti] cui vitam suam fecere similem. Multum interest inter otium et conditivum.	(2) Мне, например, пусть лучше будет плохо, чем легко. "Плохо" понимай в том смысле, как привык говорить народ: тяжко, трудно, в заботах. Мы часто слышим такие похвалы тем, чьей жизни завидуют: "Ему живется легко!" Но ведь это значит: "Он человек изнеженный!" Понемногу душа делается дряблой и бессильной, под стать тому безделью и лени, в которых она погрязла. Но разве не больше подобает мужу даже чрезмерная твердость? Избалованные боятся смерти - и делают свою жизнь подобной ей. А ведь лежать, отдыхая, и лежать в могиле - не одно и то же! -
[3] 'Quid ergo?' inquis 'non satius est vel sic iacere quam in istis officiorum verticibus volutari?' Utraque res detestabilis est, et contractio et torpor. Puto, aeque qui in odoribus iacet mortuus est quam qui rapitur unco; otium sine litteris mors est et hominis vivi sepultura.	(3) Ты скажешь: "Да не лучше ли лежать хотя бы так, чем вертеться в водовороте дел?" - И то и другое гибельно - и судорога, и столбняк. По-моему, труп и тот, что лежит в благовониях, и тот, который волокут крюком '. Досуг без занятий науками - смерть и погребенье заживо.
[4] Quid deinde prodest secessisse? tamquam non trans maria nos sollicitudinum causae persequantur. Quae latebra est in quam non intret metus mortis? quae tam emunita et in altum subducta vitae quies quam non dolor territet? quacumque te abdideris, mala humana circumstrepent. Multa extra sunt quae circumeunt nos quo aut fallant aut urgeant, multa intus quae in media solitudine exaestuant.	(4) Что пользы уединиться? Как будто поводы для тревог не погонятся за нами и через моря! В какое убежище не проникнет страх смерти? За какими стенами, в каких подземельях можно жить так спокойно, чтобы не бояться боли? Где бы ты ни скрылся, вокруг будет шуметь человеческое зло. Много его вне нас, и оно ходит вокруг, чтобы обмануть, чтобы настигнуть, много и в нас самих, и оно бушует даже среди одиночества.
[5] Philosophia circumdanda est, inexpugnabilis murus, quem fortuna multis machinis lacessitum non transit. In insuperabili loco stat animus qui externa deseruit et arce se sua vindicat; infra illum omne telum cadit. Non habet, ut putamus, fortuna longas	(5) Нужно возвести вокруг несокрушимую стену философии, которую фортуна, сколько бы ни била осадными орудиями, не возьмет никогда. В недосягаемом месте та душа, что покинула все внешнее и отстаивает свою свободу в собственной

manus: neminem occupat nisi haerentem sibi.	крепости: никакое копье до нее не долетит. У фортуны руки не так длинны, как мы думаем: ей не схватить никого, кроме тех, кто льнет к ней.
[6] Itaque quantum possumus ab illa resiliamus; quod sola praestabit sui naturaeque cognitio. Sciat quo iturus sit, unde ortus, quod illi bonum, quod malum sit, quid petat, quid evitet, quae sit illa ratio quae adpetenda ac fugienda discernat, qua cupiditatum mansuescit insania, timorum saexitia conpescitur.	(6) Так будем держаться от нее как можно дальше - это удастся сделать, только познав и себя, и природу. Пусть каждый знает, куда он идет и откуда взялся, что для него хорошо, что плохо, чего он ищет и чего избегает, что есть разум, отличающий то, к чему должно стремиться, от того, чего следует бежать, укрощающий безумие желаний и смиряющий жестокость страхов.
[7] Haec quidam putant ipsos etiam sine philosophia repressisse; sed cum securos aliquis casus expertus est, exprimitur sera confessio; magna verba excidunt cum tortor poposcit manum, cum mors propius accessit. Possis illi dicere, 'facile provocabas mala absentia: ecce dolor, quem tolerabilem esse dicebas, ecce mors, quam contra multa animose locutus es; sonant flagella, gladius micat;	(7) Некоторые думают, что они подавили все это и без философии. Но когда живших безопасно испытает какое-нибудь бедствие, тогда и будет вырвано у них позднее признанье. Громкие слова уйдут из головы, когда пытатель потребует протянуть руку, когда смерть придвинется ближе. Тогда можно сказать: Легко тебе было издалека бросать вызов бедам! Вот боль, которую ты объявлял терпимой! Вот смерть, против которой ты произносил мужественные речи! Свистят бичи, блещет клинок.
nunc animis opus, Aenea, nunc pectore firmo'.	*Вот теперь-то нужна и отвага, и твердое сердце!*
[8] Faciet autem illud firmum adsidua meditatio, si non verba exercueris sed animum, si contra mortem te praeparaveris, adversus quam non exhortabitur nec attollet qui cavillationibus tibi persuadere temptaverit mortem malum non esse. Libet enim, Lucili, virorum optime, ridere ineptias Graecas, quas nondum, quamvis mirer, excussi.	(8) А сделает его твердым неустанное размышление, если только ты будешь упражнять не язык, но душу и готовить себя к смерти, - а сил и мужества противостоять ей не даст тебе тот, кто словесными ухищрениями попытается убедить тебя, будто смерть не есть зло. Право, Луцилий, лучший из людей, приятно посмеяться над этими греческими глупостями, которые я, к моему собственному удивленью, еще не выбросил из головы.
[9] Zenon noster hac conlectione utitur: 'nullum malum gloriosum est; mors autem gloriosa est; mors ergo non est malum'. Profecisti! liberatus sum metu; post hoc non dubitabo porrigere cervicem. Non vis severius loqui nec morituro risum movere? Non	(9) Наш Зенон прибегает к такому умозаключению: "Зло не может быть славным, смерть бывает славной, значит, смерть не есть зло". - Ты своего добился - избавил меня от страха! После таких слов я не поколеблюсь склонить голову под меч.

mehercules facile tibi dixerim utrum ineptior fuerit qui se hac interrogatione iudicavit mortis metum extinguere, an qui hoc, tamquam ad rem pertineret, conatus est solvere.	Но не угодно ли тебе говорить серьезнее и не смешить идущего на смерть? Не легко сказать, кто глупее - тот ли, кто верит, будто такой уловкой погасил страх смерти, или тот, кто пытается ее распутать, словно это не чистое празднословие.
[10] Nam et ipse interrogationem contrariam opposuit ex eo natam quod mortem inter indifferentia ponimus, quae adiaphora Graeci vocant. 'Nihil' inquit 'indifferens gloriosum est; mors autem gloriosum est; ergo mors non est indifferens.' Haec interrogatio vides ubi obrepat: mors non est gloriosa, sed fortiter mori gloriosum est. Et cum dicis 'indifferens nihil gloriosum est', concedo tibi ita ut dicam nihil gloriosum esse nisi circa indifferentia; tamquam indifferentia esse dico (id est nec bona nec mala) morbum, dolorem, paupertatem, exilium, mortem.	(10) Ведь сам Зенон предложил противоположную уловку, основанную на том, что смерть мы причисляем к вещам безразличным (греки их называют ййьасвоэа). "Безразличное, - говорит он, - не бывает славным, смерть бывает славной, значит, смерть не безразлична". Видишь, к чему украдкой ведет эта уловка. Не смерть бывает славной, а мужественная смерть. Когда ты говоришь: "безразличное не бывает славным", я соглашусь с тобой в том смысле, что славным бывает только связанное с безразличным. Я утверждаю, что безразличное (то есть ни хорошее, ни плохое) - это и недуг, и боль, и бедность, и ссылка, и смерть.
[11] Nihil horum per se gloriosum est, nihil tamen sine his. Laudatur enim non paupertas, sed ille quem paupertas non summittit nec incurvat; laudatur non exilium, sed ille [Rutilius] qui fortiore vultu in exilium iit quam misisset; laudatur non dolor, sed ille quem nihil coegit dolor; nemo mortem laudat, sed eum cuius mors ante abstulit animum quam conturbavit.	(11) Само по себе все это славным не бывает, но и без этого нет ничего славного: хвалят не бедность, а того, кого она не покорила, не согнула, хвалят не ссылку, а того, кто, отправляясь в ссылку, не горевал3, хвалят не боль, а того, кого боль ни к чему не принудила; никто не хвалит смерть - хвалят того, у кого смерть отняла душу, так и не взволновав ее.
[12] Omnia ista per se non sunt honesta nec gloriosa, sed quidquid ex illis virtus adiit tractavitque honestum et gloriosum facit: illa in medio posita sunt. Interest utrum malitia illis an virtus manum admoverit; mors enim illa quae in Catone gloriosa est in Bruto statim turpis est et erubescenda. Hic est enim Brutus qui, cum periturus mortis moras quaereret, ad exonerandum ventrem secessit et evocatus ad mortem iussusque praebere cervicem, 'praebebo', inquit 'ita vivam'. Quae dementia est fugere cum retro ire non possis! 'Praebebo', inquit 'ita vivam'. Paene adiecit 'vel sub	(12) Все это само по себе не может быть ни честным, ни славным; но к чему приблизилась и прикоснулась добродетель, то она делает и честным, и славным. Эти вещи стоят как бы посредине, и все дело в том, что приложит к ним руку - злонравие или добродетель. Смерть, у Катона славная, у Брута4 становится жалкой и постыдной. Ведь это тот Брут, который перед смертью искал отсрочек, вышел, чтобы облегчить живот, а когда его позвали и велели склонить голову под меч, сказал: "Сделаю это, клянусь жизнью!" - Какое безумие - бежать, когда отступать уже некуда! "Сделаю

Antonio'. O hominem dignum qui vitae dederetur!	это, клянусь жизнью!" Чуть было не прибавил: "жизнью хотя бы и под Антонием". Право, он заслужил, чтобы его предали жизни!
[13] Sed, ut coeperam dicere, vides ipsam mortem nec malum esse nec bonum: Cato illa honestissime usus est, turpissime Brutus. Omnis res quod non habuit decus virtute addita sumit. Cubiculum lucidum dicimus, hoc idem obscurissimum est nocte;	(13) Но, как я сказал вначале, ты видишь, что сама смерть - не добро и не зло: Катону она послужила к чести, Бруту - к позору. Любая вещь, пусть в ней нет ничего прекрасного, становится прекрасной вкупе с добродетелью. Мы говорим: спальня светлая; но она же ночью становится темной; день наполняет ее светом, ночь его отнимает.
[14] dies illi lucem infundit, nox eripit: sic istis quae a nobis indifferentia ac media dicuntur, divitiis, viribus, formae, honoribus, regno, et contra morti, exilio, malae valetudini, doloribus quaeque alia aut minus aut magis pertimuimus, aut malitia aut virtus dat boni vel mali nomen. Massa per se nec calida nec frigida est: in fornacem coniecta concaluit, in aquam demissa refrixit. Mors honesta est per illud quod honestum est, id [est] virtus et animus externa contemnens.	(14) Так и всему, что мы называем "безразличным" и "стоящим посредине": богатствам, могуществу, красоте, почестям, царской власти, и наоборот - смерти, ссылке, нездоровью, страданиям, и всему, чего мы больше или меньше боимся, дает имя добра или зла злонравие либо добродетель. Кусок железа сам по себе не горяч и не холоден, но в кузнечной печи он раскаляется, в воде остывает. Смерть становится честной благодаря тому, что честно само по себе: добродетели и душе, презирающей все внешнее.
[15] Est et horum, Lucili, quae appellamus media grande discrimen. Non enim sic mors indifferens est quomodo utrum capillos pares [an inpares] habeas: mors inter illa est quae mala quidem non sunt, tamen habent mali speciem: sui amor est et permanendi conservandique se insita voluntas atque aspernatio dissolutionis, * * * quia videtur multa nobis bona eripere et nos ex hac cui adsuevimus rerum copia educere. Illa quoque res morti nos alienat, quod haec iam novimus, illa ad quae transituri sumus nescimus qualia sint, et horremus ignota. Naturalis praeterea tenebrarum metus est, in quas adductura mors creditur.	(15) Но и то, Луцилий, что мы называем "средним", не одинаково: ведь смерть не так безразлична, как то, четное или нечетное число волос растет на голове. Смерть - не зло, но имеет обличье зла. Есть в нас любовь к себе, и врожденная воля к самосохранению, и неприятие уничтоженья; потому и кажется, что смерть лишает нас многих благ и уводит от всего, к чему мы привыкли. И вот чем еще отпугивает нас смерть: здешнее нам известно, а каково то, к чему все перейдут, мы не знаем и страшимся неведомого. И страх перед мраком, в который, как люди верят, погрузит нас смерть, естествен.
[16] Itaque etiam si indifferens mors est, non tamen ea est quae facile neglegi possit: magna exercitatione	(16) Так что даже если смерть и принадлежит к вещам безразличным, пренебречь ею не так легко: нужно

durandus est animus ut conspectum eius accessumque patiatur. Mors contemni debet magis quam solet; multa enim de illa credidimus; multorum ingeniis certatum est ad augendam eius infamiam; descriptus est carcer infernus et perpetua nocte oppressa regio, in qua	закалять дух долгими упражнениями, чтобы вынести ее вид и приход. Презирать смерть больше должно, чем принято: слишком много насчет нее суеверий, слишком много даровитых людей состязалось, как бы пуще ее обесславить; изобразили и преисподнюю темницу, и край, угнетаемый вечным мраком, и огромного
ingens ianitor Orci ossa super recubans antro semesa cruento aeternum latrans exsangues terreat umbras.	пса, что Орк охраняет, Лежа на груде костей, обглоданных в гроте кровавом, Вечно лаем своим он бескровные тени пугает,8
Etiam cum persuaseris istas fabulas esse nec quicquam defunctis superesse quod timeant, subit alius metus: aeque enim timent ne apud inferos sint quam ne nusquam.	А если ты даже и убедишься, что все это сказка и усопших ничего не ждет из того, что внушало им ужас, - подкрадывается новая боязнь: ведь одинаково страшно и быть в преисподней, и не быть нигде.
[17] His adversantibus quae nobis offundit longa persuasio, fortiter pati mortem quidni gloriosum sit et inter maxima opera mentis humanae? Quae numquam ad virtutem exsurget si mortem malum esse crediderit: exsurget si putabit indifferens esse. Non recipit rerum natura ut aliquis magno animo accedat ad id quod malum iudicat: pigre veniet et cunctanter. Non est autem gloriosum quod ab invito et tergiversante fit; nihil facit virtus quia necesse est.	(17) Так разве мужественно пойти на смерть наперекор всему, что внушено нам давним убеждением, не есть один из самых славных и великих подвигов человеческого духа? Ему никогда бы не подняться к добродетели, если бы он считал смерть злом; он поднимется, если сочтет ее безразличной. Природа не допускает, чтобы кто-нибудь отважно шел на то, что считает злом; всякий будет медлить и мешкать, а сделанное поневоле, с желаньем увильнуть не бывает славным. Добродетель ничего не делает по необходимости.
[18] Adice nunc quod nihil honeste fit nisi cui totus animus incubuit atque adfuit, cui nulla parte sui repugnavit. Ubi autem ad malum acceditur aut peiorum metu, aut spe bonorum ad quae pervenire tanti sit devorata unius mali patientia, dissident inter se iudicia facientis: hinc est quod iubeat proposita perficere, illinc quod retrahat et ab re suspecta ac periculosa fugiat; igitur in diversa distrahitur. Si hoc est, perit gloria; virtus enim concordi animo decreta peragit, non timet quod facit.	(18) И еще одно: не бывает честным то, что делается не от всей души, чему она хоть отчасти противится. А где идут на плохое, либо из боязни худшего, либо в надежде на хорошее, ради которого стоит однажды терпеливо проглотить плохое, там сужденья человека раздваиваются: одно велит выполнить задуманное, другое тянет назад, прочь от подозрительного и опасного дела. Так и разрывается человек в разные стороны. Но слава при этом погибает. Добродетель выполняет все, что

	решила, без разлада в душе и не боится того, что делает.
Tu ne cede malis, sed contra audentior ito *quam tua te fortuna sinet.*	*Ты же, беде вопреки, не сдавайся и шествуй смелее,* *Шествуй, доколе тебе позволит фортуна!*
[19] Non ibis audentior si mala illa esse credideris. Eximendum hoc e pectore est; alioqui haesitabit impetum moratura suspicio; trudetur in id quod invadendum est.	(19) Но ты не будешь шествовать смелее, если считаешь беды злом. Эту мысль нужно вытравить из сердца, не то останется замедляющее натиск подозренье, и ты натолкнешься на то, на что нужно бы напасть с ходу.
Nostri quidem videri volunt Zenonis interrogationem veram esse, fallacem autem alteram et falsam quae illi opponitur. Ego non redigo ista ad legem dialecticam et ad illos artificii veternosissimi nodos: totum genus istuc exturbandum iudico quo circumscribi se qui interrogatur existimat et ad confessionem perductus aliud respondet, aliud putat. Pro veritate simplicius agendum est, contra metum fortius.	Наши хотят представить уловку Зенона истинной, а вторую, ей противоположную, обманчивой и лживой. Я не проверяю их ни законами диалектики, ни хитросплетеньями дряхлых ухищрений, но считаю, что неприемлем весь этот род вопросов, когда спрошенный полагает, что его запутали, и, вынужденный соглашаться, отвечает одно, а думает другое. Во имя истины нужно действовать проще, против страха - мужественней.
[20] Haec ipsa quae involvuntur ab illis solvere malim et expandere, ut persuadeam, non ut inponam. In aciem educturus exercitum pro coniugibus ac liberis mortem obiturum quomodo exhortabitur? Do tibi Fabios totum rei publicae bellum in unam transferentes domum. Laconas tibi ostendo in ipsis Thermopylarum angustiis positos: nec victoriam sperant nec reditum; ille locus illis sepulchrum futurus est.	(20) Я предпочел бы все, что они накрутили, распутать и разъяснить, чтобы не навязывать сужденье, а убеждать. Войско, построенное для боя, идущее на смерть за жен и детей, - как его ободрить? Вот тебе Фабии7, род, взявший в свои руки войну всего государства. Вот тебе лаконяне, засевшие в самой теснине Фермопил: они не надеются ни победить, ни вернуться, это место и будет им могилой.
[21] Quemadmodum exhortaris ut totius gentis ruinam obiectis corporibus excipiant et vita potius quam loco cedant? Dices 'quod malum est gloriosum non est; mors gloriosa est; mors ergo non malum'? O efficacem contionem! Quis post hanc dubitet se infestis ingerere mucronibus et stans mori? At ille Leonidas quam fortiter illos adlocutus est! 'Sic', inquit 'conmilitones, prandete tamquam apud inferos cenaturi.' Non in ore crevit	(21) Как ободрить их, чтобы они телами загородили дорогу лавине, обрушившейся на весь народ, и ушли из жизни, но не со своего места? Неужто сказать им: "Зло не может быть славным; смерть бывает славной, значит, смерть не есть зло"? Вот убедительная речь! Кто после нее поколеблется броситься на вражеские клинки и умереть стоя? А Леонид - как храбро обратился он к воинам! "Давайте-ка завтракать, соратники:

cibus, non haesit in faucibus, non elapsus est manibus: alacres et ad prandium illi promiserunt et ad cenam.	ведь ужинать мы будем в преисподней!" - вот что он сказал. И ни у кого кусок не выпал из рук, не завяз в зубах, не застрял в горле; все обещали быть и за завтраком, и за ужином.
[22] Quid? dux ille Romanus, qui ad occupandum locum milites missos, cum per ingentem hostium exercitum ituri essent, sic adlocutus est: 'ire, conmilitones, illo necesse est unde redire non est necesse'. Vides quam simplex et imperiosa virtus sit: quem mortalium circumscriptiones vestrae fortiorem facere, quem erectiorem possunt? frangunt animum, qui numquam minus contrahendus est et in minuta ac spinosa cogendus quam cum [ad] aliquid grande conponitur.	(22) А тот римский вождь8, который, посылая солдат пробиться сквозь огромное вражеское войско и захватить некое место, сказал им: "Дойти туда, соратники, необходимо, а вернуться оттуда необходимости нет". Видишь, как проста и повелительна добродетель! Кого из смертных, запутав, вы сделаете храбрее, кому поднимете дух? Нет, вы его сломите, ибо меньше всего можно умалять его и насильно занимать хитроумными мелочами тогда, когда готовится нечто великое.
[23] Non trecentis, sed omnibus mortalibus mortis timor detrahi debet. Quomodo illos doces malum non esse? quomodo opiniones totius aevi, quibus protinus infantia inbuitur, evincis? quod auxilium invenis [quid dicis] inbecillitati humanae? quid dicis quo inflammati in media pericula inruant? qua oratione hunc timendi consensum, quibus ingenii viribus obnixam contra te persuasionem humani generis avertis? verba mihi captiosa componis et interrogatiunculas nectis? Magnis telis magna portenta feriuntur.	(23) Нужно избавить от страха смерти не триста 9, а всех смертных. Как ты им докажешь, что она не зло? Как победишь предрассудки, если люди впитали их во младенчестве и питали на всем своем веку? Где ты найдешь помощь? Что ты ска жешь человеческой слабости? Что ты скажешь, дабы воспламенить людей и бросить в гущу опасностей? Какой речью разрушишь этот единодушный страх, какими силами ума искоренишь упорствующее против тебя убеждение рода человеческого? Будешь нанизывать лукавые слова, сплетать каверзные вопросы? Больших чудовищ бьют большими снарядами.
[24] Serpentem illam in Africa saevam et Romanis legionibus bello ipso terribiliorem frustra sagittis fundisque petierunt: ne Pythio quidem vulnerabilis erat. Cum ingens magnitudo pro vastitate corporis solida ferrum et quidquid humanae torserant manus reiceret, molaribus demum fracta saxis est. Et adversus mortem tu tam minuta iacularis? subula leonem excipis? Acuta sunt ista quae dicis: nihil est acutius arista; quaedam inutilia et inefficacia ipsa subtilitas reddit. Vale.	(24) В ту свирепую африканскую змею 10, что была для римских легионов страшней самой войны, напрасно метили из луков и пращей; и пикой11 нельзя было ее ранить, потому что огромное тело, твердое в меру своей величины, отбрасывало и железо, и все, что метала человеческая рука; только огромными камнями сломали ей хребет. А сражаясь со смертью, ты посылаешь такие малые стрелы? Хочешь встретить льва шилом? То, что ты говоришь, остро. Но нет ничего острее ости на колосе. Есть вещи,

	которые как раз тонкость и делает бесполезными и никчемными. Будь здоров.

LXXXIII

[1] Singulos dies tibi meos et quidem totos indicari iubes:bene de me iudicas si nihil esse in illis putas quod abscondam. Sic certe vivendum est tamquam in conspectu vivamus, sic cogitandum tamquam aliquis in pectus intimum introspicere possit: et potest. Quid enim prodest ab homine aliquid esse secretum? nihil deo clusum est; interest animis nostris et cogitationibus medius intervenit -- sic 'intervenit' dico tamquam aliquando discedat.	(1) Ты велишь, чтобы я описывал тебе каждый мой день, и притом с начала до конца. Хорошего ты мнения обо мне, если думаешь, что мне за весь день нечего скрывать. Так и надо жить, словно мы на виду; и думать надо так, словно кто-то может заглянуть в глубь нашего сердца. И правда может! Что пользы утаить то или другое от человека? Для бога все настежь! Он присутствует в наших душах, проникает в наши замыслы. Я сказал "проникает", будто он когда-нибудь отлучается.
[2] Faciam ergo quod iubes, et quid agam et quo ordine libenter tibi scribam. Observabo me protinus et, quod est utilissimum, diem meum recognoscam. Hoc nos pessimos facit, quod nemo vitam suam respicit; quid facturi simus cogitamus, et id raro, quid fecerimus non cogitamus; atqui consilium futuri ex praeterito venit.	(2) Ладно, я выполню твой приказ и охотно напишу обо всем, что я делаю и в каком порядке. Буду теперь все время за собою наблюдать и проверять каждый мой день - дело весьма полезное. Оттого мы и становимся такими скверными, что никто не оглядывается на свою жизнь. О том, что придется делать, мы думаем, да и то редко, а о сделанном и не думаем\, - хотя как раз прошлое подает советы на будущее!
[3] Hodiernus dies solidus est, nemo ex illo quicquam mihi eripuit; totus inter stratum lectionemque divisus est; minimum exercitationi corporis datum, et hoc nomine ago gratias senectuti: non magno mihi constat. Cum me movi, lassus sum; hic autem est exercitationis etiam fortissimis finis.	(3) Нынешний день остался цел, никто не отнял у меня и часа, и я разделил его между постелью и чтением, оставив лишь немного на телесные упражненья. За это я должен быть благодарен старости: они обходятся мне совсем недорого, я устаю, едва начав двигаться, а усталость цель всяких упражнений, даже самых усиленных.
[4] Progymnastas meos quaeris? unus mihi sufficit Pharius, puer, ut scis, amabilis, sed mutabitur: iam aliquem teneriorem quaero. Hic quidem ait nos eandem crisin habere, quia utrique dentes cadunt. Sed iam vix illum adsequor currentem et intra paucissimos dies non potero: vide quid exercitatio cotidiana proficiat. Cito magnum intervallum fit inter duos in diversum euntes: eodem	(4) Ты спрашиваешь, кто мой прогимнаст2? С меня довольно Фария, прелестного, как ты знаешь, мальчика; но и его я заменю. Мне уже нужен кто-нибудь помладше. Правда, Фарий говорит, что у нас с ним одинаковый "кризис" - у обоих выпадают зубы. Но я, бегая с ним, едва могу за ним угнаться, а скоро и совсем не смогу: вот видишь, как полезны ежедневные упражненья. Разрыв между нами, идущими по разным

tempore ille ascendit, ego descendo, nec ignoras quanto ex his velocius alterum fiat. Mentitus sum; iam enim aetas nostra non descendit sed cadit.	дорогам, растет очень быстро; он поднимается, между тем я спускаюсь, а ты сам знаешь, насколько одно быстрее другого. Впрочем, я солгал: наш возраст уже не спускается, а падает.
[5] Quomodo tamen hodiernum certamen nobis cesserit quaeris? quod raro cursoribus evenit, hieran fecimus. Ab hac fatigatione magis quam exercitatione in frigidam descendi: hoc apud me vocatur parum calda. Ille tantus psychrolutes, qui kalendis Ianuariis euripum salutabam, qui anno novo quemadmodum legere, scribere, dicere aliquid, sic auspicabar in Virginem desilire, primum ad Tiberim transtuli castra, deinde ad hoc solium quod, cum fortissimus sum et omnia bona fide fiunt, sol temperat: non multum mihi ad balneum superest.	(5) Ты спросишь, чем кончилось наше сегодняшнее состязание? Тем, чем редко кончается у бегунов: ничьей. Потом, больше устав, чем поупражнявшись, я погрузился в холодную воду (она у меня называется не слишком теплой). Я, завзятый любитель холодных купаний, я, в январские календы приветствовавший Еврип и на новый год загадывавший не только что-нибудь читать, писать и говорить, но и нырять в источник Девы, - перенес лагерь сперва к Тибру 3, а потом к собственной ванне, которую, когда я совсем крепок и все делается на совесть, согревает только солнце. Теперь мне уже недалеко и до бани.
[6] Panis deinde siccus et sine mensa prandium, post quod non sunt lavandae manus. Dormio minimum. Consuetudinem meam nosti: brevissimo somno utor et quasi interiungo; satis est mihi vigilare desisse; aliquando dormisse me scio, aliquando suspicor.	(6) Потом я завтракал сухим хлебом, не подходя к столу, так что после завтрака незачем было мыть руки. Сплю я мало. Ты знаешь мой обычай засыпать ненадолго, как будто выпрягаясь из повозки. С меня довольно перестать бодрствовать; иногда я замечаю, что спал, иногда только догадываюсь об этом.
[7] Ecce circensium obstrepit clamor; subita aliqua et universa voce feriuntur aures meae, nec cogitationem meam excutiunt, ne interrumpunt quidem. Fremitum patientissime fero; multae voces et in unum confusae pro fluctu mihi sunt aut vento silvam verberante et ceteris sine intellectu sonantibus.	(7) Но вот донесся шум цирковых игр; внезапный крик толпы ударил мне в уши, но не сбил моих размышлений и даже не прервал их. Гул я переношу терпеливо: когда сливается много голосов, это для меня все равно что плеск потока, или шорох леса под ветром, или любой другой шум, лишенный смысла.
[8] Quid ergo est nunc cui animum adiecerim? dicam. Superest ex hesterno mihi cogitatio quid sibi voluerint prudentissimi viri qui rerum maximarum probationes levissimas et perplexas fecerint, quae ut sint verae, tamen mendacio similes sunt.	(8) К чему же я теперь прилежу душою? Вот к чему. Со вчерашнего дня меня занимает мысль, ради чего это самые разумные мужи подыскивали для важнейших вещей пустые и путаные доказательства, которые при всей их истинности, так похожи на ложь.
[9] Vult nos ab ebrietate deterrere Zenon, vir maximus, huius sectae fortissimae ac sanctissimae conditor.	(9) Зенон, великий муж основатель нашей школы, столь стойкой и незапятнанной, хочет отпугнуть нас от

Audi ergo quemadmodum colligat virum bonum non futurum ebrium: 'ebrio secretum sermonem nemo committit, viro autem bono committit; ergo vir bonus ebrius non erit'. Quemadmodum opposita interrogatione simili derideatur adtende (satis enim est unam ponere ex multis): 'dormienti nemo secretum sermonem committit, viro autem bono committit; vir bonus ergo non dormit'.	пьянства. Послушай, какие он строит умозаключения насчет того, что человек добра не бывает пьян: "Пьяному никто не доверит ничего тайного; человеку добра тайны доверяют, значит, человек добра не бывает пьян". А вот как потешаются над этим хитрым заключением, сопоставив с ним подобное же (довольно будет привести одно из многих): "Спящему никто не доверит ничего тайного; человеку добра тайны доверяют, значит, человек добра не спит".
[10] Quo uno modo potest Posidonius Zenonis nostri causam agit, sed ne sic quidem, ut existimo, agi potest. Ait enim 'ebrium' duobus modis dici, altero cum aliquis vino gravis est et inpos sui, altero si solet ebrius fieri et huic obnoxius vitio est; hunc a Zenone dici qui soleat fieri ebrius, non qui sit; huic autem neminem commissurum arcana quae per vinum eloqui possit.	(10) Посидоний защищает нашего Зенона единственным возможным способом, но и так, на мой взгляд, его не защитить. Вот что утверждает Посидоний: "пьяный" говорится в двух смыслах, - и о том, кто не в себе от выпитого вина, и о том, кто постоянно напивается и подвержен этому пороку. Зенон имеет в виду не того, кто напился, а того, кто постоянно напивается: ему не доверят тайны, которую он может разгласить во хмелю.
[11] Quod est falsum; prima enim illa interrogatio conplectitur eum qui est ebrius, non eum qui futurus est. Plurimum enim interesse concedes et inter ebrium et ebriosum: potest et qui ebrius est tunc primum esse nec habere hoc vitium, et qui ebriosus est saepe extra ebrietatem esse; itaque id intellego quod significari verbo isto solet, praesertim cum ab homine diligentiam professo ponatur et verba examinante. Adice nunc quod, si hoc intellexit Zenon et nos intellegere noluit, ambiguitate verbi quaesiit locum fraudi, quod faciendum non est ubi veritas quaeritur.	(11) Это неверно. Ведь первое умозаключение относится к тому, кто пьян сейчас, а не к тому, кто будет пьян. Ты согласишься, что между пьяным и пьяницей большая разница: пьяный, может быть, пьян впервые и не подвержен этому пороку, а пьяница нередко бывает и не под хмелем. Вот я и понимаю это слово так, как велит обычное его значение, особенно если его употребил человек, проповедующий точность и взвешивающий слова. Прибавь к этому, что Зенон, понимая так это слово и желая, чтобы мы его так понимали, сам двусмысленностью искал возможность подвоха, - а этого нельзя делать, если ищешь истину.
[12] Sed sane hoc senserit: quod sequitur falsum est, ei qui soleat ebrius fieri non committi sermonem secretum. Cogita enim quam multis militibus non semper sobriis et imperator et tribunus et centurio tacenda mandaverint. De illa C. Caesaris caede, illius dico qui superato Pompeio rem publicam	(12) Но пусть он даже и имел в виду такой смысл; второе утвержденье, - будто привыкшим пьянствовать не доверяют никаких секретов, ложно. Подумай сам, как часто солдатам, вовсе не всегда трезвым, и военачальник, и трибун, и центурион поручают такое, о чем надо молчать. Готовя убийство Гая Цезаря (того, который захватил

tenuit, tam creditum est Tillio Cimbro quam C. Cassio. Cassius tota vita aquam bibit, Tillius Cimber et nimius erat in vino et scordalus. In hanc rem iocatus est ipse: 'ego' inquit 'quemquam feram, qui vinum ferre non possum?'.	государство, взяв верх над Помпеем), Тиллию Цимбру4 доверяли не меньше, чем Гаю Кассию. Кассий всю жизнь пил только воду, Цимбр не знал удержу ни в пьянстве, ни в ссорах. Насчет этого он и сам шутил: "Как мне перенести, чтобы надо мною был кто-то, если я и вина не переношу?"
[13] Sibi quisque nunc nominet eos quibus scit et vinum male credi et sermonem bene; unum tamen exemplum quod occurrit mihi referam, ne intercidat. Instruenda est enim vita exemplis inlustribus, nec semper confugiamus ad vetera.	(13) Пусть каждый назовет известных ему людей, которым вино нельзя было доверить, а тайну - можно. Но один пример, который пришел мне на память, я приведу, чтобы он не забылся: ведь в жизни всегда пригодятся славные примеры, и не всегда за ними нужно обращаться к старым временам.
[14] L. Piso, urbis custos, ebrius ex quo semel factus est fuit. Maiorem noctis partem in convivio exigebat; usque in horam sextam fere dormiebat: hoc eius erat matutinum. Officium tamen suum, quo tutela urbis continebatur, diligentissime administravit. Huic et divus Augustus dedit secreta mandata, cum illum praeponeret Thraciae, quam perdomuit, et Tiberius proficiscens in Campaniam, cum multa in urbe et suspecta relinqueret et invisa.	(14) Блюститель Города Луций Писон5 как однажды начал пить, так с тех пор и был пьян; большую часть ночи он проводил в попойке, потом спал до шестого часа (это и было его утро). Но свои обязанности по охране Города он выполнял весьма прилежно. Ему давали тайные поручения и Божественный Август, когда сделал его наместником Фракии, которую он усмирил, и Тиберий, когда, отправляясь в Кампанию, оставлял в Городе многое, что было ему подозрительно и ненавистно.
[15] Puto, quia bene illi cesserat Pisonis ebrietas, postea Cossum fecit urbis praefectum, virum gravem, moderatum, sed mersum vino et madentem, adeo ut ex senatu aliquando, in quem e convivio venerat, oppressus inexcitabili somno tolleretur. Huic tamen Tiberius multa sua manu scripsit quae committenda ne ministris quidem suis iudicabat: nullum Cosso aut privatum secretum aut publicum elapsum est.	(15) Позже - потому, я думаю, что ему так повезло с пьяницей Писоном, - он назначил городским префектом Косса, человека степенного, скромного, но всегда хмельного, так что порой его выносили из сената, куда он являлся с попойки и где засыпал непробудным сном. И однако Тиберий своей рукой писал ему много такого, что не считал возможным передать даже через собственных прислужников. И ни одной тайны - ни государственной, ни доверенной частным лицом - Косе не разболтал.
[16] Itaque declamationes istas de medio removeamus: 'non est animus in sua potestate ebrietate devinctus: quemadmodum musto dolia ipsa rumpuntur et omne quod in imo iacet in summam partem vis caloris eiectat, sic vino exaestuante quidquid	(16) Стало быть, надо покончить с разглагольствованиями насчет того, что, мол, душа, побежденная хмелем, над собою не властна; что как от винного сусла лопаются бочки и отстой, лежавший в глубине, силою жара вздымается вверх, так и в нас, когда

in imo iacet abditum effertur et prodit in medium. Onerati mero quemadmodum non continent cibum vino redundante, ita ne secretum quidem; quod suum alienumque est pariter effundunt.'	бродит вино, все скрытое в глубине поднимается и выносится наружу; что, нагрузившись сверх меры неразбавленным вином, люди не могут удержать в себе ни пищу, ни тайну и выкладывают все - и свое, и чужое.
[17] Sed quamvis hoc soleat accidere, ita et illud solet, ut cum iis quos sciamus libentius bibere de rebus necessariis deliberemus; falsum ergo est hoc quod patrocinii loco ponitur, ei qui soleat ebrius fieri non dari tacitum.	(17) Хоть такое и бывает часто, но не реже и мы обсуждаем самые насущные дела с теми, за кем знаем пристрастие к выпивке. Значит, ложен этот выставляемый в защиту Зенона довод, - будто тому, кто привык напиваться, ничего нельзя доверить по секрету.
Quanto satius est aperte accusare ebrietatem et vitia eius exponere, quae etiam tolerabilis homo vitaverit, nedum perfectus ac sapiens, cui satis est sitim extinguere, qui, etiam si quando hortata est hilaritas aliena causa producta longius, tamen citra ebrietatem resistit.	А насколько было бы лучше открыто обличить пьянство и перечислить его пороки! Тогда его стал бы избегать всякий приличный человек, а не только совершенный и мудрый, которому довольно утолить жажду, который, когда разгорится веселье и зайдет - не из-за него, а из-за других, - слишком далеко, все же остановится и допьяна не напьется.
[18] Nam de illo videbimus, an sapientis animus nimio vino turbetur et faciat ebriis solita: interim, si hoc colligere vis, virum bonum non debere ebrium fieri, cur syllogismis agis? Dic quam turpe sit plus sibi ingerere quam capiat et stomachi sui non nosse mensuram, quam multa ebrii faciant quibus sobrii erubescant, nihil aliud esse ebrietatem quam voluntariam insaniam. Extende in plures dies illum ebrii habitum: numquid de furore dubitabis? nunc quoque non est minor sed brevior.	(18) Мы еще посмотрим, придет ли дух мудреца в расстройство от лишнего вина и будет ли мудрый делать то, что всегда делают пьяные. А пока, если хочешь доказать, что муж добра не должен напиваться допьяна, зачем строить умозаключения? Скажи просто: стыдно загонять в себя больше, чем можешь вместить, и не знать меры потребного для собственной утробы; пьяный делает много такого, от чего, протрезвев, краснеет, опьяненье - не что иное, как добровольное безумье. Продли это состояние на несколько дней, - кто усомнится, что человек сошел с ума?
[19] Refer Alexandri Macedonis exemplum, qui Clitum carissimum sibi ac fidelissimum inter epulas transfodit et intellecto facinore mori voluit, certe debuit. Omne vitium ebrietas et incendit et detegit, obstantem malis conatibus verecundiam removet; plures enim pudore peccandi quam bona voluntate prohibitis abstinent.	(19) Но и так безумье не меньше, а только короче. Приведи в пример Александра Македонского, как он во время пира убил Клита6, самого верного и любимого друга, а поняв свое преступление, хотел умереть, - да и заслуживал смерти. Пьянство и разжигает, и обнажает всякий порок, уничтожая стыд, не допускающий нас до дурных дел. Ведь большинство людей только стыд, а не добрая воля удерживает от запретного.

[20] Ubi possedit animum nimia vis vini, quidquid mali latebat emergit. Non facit ebrietas vitia sed protrahit: tunc libidinosus ne cubiculum quidem expectat, sed cupiditatibus suis quantum petierunt sine dilatione permittit; tunc inpudicus morbum profitetur ac publicat; tunc petulans non linguam, non manum continet. Crescit insolenti superbia, crudelitas saevo, malignitas livido; omne vitium laxatur et prodit.	(20) Где душой овладевает слишком сильный хмель, все скрытое зло выходит наружу. Пьянство не создает пороков, а только выставляет их напоказ: похотливый даже не ждет ухода в спальню, а тут же, не откладывая, позволяет себе все, чего хочется его сладострастью; бесстыдный при всех сознается в своей болезни, наглый дает волю и рукам, и языку. У спесивого растет чванство, у жестокого - свирепость, у завистливого - злость; всякий порок выходит на свободу.
[21] Adice illam ignorationem sui, dubia et parum explanata verba, incertos oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, tecta ipsa mobilia velut aliquo turbine circumagente totam domum, stomachi tormenta cum effervescit merum ac viscera ipsa distendit. Tunc tamen utcumque tolerabile est, dum illi vis sua est: quid cum somno vitiatur et quae ebrietas fuit cruditas facta est?	(21) Прибавь еще, что пьяный не помнит себя, слова его бессмысленны и бессвязны, глаза видят смутно, ноги заплетаются, голова кружится так, что крыша приходит в движение и весь дом словно подхвачен водоворотом; живот у него болит, оттого что вино бурлит и распирает внутренности. Все это еще терпимо, пока хмель в силе; а когда сон его ослабит и опьяненье переходит в расстройство желудка?
[22] Cogita quas clades ediderit publica ebrietas: haec acerrimas gentes bellicosasque hostibus tradidit, haec multorum annorum pertinaci bello defensa moenia patefecit, haec contumacissimos et iugum recusantes in alienum egit arbitrium, haec invictos acie mero domuit.	(22) Вспомни, к каким бедствиям приводило общее опьянение! Оно предавало врагу самые храбрые и воинственные племена, оно открывало крепости, многие годы обороняемые в упорных боях, оно подчиняло чужому произволу самых непреклонных и сбрасывавших любое иго, оно усмиряло непобежденных в битве.
[23] Alexandrum, cuius modo feci mentionem, tot itinera, tot proelia, tot hiemes per quas victa temporum locorumque difficultate transierat, tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria tutum dimiserunt: intemperantia bibendi et ille Herculaneus ac fatalis scyphus condidit.	(23) Александр, только что мною упомянутый, остался невредим, пройдя столько дорог, столько сражений, столько зим, одолев и трудные времена, и трудные места, пересекши столько неведомо откуда текущих рек, столько морей, - и сгубили его невоздержность в питье и роковой геркулесов кубок 7.
[24] Quae gloria est capere multum? cum penes te palma fuerit et propinationes tuas strati somno ac vomitantes recusaverint, cum superstes toti convivio fueris, cum omnes viceris virtute magnifica et nemo vini tam capax fuerit, vinceris a dolio.	(24) Велика ли слава - много в себя вмещать? Когда первенство почти что у тебя в руках, и спящие вповалку или блюющие сотрапезники не в силах поднимать с тобою кубки, когда из всего застолья на ногах стоишь ты один, когда ты всех одолел блистательной доблестью и никто не смог вместить больше вина, чем ты, - все равно тебя побеждает

	бочка.
[25] M. Antonium, magnum virum et ingeni nobilis, quae alia res perdidit et in externos mores ac vitia non Romana traiecit quam ebrietas nec minor vino Cleopatrae amor? Haec illum res hostem rei publicae, haec hostibus suis inparem reddidit; haec crudelem fecit, cum capita principum civitatis cenanti referrentur, cum inter apparatissimas epulas luxusque regales ora ac manus proscriptorum recognosceret, cum vino gravis sitiret tamen sanguinem. Intolerabile erat quod ebrius fiebat cum haec faceret: quanto intolerabilius quod haec in ipsa ebrietate faciebat!	(25) Что погубило Марка Антония, человека великого и с благородными задатками, что привело его к чужеземным нравам и неримским порокам, как не пьянство и не страсть к Клеопатре, не уступавшая страсти к вину? Оно и сделало его врагом государства, и притом слабейшим, чем его враги, оно и усугубило его жестокость, когда к нему за обедом приносили головы первых в Риме мужей8, когда он среди изобилия яств, среди царской роскоши пытался узнавать лица и руки убитых по спискам, когда, напившись вином, он жаждал крови. Мерзко было то, что он пьянел, когда творил все это, но еще мерзостнее то, что он творил все это пьяным.
[26] Fere vinolentiam crudelitas sequitur; vitiatur enim exasperaturque sanitas mentis. Quemadmodum [morosos] difficilesque faciunt diutini morbi et ad minimam rabidos offensionem, ita ebrietates continuae efferant animos; nam cum saepe apud se non sint, consuetudo insaniae durat et vitia vino concepta etiam sine illo valent.	(26) С пристрастьем к вину неразлучна свирепость, потому что хмель вредит здравому уму и ожесточает его. Как от долгой болезни люди становятся плаксивыми, раздражительными, так что малейшая обида приводит их в бешенство 9, так от непрестанного пьянства становится свирепой душа. Когда она часто не в себе, то пороки, укрепленные привычным безумием, возникнув во хмелю, и без него не теряют силы.
[27] Dic ergo quare sapiens non debeat ebrius fieri; deformitatem rei et inportunitatem ostende rebus, non verbis. Quod facillimum est, proba istas quae voluptates vocantur, ubi transcenderunt modum, poenas esse. Nam si illud argumentaberis, sapientem multo vino non inebriari et retinere rectum tenorem etiam si temulentus sit, licet colligas nec veneno poto moriturum nec sopore sumpto dormiturum nec elleboro accepto quidquid in visceribus haerebit eiecturum deiecturumque. Sed si temptantur pedes, lingua non constat, quid est quare illum existimes in parte sobrium esse, in parte ebrium? Vale.	(27) Так говори прямо, почему мудрый не должен пить допьяна: покажи на деле, а не на словах, до чего отвратительно и вредно пьянство, - ведь это нетрудно. Докажи, что так называемые наслаждения, едва перейдут меру, становятся муками. А если ты какими-то доводами доказываешь, будто мудрец, сколько бы ни выпил вина, не собьется с правильного пути, даже если начнет буйствовать, - то можешь строить и такие умозаключенья: мудрец не умрет, выпив отравы, не заснет, приняв снотворное, а проглотив чемерицу, не извергнет сверху и снизу все, что будет у него в утробе. Нет, если ноги у него заплетаются, и язык тоже, то какие у нас основания думать, что он частью пьян, а частью трезв? Будь здоров!

LXXXIV

[1] Itinera ista quae segnitiam mihi excutiunt et valetudini meae prodesse iudico et studiis. Quare valetudinem adiuvent vides: cum pigrum me et neglegentem corporis litterarum amor faciat, aliena opera exerceor. Studio quare prosint indicabo: a lectionibus [non] recessi. Sunt autem, ut existimo, necessariae, primum ne sim me uno contentus, deinde ut, cum ab aliis quaesita cognovero, tum et de inventis iudicem et cogitem de inveniendis. Alit lectio ingenium et studio fatigatum, non sine studio tamen, reficit.	(1) Те поездки, что прогоняют мою вялость, полезны, я думаю, и для здоровья, и для занятий. Почему они полезны для здоровья, ты видишь сам: если пристрастье к наукам делает меня ленивым и мешает заботиться о теле, то так я упражняюсь хоть за чужой счет. А почему они полезны для занятий, я тебе объясню. Ведь я не перестаю читать, а это, по-моему, необходимо - во-первых, чтобы не довольствоваться самим собой, во-вторых, чтобы, зная исследованное другими, судить о найденном и думать о том, что еще нужно найти. Чтение питает ум и дает утомленному занятиями отдохнуть за другим занятием.
[2] Nec scribere tantum nec tantum legere debemus: altera res contristabit vires et exhauriet (de stilo dico), altera solvet ac diluet. Invicem hoc et illo commeandum est et alterum altero temperandum, ut quidquid lectione collectum est stilus redigat in corpus.	(2) Нельзя только писать или только читать: одно из этих дел удручает и отнимает силы (я имею в виду перо), второе рассеивает и расслабляет. Нужно в свой черед переходить от одного к другому и одно другим умерять, чтобы собранное за чтением наше перо превращало в нечто существенное.
[3] Apes, ut aiunt, debemus imitari, quae vagantur et flores ad mel faciendum idoneos carpunt, deinde quidquid attulere disponunt ac per favos digerunt et, ut Vergilius noster ait,	(3) Как говорится, мы должны подражать пчелам, которые странствуют в поисках медоносных цветов, а потом складывают принесенное в соты, где оно и переваривается в мед, и, как сказано у нашего Вергилия,
liquentia mella *stipant et dulci distendunt nectare cellas.*	*собирают текучий* *Мед и соты свои наполняют сладким нектаром*
[4] De illis non satis constat utrum sucum ex floribus ducant qui protinus mel sit, an quae collegerunt in hunc saporem mixtura quadam et proprietate spiritus sui mutent. Quibusdam enim placet non faciendi mellis scientiam esse illis sed colligendi. Aiunt inveniri apud Indos mel in arundinum foliis, quod aut ros illius caeli aut ipsius arundinis umor dulcis et pinguior gignat; in nostris quoque herbis vim eandem sed minus	(4) О пчелах точно не известно, то ли сок, извлекаемый ими из цветов, есть готовый мед, то ли они придают собранному сладость некой примесью и свойством своего дыхания. Некоторые полагают, что их уменье - не делать мед, а собирать его, и говорят, что у индусов мед находят в листьях тростника, где он родится либо как роса, благодаря тамошнему климату, либо как сладкий и густой

manifestam et notabilem poni, quam persequatur et contrahat animal huic rei genitum. Quidam existimant conditura et dispositione in hanc qualitatem verti quae ex tenerrimis virentium florentiumque decerpserint, non sine quodam, ut ita dicam, fermento, quo in unum diversa coalescunt.	сок самого тростника, и что в наших травах есть та же сила, только не столь явная и заметная, а рожденные для того живые существа выискивают и копят такой сок. Другие думают, что со бранное пчелами с самых нежных трав и цветов превращается в новое вещество благодаря особым приправам и смешиванию, не без некого, так сказать, бродила, которое и сливает разное воедино.
[5] Sed ne ad aliud quam de quo agitur abducar, nos quoquehas apes debemus imitari et quaecumque ex diversa lectione congessimus separare (melius enim distincta servantur), deinde adhibita ingenii nostri cura et facultate in unum saporem varia illa libamenta confundere, ut etiam si apparuerit unde sumptum sit, aliud tamen esse quam unde sumptum est appareat. Quod in corpore nostro videmus sine ulla opera nostra facere naturam	(5) Но, чтобы мне не отвлечься от нашего предмета, скажу, что и мы должны подражать пчелам: вычитанное из разных книг разделять, потому что порознь все сохраняется лучше, а потом, употребив все тщание и все способности ума, слить разные пробы и добиться единого вкуса, так что, даже если будет видно, откуда что-то взято, оно должно выглядеть иным, нежели там, откуда было взято. Ведь то же самое в нашем теле делает без нашего старанья сама природа.
[6] (alimenta quae accepimus, quamdiu in sua qualitate perdurant et solida innatant stomacho, onera sunt; at cum ex eo quod erant mutata sunt, tunc demum in vires et in sanguinem transeunt), idem in his quibus aluntur ingenia praestemus, ut quaecumque hausimus non patiamur integra esse, ne aliena sint.	(6) Съеденная пища лишь обременяет желудок, покуда остается, какой была, и плавает в нем твердыми кусками; только изменившись, превращается она в силу и в кровь. Пусть то же самое будет и со всем, что питает наш ум: нельзя, чтобы почерпнутое оставалось нетронутым и потому чужим.
[7] Concoquamus illa; alioqui in memoriam ibunt, non in ingenium. Adsentiamur illis fideliter et nostra faciamus, ut unum quiddam fiat ex multis, sicut unus numerus fit ex singulis cum minores summas et dissidentes conputatio una conprendit. Hoc faciat animus noster: omnia quibus est adiutus abscondat, ipsum tantum ostendat quod effecit.	(7) Его нужно переварить, иначе это будет пища для памяти, а не для ума. Будем верны тому, с чем согласны, усвоим его так, чтобы из многого возникло одно, как из отдельных чисел получается одно, если меньшие разрозненные количества обнимет один подсчет. То же пусть сделает и наша душа: все, что помогло ей, пусть она скроет и показывает лишь то, чего сама добилась в итоге.
[8] Etiam si cuius in te comparebit similitudo quem admiratio tibi altius fixerit, similem esse te volo quomodo filium, non quomodo imaginem: imago res mortua est. 'Quid ergo? non	(8) А если и появится в тебе сходство с кем-нибудь, кого восхищение подняло в твоих глазах, я хочу, чтобы ты походил на него, как сын, а не как портрет: ведь портрет мертв. - "Что

intellegetur cuius imiteris orationem? cuius argumentationem? cuius sententias?' Puto aliquando ne intellegi quidem posse, si magni vir ingenii omnibus quae ex quo voluit exemplari traxit formam suam inpressit, ut in unitatem illa conpetant.	же, нельзя будет понять, чьей речи ты подражаешь, чьим доводам, чьим мыслям?" - Я думаю, порой и не поймешь этого - тогда, когда великий ум придает свой чекан всему2, что пожелал взять от любого образца, и приведет все к единству.
[9] Non vides quam multorum vocibus chorus constet? unus tamen ex omnibus redditur. Aliqua illic acuta est, aliqua gravis, aliqua media; accedunt viris feminae, interponuntur tibiae: singulorum illic latent voces, omnium apparent.	(9) Разве ты не видел, как много голосов в хоре? И все они сливаются в единый звук. Есть в хоре голоса высокие, есть низкие, есть средние, сопровождают их флейты, - но отдельные голоса скрыты, явно слышен голос всех.
[10] De choro dico quem veteres philosophi noverant: in commissionibus nostris plus cantorum est quam in theatris olim spectatorum fuit. Cum omnes vias ordo canentium implevit et cavea aeneatoribus cincta est et ex pulpito omne tibiarum genus organorumque consonuit, fit concentus ex dissonis. Talem animum esse nostrum volo: multae in illo artes, multa praecepta sint, multarum aetatum exempla, sed in unum conspirata.	(10) Я говорю о хоре, какой был известен старым философам. Во время наших состязаний больше певцов, чем когда-то бывало зрителей в театре; все проходы заполнены рядами поющих, скамьи окружены трубачами, с подмостков звучат флейты и органы всех родов, и из разноголосицы возникает стройность. То же самое хочу я видеть и в нашей душе: пусть она вместит много искусств, много наставлений, много примеров из разных веков, но пусть все это придет в согласие. -
[11] 'Quomodo' inquis 'hoc effici poterit?' Adsidua intentione:si nihil egerimus nisi ratione suadente, nihil vitaverimus nisi ratione suadente. Hanc si audire volueris, dicet tibi: relinque ista iamdudum ad quae discurritur; relinque divitias, aut periculum possidentium aut onus; relinque corporis atque animi voluptates, molliunt et enervant; relinque ambitum, tumida res est, vana, ventosa, nullum habet terminum, tam sollicita est ne quem ante se videat quam ne secum, laborat invidia et quidem duplici. Vides autem quam miser sit si is cui invidetur et invidet.	(11) Ты спросишь, как этого можно достичь? - Постоянным вниманием, - не делая ничего иначе, как по совету разума. Если ты захочешь его послушаться, он тебе скажет: "Немедля оставь все, за чем гоняются; оставь богатства - они или опасны для владельца, или обременительны. Оставь наслажденья, и телесные, и духовные, - они изнеживают и расслабляют. Оставь поиски почестей - это вещь спесивая, пустая и непостоянная, ей нет конца, она всегда в тревоге, не видно ли кого впереди, нет ли кого за плечами, всегда мучится завистью, и притом двойной. Видишь, как несчастен человек, если и тот, кому завидуют, завидует тоже.
[12] Intueris illas potentium domos, illa tumultuosa rixa salutantium limina? multum habent contumeliarum ut intres,	(12) Видишь ты эти дома вельмож, эти пороги, у которых шумно ссорятся пришедшие на поклон? Ты натер

plus cum intraveris. Praeteri istos gradus divitum et magno adgestu suspensa vestibula: non in praerupto tantum istic stabis sed in lubrico. Huc potius te ad sapientiam derige, tranquillissimasque res eius et simul amplissimas pete.	пишься оскорблений, чтобы войти, а еще больше - когда войдешь. Иди мимо лестниц богачей и вознесенных насыпями прихожих: там ты будешь стоять не только над кручей, но и на скользком месте. Лучше направь шаг сюда, к мудрости: стремись к ее покою, к ее изобилию!
[13] Quaecumque videntur eminere in rebus humanis, quamvis pusilla sint et comparatione humillimorum exstent, per difficiles tamen et arduos tramites adeuntur. Confragosa in fastigium dignitatis via est; at si conscendere hunc verticem libet, cui se fortuna summisit, omnia quidem sub te quae pro excelsissimis habentur aspicies, sed tamen venies ad summa per planum. Vale.	(13) В делах человеческих ко всему, что на первый взгляд возвышается только над совсем уж низким, ведут крутые и трудные подступы. Неровною дорогой взбираются к вершине почестей. А если тебе угодно будет взойти на эту высоту, до которой не подняться фортуне, ты увидишь все почитаемое самым высоким у своих ног, хоть подъем твой будет пологим. Будь здоров.

LXXXV

[1] Peperceram tibi et quidquid nodosi adhuc supererat praeterieram, contentus quasi gustum tibi dare eorum quae a nostris dicuntur ut probetur virtus ad explendam beatam vitam sola satis efficax. Iubes me quidquid est interrogationum aut nostrarum aut ad traductionem nostram excogitatarum conprendere: quod si facere voluero, non erit epistula sed liber. Illud totiens testor, hoc me argumentorum genere non delectari; pudet in aciem descendere pro dis hominibusque susceptam subula armatum.	(1) Я тебя щадил и до сих пор довольствовался немногим: пропуская все запутанное, давал тебе только отведать доказательства, приводимые нашими в подтвержденье тому, что одной добродетели довольно, чтобы сделать жизнь вполне счастливой. А теперь ты велишь мне изложить все умозаключенья, сколько их есть, - и наши, и придуманные с тем, чтобы выставить нас на смех; но если я захочу это сделать, получится не письмо, а книга. Я много раз заверял тебя, что не нахожу в доводах этого рода никакого удовольствия. Стыдно выходить в битву во имя богов и людей, вооружившись шилом.
[2] 'Qui prudens est et temperans est; qui temperans est, et constans; qui constans est inperturbatus est; qui inperturbatus est sine tristitia est; qui sine tristitia est beatus est; ergo prudens beatus est, et prudentia ad beatam vitam satis est.'	(2) "Разумный человек умерен; умеренный стоек; стойкий безмятежен; безмятежный не знает печали; кто не знает печали, тот блажен; значит, разумный блажен, а разумности довольно для блаженной жизни".
[3] Huic collectioni hoc modo Peripatetici quidam respondent, ut inperturbatum et constantem et sine tristitia sic interpretentur tamquam	(3) Вот что возражают на это умозаключение некоторые перипатетики. Безмятежный, и стойкий, и не знающий печали - все

inperturbatus dicatur qui raro perturbatur et modice, non qui numquam. Item sine tristitia eum dici aiunt qui non est obnoxius tristitiae nec frequens nimiusve in hoc vitio; illud enim humanam naturam negare, alicuius animum inmunem esse tristitia; sapientem non vinci maerore, ceterum tangi; et cetera in hunc modum sectae suae respondentia. Non his tollunt adfectus sed temperant.	это надо толковать так: "безмятежным" зовется не тот, кто никогда не волнуется, а тот, кто волнуется редко и умеренно; и "не знающий печали", по их словам, - это тот, кто печали не поддается, кто грешит этим пороком не часто и не слишком сильно, ибо человеческая природа отказала нам в том, чтобы чья-нибудь душа была недоступна печали, а мудреца скорбь не побеждает, не затрагивает, и прочее в этом роде, в соответствии со своим ученьем.
[4] Quantulum autem sapienti damus, si inbecillissimis fortior est et maestissimis laetior et effrenatissimis moderatior et humillimis maior! Quid si miretur velocitatem suam Ladas ad claudos debilesque respiciens?	(4) Они не устраняют страсти, а умеряют. Как мало, однако, признаем мы за мудрецом, если он сильнее самых слабых, радостнее самых скорбных, воздержнее самых разнузданных, выше самых низких! Что если кто-нибудь станет с восхищеньем хвалить собственное проворство, глядя на хромых и калек?
Illa vel intactae segetis per summa volaret *gramina nec cursu teneras laesisset aristas,* *vel mare per medium fluctu suspensa tumenti* *ferret iter, celeres nec tingueret aequore plantas.*	*В поле летела она по верхушкам злаков высоких,* *Не приминая ногой стеблей и ломких колосьев,* *Мчалась и по морю, путь по волнам пролагая проворно,* *Не успевая стопы омочить в соленой пучине.*
Haec est pernicitas per se aestimata, non quae tardissimorum conlatione laudatur. Quid si sanum voces leviter febricitantem? non est bona valetudo mediocritas morbi.	Вот что такое быстрота, если ценить ее самое по себе! Что если ты назовешь здоровым того, у кого небольшой жар? Не слишком сильная болезнь это еще не здоровье!
[5] 'Sic' inquit 'sapiens inperturbatus dicitur quomodo apyrina dicuntur non quibus nulla inest duritia granorum sed quibus minor.' Falsum est. Non enim deminutionem malorum in bono viro intellego sed vacationem; nulla debent esse, non parva; nam si ulla sunt, crescent et interim inpedient. Quomodo oculos maior et perfecta suffusio excaecat, sic modica turbat.	(5) Они говорят, что "мудрец зовется безмятежным так же, как называются "бескосточковыми" не те финики, где вовсе нет твердых зерен, а те, где они не так тверды". Но это неправда. Как я понимаю, муж добра - не тот, в ком меньше зла, а тот, в ком его нет. Дело не в том, чтобы пороки были малы, а в том, чтобы их не было, а иначе, если будут хоть какие-то, они вырастут и опутают человека. Зрелое и большое бельмо ослепляет глаз, но и небольшое замутняет его.
[6] Si das aliquos adfectus sapienti,	(6) Если ты допустишь у мудреца

inpar illis erit ratio et velut torrente quodam auferetur, praesertim cum illi non unum adfectum des cum quo conluctetur sed omnis. Plus potest quamvis mediocrium turba quam posset unius magni violentia.	страсти, разум будет им не равен, и его смоет словно потоком; особенно же если ты оставишь мудрому не одну страсть, чтобы он с нею боролся, а все их. Целой толпою страсти, пусть и умеренные, сильнее, чем одна, даже и неистовая.
[7] Habet pecuniae cupiditatem, sed modicam; habet ambitionem, sed non concitatam; habet iracundiam, sed placabilem; habet inconstantiam, sed minus vagam ac mobilem; habet libidinem, sed non insanam. Melius cum illo ageretur qui unum vitium integrum haberet quam cum eo qui leviora quidem, sed omnia.	(7) Человек жаден до денег, но не слишком, честолюбив, но умеренно, гневлив, но отходчив, непостоянен, но не мечется туда-сюда, похотлив, но не до умопомраченья. Нет, лучше тому, кем одна страсть владеет целиком, чем такому, кто одержим всеми понемногу.
[8] Deinde nihil interest quam magnus sit adfectus: quantuscumque est, parere nescit, consilium non accipit. Quemadmodum rationi nullum animal optemperat, non ferum, non domesticum et mite (natura enim illorum est surda suadenti), sic non sequuntur, non audiunt adfectus, quantulicumque sunt. Tigres leonesque numquam feritatem exuunt, aliquando summittunt, et cum minime expectaveris exasperatur torvitas mitigata. Numquam bona fide vitia mansuescunt.	(8) И потом, не так важно, насколько страсть сильна: она, какова бы ни была, подчиняться не умеет и вразумлению не поддается. Как не слушается доводов ни одно животное, ни дикое, ни домашнее и кроткое (сама их природа глуха к увещаньям), так не повинуются, не внемлют им страсти, сколь бы ни были они ничтожны. Тигры и львы никогда не избавляются от свирепости, хоть иногда их укрощают; но когда меньше всего ждешь, усмиренная кровожадность просыпается, так и пороки не приручаются по-настоящему.
[9] Deinde, si ratio proficit, ne incipient quidem adfectus; si invita ratione coeperint, invita perseverabunt. Facilius est enim initia illorum prohibere quam impetum regere.	(9) Далее, если разум в чем и помогает, так только в том, что не дает страсти возникнуть; а возникнув вопреки ему, она вопреки ему и укоренится, ибо легче воспрепятствовать ее рождению, чем выдержать ее натиск.
Falsa est itaque ista mediocritas et inutilis, eodem loco habenda quo si quis diceret modice insaniendum, modiceaegrotandum.	Стало быть "умеренность" эта лжива и бесполезна, и думать о ней надо так же, как о призывах не слишком сильно сходить с ума, не слишком сильно хворать.
[10] Sola virtus habet, non recipiunt animi mala temperamentum; facilius sustuleris illa quam rexeris. Numquid dubium est quin vitia mentis humanae inveterata et dura, quae morbos vocamus, inmoderata sint, ut avaritia, ut	(10) Управлять можно только добродетелью, а не душевными недугами - их легче искоренить, чем обуздать. Есть ли сомнение в том, что застарелые и упорные пороки человеческого духа, которые мы

crudelitas, ut inpotentia [impietas]? Ergo inmoderati sunt et adfectus; ab his enim ad illa transitur.	называем болезнями: скупость, жестокость, распущенность, неверность долгу - умерить нельзя? Значит, нельзя умерить и страсти, от которых прямой путь к порокам.
[11] Deinde, si das aliquid iuris tristitiae, timori, cupiditati, ceteris motibus pravis, non erunt in nostra potestate. Quare? quia extra nos sunt quibus inritantur; itaque crescent prout magnas habuerint minoresve causas quibus concitentur. Maior erit timor, si plus quo exterreatur aut propius aspexerit, acrior cupiditas quo illam amplioris rei spes evocaverit.	(11) Далее, если ты дашь хоть немного воли скорби, страху, алчности и другим дурным порывам, они выйдут из-под твоей власти. Почему? Да потому что предметы, их возбуждающие, - вне нас. Они и растут смотря по тому, велики или малы вызывающие их причины. Тем сильнее будет страх, чем окажется больше или ближе то, что пугает; тем острее желание, чем обильнее награда, надежда на которую его разжигает.
[12] Si in nostra potestate non est an sint adfectus, ne illud quidem est, quanti sint: si ipsis permisisti incipere, cum causis suis crescent tantique erunt quanti fient. Adice nunc quod ista, quamvis exigua sint, in maius excedunt; numquam perniciosa servant modum; quamvis levia initia morborum serpunt et aegra corpora minima interdum mergit accessio.	(12) Коль скоро нам не подвластно то, есть ли в душе страсти, то сила их - и подавно: если ты дашь им возникнуть, они будут расти вместе со своими причинами и какими только смогут стать, такими и будут. Прибавь и то, что они, как бы ни были ничтожны, всегда набирают силу: ведь все, что нам на погибель, не соблюдает меры. Болезнь легка сначала, когда подкрадывается, а потом больное тело гибнет и от самого малого прибавленья жара.
[13] Illud vero cuius dementiae est, credere quarum rerum extra nostrum arbitrium posita principia sunt, earum nostri esse arbitri terminos! Quomodo ad id finiendum satis valeo ad quod prohibendum parum valui, cum facilius sit excludere quam admissa conprimere?	(13) Кто настолько безумен, чтобы поверить, будто в нашей власти исход тех вещей, чье начало нам не подвластно? Откуда мне взять силы покончить с тем, чего я не в силах был не допустить? Между тем преградить доступ легче, чем задушить, допустивши.
[14] Quidam ita distinxerunt ut dicerent, 'temperans ac prudens positione quidem mentis et habitu tranquillus est, eventu non est. Nam, quantum ad habitum mentis suae, non perturbatur nec contristatur nec timet, sed multae extrinsecus causae incidunt quae illi perturbationem adferant.'	(14) А некоторые говорят о таком различии: "Если человек воздержан и разумен, то дух его по своему обычному состоянию и свойствам спокоен, но в итоге не спокоен. По обычному своему состоянию дух его не подвержен ни волненьям, ни скорби, ни страху, но есть множество внешних причин, способных его волновать".
[15] Tale est quod volunt dicere:	(15) Вот что примерно они хотят

iracundum quidem illum non esse, irasci tamen aliquando; et timidum quidem non esse, timere tamen aliquando, id est vitio timoris carere, adfectu non carere. Quod si recipitur, usu frequenti timor transibit in vitium, et ira in animum admissa habitum illum ira carentis animi retexet.	сказать: он хоть и не гневлив, но иногда бывает в гневе; хоть и не боязлив, но иногда боится; то есть порок боязливости ему чужд, но чувство боязни знакомо. Если согласиться с этим, то боязнь, появляясь все чаще, перейдет в порок, и гнев, допущенный в душу, изменит состоянье этой души, прежде не знавшей гнева.
[16] Praeterea si non contemnit venientes extrinsecus causas et aliquid timet, cum fortiter eundum erit adversus tela, ignes, pro patria, legibus, libertate, cunctanter exibit et animo recedente. Non cadit autem in sapientem haec diversitas mentis.	(16) И далее: кто не презирает внешних причин и чего-то боится, тот, когда надо будет храбро идти на огонь и клинки ради родины, законов и свободы, будет мешкать и пойдет сердцу вопреки. А в мудром такого двоедушия быть не может.
[17] Illud praeterea iudico observandum, ne duo quae separatim probanda sunt misceamus; per se enim colligitur unum bonum esse quod honestum, per se rursus ad vitam beatam satis esse virtutem. Si unum bonum est quod honestum, omnes concedunt ad beate vivendum sufficere virtutem; e contrario non remittetur, si beatum sola virtus facit, unum bonum esse quod honestum est.	(17) Кроме того, я полагаю, надобно вот на что обратить внимание: как бы не смешать две вещи, которые следует доказывать порознь. Что только честное есть благо, - это одно умозаключение; а что для блаженной жизни довольно добродетели - другое. Если только честное есть благо, то все согласятся, что для блаженной жизни довольно добродетели; а вот наоборот никто не признает, что только честное есть благо, если добродетель одна лишь делает нас блаженными.
[18] Xenocrates et Speusippus putant beatum vel sola virtute fieri posse, non tamen unum bonum esse quod honestum est. Epicurus quoque iudicat, cum virtutem habeat, beatum esse, sed ipsam virtutem non satis esse ad beatam vitam, quia beatum efficiat voluptas quae ex virtute est, non ipsa virtus. Inepta distinctio: idem enim negat umquam virtutem esse sine voluptate. Ita si ei iuncta semper est atque inseparabilis, et sola satis est; habet enim secum voluptatem, sine qua non est etiam cum sola est.	(18) Ксенократ и Спевсипп2 полагают, что блаженным можно стать и через одну добродетель, а вот честное не есть единственное благо. И Эпикур считает, что обладающий добродетелью блажен, но самой добродетели недостаточно для блаженной жизни, так как блаженными делает нас проистекающее из добродетели наслажденье, а не она сама. - Нелепое различенье! Ведь он же сам утверждает, что нет добродетели без наслаждения. А если оно всегда и неразрывно с нею связано, значит, довольно и ее одной: ведь наслаждение, без которого она не бывает, всегда при ней, даже когда она одна.
[19] Illud autem absurdum est, quod	(19) Бессмысленно и утвержденье,

dicitur beatum quidem futurum vel sola virtute, non futurum autem perfecte beatum; quod quemadmodum fieri possit non reperio. Beata enim vita bonum in se perfectum habet, inexsuperabile; quod si est, perfecte beata est. Si deorum vita nihil habet maius aut melius, beata autem vita divina est, nihil habet in quod amplius possit attolli.	будто блаженным можно стать и через одну лишь добродетель, но совершенного блаженства ею не достичь 3. Как это может быть, я не пойму. Блаженная жизнь заключает в себе совершенное благо, непревзойденное ничем, а если это так, то и блаженство совершенное. Если нет ничего больше и лучше жизни богов, а блаженная жизнь божественна, значит, ей некуда уже стремиться ввысь.
[20] Praeterea, si beata vita nullius est indigens, omnis beata vita perfecta est eademque est et beata et beatissima. Numquid dubitas quin beata vita summum bonum sit? ergo si summum bonum habet, summe beata est. Quemadmodum summum bonum adiectionem non recipit (quid enim supra summum erit?), ita ne beata quidem vita, quae sine summo bono non est. Quod si aliquem 'magis' beatum induxeris, induces et 'multo magis'; innumerabilia discrimina summi boni facies, cum summum bonum intellegam quod supra se gradum non habet.	(20) Кроме того, если блаженная жизнь ни в чем не нуждается, значит блаженная жизнь совершенна, и между блаженной и блаженнейшей жизнью разницы нет. Неужто ты сомневаешься, что блаженная жизнь есть высшее благо? А если в ней есть высшее благо, значит, есть и высшее блаженство. И как нельзя ничего прибавить к высшему (ибо что выше него?), так и к блаженной жизни, которая не бывает без высшего блага. Если ты представишь дело так, будто один блаженнее другого, то придется тебе пойти и дальше и представить бесчисленное множество степеней высшего блага; а я понимаю так, что выше высшего блага нет ни одной ступени.
[21] Si est aliquis minus beatus quam alius, sequitur ut hic alterius vitam beatioris magis concupiscat quam suam; beatus autem nihil suae praefert. Utrumlibet ex his incredibile est, aut aliquid beato restare quod esse quam quod est malit, aut id illum non malle quod illo melius est. Utique enim quo prudentior est, hoc magis se ad id quod est optimum extendet et id omni modo consequi cupiet. Quomodo autem beatus est qui cupere etiamnunc potest, immo qui debet?	(21) Если один блаженнее другого, он, стало быть, предпочтет чужую, более блаженную жизнь своей, а блаженный ничего чужого не желает. Значит, либо остается такое блаженство, которое и блаженный предпочел бы своему, либо он предпочитает не лучшее; но или одно, или другое невероятно! Всегда человек, чем он разумнее, тем больше тянется к наилучшему и желает достичь его любым способом. Так может ли быть блаженным тот, кто и может желать чего-нибудь еще, и должен?
[22] Dicam quid sit ex quo veniat hic error: nesciunt beatam vitam unam esse. In optimo illam statu ponit qualitas sua, non magnitudo; itaque in aequo est longa et brevis, diffusa et angustior, in	(22) Я скажу, откуда берется это заблуждение. Люди не знают, что блаженная жизнь одна. Наилучшей из всего ее делает главное свойство, а не величина. Все равно, долгая она

multa loca multasque partes distributa et in unum coacta. Qui illam numero aestimat et mensura et partibus, id illi quod habet eximium eripit. Quid autem est in beata vita eximium? quod plena est.	или короткая, вольная или стесненная, простирается ли во все стороны, на множество мест, или сосредоточена в одном. Кто оценивает ее по частям, по числу и мере, тот лишает ее самого замечательного в ней. Что это? То, что блаженная жизнь всегда полна.
[23] Finis, ut puto, edendi bibendique satietas est. Hic plus edit, ille minus: quid refert? uterque iam satur est. Hic plus bibit, ille minus: quid refert? uterque non sitit. Hic pluribus annis vixit, hic paucioribus: nihil interest si tam illum multi anni beatum fecerunt quam hunc pauci. Ille quem tu minus beatum vocas non est beatus: non potest hoc nomen inminui.	(23) Я полагаю, цель еды и питья - сытость. Один съест больше, другой меньше, - а разницы нет: оба уже сыты. Один выпьет больше, другой меньше, - а разницы нет: оба утолили жажду. Один прожил много лет, другой - мало; но и это безразлично, если долголетие дало первому столько же блаженства, сколько второму - короткий век. Тот, кого ты называешь не столь блаженным, вовсе не блажен: само это слово не допускает ограниченья.
[24] 'Qui fortis est sine timore est; qui sine timore est sine tristitia est; qui sine tristitia est beatus est.'	(24) "Кто храбр, тот не знает страха; кто не знает страха, тот не знает и печали; кто не знает печали, тот блажен".
Nostrorum haec interrogatio est. Adversus hanc sic respondere conantur: falsam nos rem et controversiosam pro confessa vindicare, eum qui fortis est sine timore esse. 'Quid ergo?' inquit 'fortis inminentia mala non timebit? istuc dementis alienatique, non fortis est. Ille vero' inquit 'moderatissime timet, sed in totum extra metum non est.'	Это умозаключение принадлежит нашим. На него пытаются возражать так: мы, мол, вещь неверную и спорную утверждаем как общепризнанную, говоря, что храбрый не знает страха. - "Неужели же храбрый не испугается близко подступивших бедствий? Такое говорит скорей о безумии либо умоисступлении, чем о храбрости. А храбрый просто сдержан в своей боязни, хоть и не избавлен от нее совсем". -
[25] Qui hoc dicunt rursus in idem revolvuntur, ut illis virtutum loco sint minora vitia; nam qui timet quidem, sed rarius et minus, non caret malitia, sed leviore vexatur. 'At enim dementem puto qui mala inminentia non extimescit.' Verum est quod dicis, si mala sunt; sed si scit mala illa non esse et unam tantum turpitudinem malum iudicat, debebit secure pericula aspicere et aliis timenda contemnere. Aut si stulti et amentis est mala non timere, quo quis	(25) Утверждающие так впадают в ту же ошибку: у них добродетель подменяется не столь сильным пороком. Ведь тот, кто боится, пусть реже и меньше, все же не чужд зла, хоть и не такого мучительного. - "А по-моему, тот, кто не боится близко подступивших бедствий, безумен". - Ты прав, если дело идет о бедствиях; а если он знает, что это не бедствие и единственным злом считает позор, то наверняка будет спокойно смотреть

prudentior est, hoc timebit magis.	на опасности и презирать то, что другим страшно; а не то, если не бояться бедствий свойственно глупцу или безумцу, выходит, что всякий будет тем боязливей, чем он разумнее. -
[26] 'Ut vobis' inquit 'videtur, praebebit se periculis fortis.' Minime: non timebit illa sed vitabit; cautio illum decet, timor non decet. 'Quid ergo?' inquit 'mortem, vincula, ignes, alia tela fortunae non timebit?' Non; scit enim illa non esse mala sed videri; omnia ista humanae vitae formidines putat.	(26) "По-вашему, храбрый сам подставит себя под удар". - Ничуть! Он хоть и не боится опасности, но избегает ее: осторожность ему пристала, страх не пристал. - "Что же, ни смерти, ни цепей, ни огня, ни других оружий фортуны он не будет страшиться?" - Нет! Он ведь знает, что все это - кажущиеся, а не истинные бедствия, пугала человеческой жизни.
[27] Describe captivitatem, verbera, catenas, egestatem et membrorum lacerationes vel per morbum vel per iniuriam et quidquid aliud adtuleris: inter lymphatos metus numerat. Ista timidis timenda sunt. An id existimas malum ad quod aliquando nobis nostra sponte veniendum est?	(27) Опиши ему плен, побои, цепи, нищету, тело, терзаемое болезнью или насилием, - все, что тебе придет в голову; он отнесет это к числу беспричинных страхов. Бояться таких вещей должны боязливые. Или, по-твоему, может быть злом то, на что нам приходится порой идти по своей воле?
[28] Quaeris quid sit malum?cedere iis quae mala vocantur et illis libertatem suam dedere, pro qua cuncta patienda sunt: perit libertas nisi illa contemnimus quae nobis iugum inponunt. Non dubitarent quid conveniret forti viro si scirent quid esset fortitudo. Non est enim inconsulta temeritas nec periculorum amor nec formidabilium adpetitio: scientia est distinguendi quid sit malum et quid non sit. Diligentissima in tutela sui fortitudo est et eadem patientissima eorum quibus falsa species malorum est.	(28) Ты спросишь, что есть настоящая беда? - Поддаться тому, что именуется бедами, и отдать им свою свободу, ради которой должно все перенести. Свобода гибнет, если ты не презришь все, что налагает иго. Не было бы сомнений в том, что подобает храброму, если бы знали, в чем истинная храбрость. Это - не дерзость вопреки разуму, не страсть к опасностям, не стремление навстречу ужасам. Храбрость есть умение различать, что беда и что нет. Она пристально оберегает себя, и она же терпеливо сносит все, что имеет обманчивое обличье беды.
[29] 'Quid ergo? si ferrum intentatur cervicibus viri fortis, si pars subinde alia atque alia suffoditur, si viscera sua in sinu suo vidit, si ex intervallo, quo magis tormenta sentiat, repetitur et per adsiccata vulnera recens demittitur sanguis, non timet? istum tu dices nec dolere?' Iste vero dolet (sensum enim	(29) "Как же так? Если над головою храброго мужа будет занесен меч, если ему будут пронзать одну часть тела за другой, если он увидит, как внутренности вываливаются ему на колени, если для того, чтобы он сильнее чувствовал пытки, их будут повторять и пускать свежую кровь из

hominis nulla exuit virtus), sed non timet: invictus ex alto dolores suos spectat. Quaeris quis tunc animus illi sit? qui aegrum amicum adhortantibus.	подсохших ран, ты скажешь, что он не боится и не страдает?" - Страдает, конечно; ведь человеческих чувств никакая добродетель не отнимает, - но не боится и, непобежденный, смотрит свысока на свои страдания. Ты спросишь, что у него тогда на душе? То же, что у старающихся ободрить больного друга.
[30] 'Quod malum est nocet; quod nocet deteriorem facit; dolor et paupertas deteriorem non faciunt; ergo mala non sunt.'	(30) Беда - это то, что вредит; вредить - значит делать хуже; но страданье и бедность не делают нас хуже, следовательно, это не беды.
'Falsum est' inquit 'quod proponitis; non enim, si quid nocet, etiam deteriorem facit. Tempestas et procella nocet gubernatori, non tamen illum deteriorem facit.'	"Но это ваше утвержденье ложно: не всегда вредить значит делать хуже. Буря и непогода вредят кормчему, но не делают его хуже". -
[31] Quidam e Stoicis ita adversus hoc respondent: deteriorem fieri gubernatorem tempestate ac procella, quia non possit id quod proposuit efficere nec tenere cursum suum; deteriorem illum in arte sua non fieri, in opere fieri. Quibus Peripateticus 'ergo' inquit 'et sapientem deteriorem faciet paupertas, dolor, et quidquid aliud tale fuerit; virtutem enim illi non eripiet, sed opera eius inpediet'.	(31) У стоиков и на это есть ответ. И кормчий из-за бури и грозы становится хуже, потому что не может выполнить свое намеренье и удержать направление; в своем искусстве он не становится хуже, в своем деле - становится. - Перипатетики говорят на это: "Значит, и мудреца делают хуже бедность, страдание и прочее в этом роде: они не отнимают у него добродетели, но делу ее мешают". -
[32] Hoc recte diceretur nisi dissimilis esset gubernatoris condicio et sapientis. Huic enim propositum est in vita agenda non utique quod temptat efficere, sed omnia recte facere: gubernatori propositum est utique navem in portum perducere. Artes ministrae sunt, praestare debent quod promittunt, sapientia domina rectrixque est; artes serviunt vitae, sapientia imperat.	(32) Это было бы сказано верно, если бы обстоятельства у кормчего и у мудреца были одни и те же. Цель мудреца не в том, чтобы непременно добиваться в жизни всего, за что бы он ни взялся, а в том, чтобы все делать правильно; цель же кормчего - непременно привести корабль в гавань. Искусства - прислужники, они должны давать, что обещали, мудрость - госпожа и направительница. Искусство служит жизни, мудрость повелевает.
[33] Ego aliter respondendum iudico: nec artem gubernatoris deteriorem ulla tempestate fieri nec ipsam administrationem artis. Gubernator tibi non felicitatem promisit sed utilem operam et navis regendae scientiam; haec eo magis apparet quo illi magis	(33) Я, впрочем, думаю, что отвечать надо иначе: буря не делает хуже ни искусства кормчего, ни применения этого искусства на деле. Кормчий обещает тебе не счастье, а полезную работу и уменье править кораблем, - оно же тем заметнее, чем больше ему

aliqua fortuita vis obstitit. Qui hoc potuit dicere, 'Neptune, numquam hanc navem nisi rectam', arti satis fecit: tempestas non opus gubernatoris inpedit sed successum.	препятствует какая-нибудь случайная сила. Кто мог сказать: "Нептун, иначе как на верном пути ты этот корабль...", 4 - тот годен для своего искусства; буря же мешает не делу кормчего, а успеху. -
[34] 'Quid ergo?' inquit 'non nocet gubernatori ea res quae illum tenere portum vetat, quae conatus eius inritos efficit, quae aut refert illum aut detinet et exarmat?' Non tamquam gubernatori, sed tamquam naviganti nocet: alioqui [gubernator ille non est.] Gubernatoris artem adeo non inpedit ut ostendat; tranquillo enim, ut aiunt, quilibet gubernator est. Navigio ista obsunt, non rectori eius, qua rector est.	(34) "Как же так, значит, кормчему не вредит то, что не дает ему достичь гавани, делает тщетными его усилья и либо несет его, либо держит и обезоруживает?" - Вредит, но не как кормчему, а как морскому путешественнику. Искусству кормчего непогода не только не вредит, но и помогает быть замеченным: в затишье, как говорится, всякий годится в кормчие. Препятствует она судну, а не тому, кто им правит, в его роли правящего.
[35] Duas personas habet gubernator, alteram communem cum omnibus qui eandem conscenderunt navem: ipse quoque vector est; alteram propriam: gubernator est. Tempestas tamquam vectori nocet, non tamquam gubernatori.	(35) Ведь у кормчего их две: одна - общая со всеми, кто сел на этот корабль, где он и сам - один из путешествующих; другая - особая, поскольку он кормчий. Буря вредит ему как путешественнику, а не как кормчему.
[36] Deinde gubernatoris ars alienum bonum est: ad eos quos vehit pertinet, quomodo medici ad eos quos curat: [sapientis] commune bonum est: [est] et eorum cum quibus vivit et proprium ipsius. Itaque gubernatori fortasse noceatur cuius ministerium aliis promissum tempestate inpeditur:	(36) И еще: искусство кормчего - чужое достоянье, оно принадлежит тем, кого он везет, как искусство врача тем, кого он лечит. Мудрость же есть общее достояние - и тех, среди кого мудрец живет, и его собственное. Поэтому можно повредить кормчему, чей труд, отдаваемый другим, буря сводит на нет,
[37] sapienti non nocetur a paupertate, non a dolore, non ab aliis tempestatibus vitae. Non enim prohibentur opera eius omnia, sed tantum ad alios pertinentia: ipse semper in actu est, in effectu tunc maximus cum illi fortuna se opposuit; tunc enim ipsius sapientiae negotium agit, quam diximus et alienum bonum esse et suum.	(37) и нельзя повредить мудрецу: тут бессильны и бедность, и страдание, и остальные жизненные бури. Ведь его дело сводится на нет только в том, что касается других. Сам он всегда деятелен, и с наибольшей отдачей тогда, когда фортуна ему противится: тогда-то он и делает дело самой мудрости, которая, как мы сказали, и общее достояние, и его собственное.
[38] Praeterea ne aliis quidem tunc prodesse prohibetur cum illum aliquae necessitates premunt. Propter paupertatem prohibetur docere	(38) Да и тогда, когда его гнетет какая-нибудь необходимость, она не мешает ему приносить пользу людям. Бедность препятствует ему показать,

quemadmodum tractanda res publica sit, at illud docet, quemadmodum sit tractanda paupertas. Per totam vitam opus eius extenditur. Ita nulla fortuna, nulla res actus sapientis excludit; id enim ipsum agit quo alia agere prohibetur. Ad utrosque casus aptatus est: bonorum rector est, malorum victor.	как надо управлять государством, - и он показывает, как надо справляться с бедностью. Ничего нет в его жизни, что не служило бы делу мудрости. Никакая участь, никакие обстоятельства не отнимают у мудрого возможности действовать: ведь его дело - одолеть то, что мешает всякому делу. Ему по плечу и удачи, и беды: над одними он властвует, другие побеждает.
[39] Sic, inquam, se exercuit ut virtutem tam in secundis quam in adversis exhiberet nec materiam eius sed ipsam intueretur; itaque nec paupertas illum nec dolor nec quidquid aliud inperitos avertit et praecipites agit prohibet.	(39) Повторяю, он так себя закалил, что обнаружит свою добродетель и в счастье, и в несчастье, так как смотреть будет лишь на нее самое, а не на то, что дает повод ее выказать. Ему не преграда ни бедность, ни боль, ни все прочее, что отпугивает невежд и обращает в бегство. Тебе кажется, беды гнетут его? Нет, служат ему!
[40] Tu illum premi putas malis? utitur. Non ex ebore tantum Phidias sciebat facere simulacra; faciebat ex aere. Si marmor illi, si adhuc viliorem materiam obtulisses, fecisset quale ex illa fieri optimum posset. Sic sapiens virtutem, si licebit, in divitiis explicabit, si minus, in paupertate; si poterit, in patria, si minus, in exilio; si poterit, imperator, si minus, miles; si poterit, integer, si minus, debilis. Quamcumque fortunam acceperit, aliquid ex illa memorabile efficiet.	(40) Фидий умел ваять не только из слоновой кости; ваял он и в бронзе, а дали бы ему мрамор или другой камень, дешевле, - он сделал бы лучшее, что только можно из него изваять. Так и мудрец покажет, что такое добродетель, если возможно, - среди богатств, если нет, - в бедности, если удастся, - на родине, если нет, - в изгнании, если удастся, - полководцем, если нет. - солдатом, если удастся, - здоровым, если нет, - увечным. Какова бы ни была его доля, он сделает из нее нечто достойное памяти.
[41] Certi sunt domitores ferarum qui saevissima animalia et ad occursum expavescenda hominem pati subigunt nec asperitatem excussisse contenti usque in contubernium mitigant: leonis faucibus magister manum insertat, osculatur tigrim suus custos, elephantum minimus Aethiops iubet subsidere in genua et ambulare per funem. Sic sapiens artifex est domandi mala: dolor, egestas, ignominia, carcer, exilium ubique horrenda, cum ad hunc pervenere, mansueta sunt. Vale.	(41) Есть укротители диких зверей, которые принуждают самых свирепых, одна встреча с которыми страшна, под ярмом возить человека. Не довольствуясь усмирением кровожадности, они приучают их жить с ним вместе. Львам, надсмотрщик сует руку в пасть, сторож целует своих тигров, слонов крохотный эфиоп заставляет приседать на колени и ходить на веревке. Мудрец - как они: его искусство - укрощать беды. И страданье, и нищета, и поношенье, и темница, и изгнанье, повсюду внушающие ужас, едва попадают к

	нему, становятся кроткими. Будь здоров.

LXXXVI

[1] In ipsa Scipionis Africani villa iacens haec tibi scribo, adoratis manibus eius et ara, quam sepulchrum esse tanti viri suspicor. Animum quidem eius in caelum ex quo erat redisse persuadeo mihi, non quia magnos exercitus duxit (hos enim et Cambyses furiosus ac furore feliciter usus habuit), sed ob egregiam moderationem pietatemque, quam magis in illo admirabilem iudico cum reliquit patriam quam cum defendit. Aut Scipio Romae esse debebat aut Roma in libertate.	(1) Я пишу тебе из усадьбы Сципиона Африканского, почтив его маны и алтарь, который, сдается мне, и есть могила великого человека1. Я убеждаю себя, что душа его вернулась в небо, откуда снизошла, - и не за то, что он предводительствовал многолюдным войском (войска были и у неистового Камбиза2, для которого обернулось счастьем само неистовство), а за его необычайную скромность и верность долгу, которые, я считаю" больше заслуживали восхищенья в дни, когда он покинул родину, нежели когда защищал ее. Или Сципион, или свобода должны были уйти из Рима3.
[2] 'Nihil' inquit 'volo derogare legibus, nihil institutis; aequum inter omnes cives ius sit. Utere sine me beneficio meo, patria. Causa tibi libertatis fui, ero et argumentum: exeo, si plus quam tibi expedit crevi.'	(2) И он сказал: "Я ничего не хочу менять ни в законах, ни в установлениях; пусть все граждане будут равноправны. Пользуйся моим благодеяньем без меня, родина! Благодаря мне стала ты свободна, благодаря мне все увидят, что ты свободна! Если я стал больше, чем тебе полезно, - я ухожу!"
[3] Quidni ego admirer hanc magnitudinem animi, qua in exilium voluntarium secessit et civitatem exoneravit? Eo perducta res erat ut aut libertas Scipioni aut Scipio libertati faceret iniuriam. Neutrum fas erat; itaque locum dedit legibus et se Liternum recepit tam suum exilium rei publicae inputaturus quam Hannibalis.	(3) Как мне не восхищаться этим величием души, с которым он удалился в добровольное изгнание, избавив отчизну от бремени? Ведь дело дошло до того, что либо Сципион ущемил бы свободу, либо свобода - волю Сципиона. И то, и другое было бы нечестьем - и он уступил место законам, а сам уединился в Литерне, - так же изгнав себя для пользы государства, как Ганнибал 4.
[4] Vidi villam extructam lapide quadrato, murum circumdatum silvae, turres quoque in propugnaculum villae utrimque subrectas, cisternam aedificiis ac viridibus subditam quae sufficere in usum vel exercitus posset, balneolum angustum, tenebricosum ex consuetudine antiqua: non videbatur maioribus nostris caldum nisi obscurum.	(4) Я видел усадьбу, сложенную из прямоугольных глыб, стену, окружающую лес, башни, возведенные с обеих сторон усадьбы как защитные укрепленья, водохранилище, выкопанное под всеми постройками и посадками, так что запаса хватило бы хоть на целое войско; видел и баньку, тесную и темную, по обыкновению древних: ведь нашим предкам казалось, что нет тепла без темноты. Большим удовольствием

	было для меня созерцать нравы Сципиона и наши нравы.
[5] Magna ergo me voluptas subiit contemplantem mores Scipionis ac nostros: in hoc angulo ille 'Carthaginis horror', cui Roma debet quod tantum semel capta est, abluebat corpus laboribus rusticis fessum. Exercebat enim opere se terramque (ut mos fuit priscis) ipse subigebat. Sub hoc ille tecto tam sordido stetit, hoc illum pavimentum tam vile sustinuit: at nunc quis est qui sic lavari sustineat?	(5) В этой тесноте гроза Карфагена, вождь, которому Рим обязан тем, что был взят лишь однажды5, омывал тело, усталое от сельских трудов, - ведь он закалял себя работой и сам (таков был обычай в старину) возделывал землю. Под этой убогой кровлей он стоял, на этот дешевый пол ступал.
[6] Pauper sibi videtur ac sordidus nisi parietes magnis et pretiosis orbibus refulserunt, nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sunt, nisi illis undique operosa et in picturae modum variata circumlitio praetexitur, nisi vitro absconditur camera, nisi Thasius lapis, quondam rarum in aliquo spectaculum templo, piscinas nostras circumdedit, in quas multa sudatione corpora exsaniata demittimus, nisi aquam argentea epitonia fuderunt.	(6) Кто бы теперь вытерпел такое мытье? Любой сочтет себя убогим бедняком, если стены вокруг не блистают большими драгоценными кругами 6, если александрийский мрамор не оттеняет нумидийские наборные плиты, если их не покрывает сплошь тщательно положенный и пестрый, как роспись, воск, если кровля не из стекла, если фасийский камень, прежде - редкое украшение в каком-нибудь храме, не обрамляет бассейнов, в которые мы погружаем похудевшее от обильного пота тело, если вода льется не из серебряных кранов.
[7] Et adhuc plebeias fistulas loquor: quid cum ad balnea libertinorum pervenero? Quantum statuarum, quantum columnarum est nihil sustinentium sed in ornamentum positarum impensae causa! quantum aquarum per gradus cum fragore labentium! Eo deliciarum pervenimus ut nisi gemmas calcare nolimus.	(7) Но до сих пор я говорил о трубах для плебеев, - а что если я возьму бани вольноотпущенников? Сколько там изваяний, сколько колонн, ничего не поддерживающих и поставленных для украшения, чтобы дороже стоило! Сколько ступеней, по которым с шумом сбегает вода! Мы до того дошли в расточительстве, что не желаем ступать иначе как по самоцветам.
[8] In hoc balneo Scipionis minimae sunt rimae magis quam fenestrae muro lapideo exsectae, ut sine iniuria munimenti lumen admitterent; at nunc blattaria vocant balnea, si qua non ita aptata sunt ut totius diei solem fenestris amplissimis recipiant, nisi et lavantur simul et colorantur, nisi ex solio agros ac maria prospiciunt. Itaque quae concursum et admirationem habuerant cum	(8) В здешней Сципионовой бане крохотные, высеченные в камне скорее щели, чем окошки, - сделаны для того, чтобы пропускать свет не в ущерб неприступности стен. А теперь называют тараканьей дырою ту баню, которая устроена не так, чтобы солнце целый день проникало в широченные окна, не так, чтобы в ней можно было мыться и загорать сразу, чтобы из ванны открывался вид на поля и море. И вот те

dedicarentur, ea in antiquorum numerum reiciuntur cum aliquid novi luxuria commenta est quo ipsa se obrueret.	бани, на посвященье которых сбегалась восхищенная толпа, переходят в число устарелых, едва только роскошь, желая самое себя перещеголять, придумает чего-нибудь новое.
[9] At olim et pauca erant balnea nec ullo cultu exornata: cur enim exornaretur res quadrantaria et in usum, non in oblectamentum reperta? Non suffundebatur aqua nec recens semper velut ex calido fonte currebat, nec referre credebant in quam perlucida sordes deponerent.	(9) А прежде бань было мало, и ничем их не украшали: да и зачем было украшать грошовое заведенье, придуманное для пользы, а не для удовольствия? В них не подливали все время воду, не бежали свежие струи, как будто из горячего источника; и не так было важно, прозрачна ли вода, в которой смывали грязь.
[10] Sed, di boni, quam iuvat illa balinea intrare obscura et gregali tectorio inducta, quae scires Catonem tibi aedilem aut Fabium Maximum aut ex Corneliis aliquem manu sua temperasse! Nam hoc quoque nobilissimi aediles fungebantur officio intrandi ea loca quae populum receptabant exigendique munditias et utilem ac salubrem temperaturam, non hanc quae nuper inventa est similis incendio, adeo quidem ut convictum in aliquo scelere servum vivum lavari oporteat. Nihil mihi videtur iam interesse, ardeat balineum an caleat.	(10) Но, правые боги, как приятно войти в эти темные бани, под простою крышею, зная, что там наводил собственноручно порядок в бытность свою эдилом Катон, или Фабий Максим7 или один из Корнелиев! Потому что и благороднейшие мужи по обязанности эдилов заходили в места, куда допускался народ, и требовали опрятности и полезной для здоровья теплоты - не той, что придумали теперь, вроде как на пожаре, так что впору заживо мыть там уличенного в злодеянье раба. Теперь я не вижу разницы, топится баня или горит.
[11] Quantae nunc aliqui rusticitatis damnant Scipionem quod non in caldarium suum latis specularibus diem admiserat, quod non in multa luce decoquebatur et expectabat ut in balneo concoqueret! O hominem calamitosum! nesciit vivere. Non saccata aqua lavabatur sed saepe turbida et, cum plueret vehementius, paene lutulenta. Nec multum eius intererat an sic lavaretur; veniebat enim ut sudorem illic ablueret, non ut unguentum.	(11) А ведь кое-кто сейчас назвал бы Сципиона деревенщиной за то, что его парильня не освещалась солнцем сквозь зеркальные окна, что он не пекся на ярком свету и не ждал, пока сварится в бане. Вот несчастный человек! Да он жить не умеет! Моется непроцеженною водой, чаще всего мутной и, в сильные дожди, чуть ли не илистой! И было для него нисколько не важно, чем мыться: ведь он приходил смыть пот, а не притиранья.
[12] Quas nunc quorundam voces futuras credis? 'Non invideo Scipioni: vere in exilio vixit qui sic lavabatur.' Immo, si scias, non cotidie lavabatur; nam, ut aiunt qui priscos mores urbis tradiderunt, brachia et crura cotidie abluebant, quae scilicet sordes opere	(12) Что, по-твоему, сказали бы теперь? - "Я не завидую Сципиону: он и вправду жил в ссылке, если так мылся". - А если бы ты знал, что он и мылся-то не каждый день! Ведь те, кто сохранил преданье о старинных нравах Города, говорят, что руки и ноги, которые пачкаются в

collegerant, ceterum toti nundinis lavabantur. Hoc loco dicet aliquis: 'liquet mihi inmundissimos fuisse'. Quid putas illos oluisse? militiam, laborem, virum. Postquam munda balnea inventa sunt, spurciores sunt.	работе, мыли ежедневно, а все тело - раз в восемь дней. - Тут кто-нибудь скажет: "Ясное дело, как они были грязны! Чем от них пахло, по-твоему?" - Солдатской службой, трудом, мужем! Когда придумали чистые бани, люди стали грязнее.
[13] Descripturus infamem et nimiis notabilem deliciis Horatius Flaccus quid ait?	(13) Когда Гораций Флакк намерен описать человека гнусного и всем известного своею изнеженностью, что он говорит?
Pastillos Buccillus olet.	Пахнет духами Букилл...8
Dares nunc Buccillum: proinde esset ac si hircum oleret, Gargonii loco esset, quem idem Horatius Buccillo opposuit. Parum est sumere unguentum nisi bis die terque renovatur, ne evanescat in corpore. Quid quod hoc odore tamquam suo gloriantur?	А покажи Букилла теперь: да он покажется вонючим, как козел, и встанет на место того Горгония, которого Гораций противопоставляет Букиллу! Теперь мало душиться - надо делать это по два-три раза на день, чтобы аромат не улетучился. Удивительно ли, что такие люди похваляются им, словно своим собственным запахом?
[14] Haec si tibi nimium tristia videbuntur, villae inputabis, in qua didici ab Aegialo, diligentissimo patre familiae (is enim nunc huius agri possessor est) quamvis vetus arbustum posse transferri. Hoc nobis senibus discere necessarium est, quorum nemo non olivetum alteri ponit, ~quod vidi illud arborum trimum et quadrimum fastidiendi fructus aut deponere.~	(14) Если все это кажется тебе слишком грустно, вини усадьбу, в которой узнал я от Эгиала, трудолюбивого отца семейства (он теперь владеет здешнею землею), что пересаживать можно и старые деревья. Это необходимо знать нам, старикам, - ведь мы, если сажаем оливы, то наверное для других. А я видел, как он осенью пересадил целую рощу трех- и четырехлетних деревьев9, недовольный ее плодами.
[15] Te quoque proteget illa quae	(15) Она в тебя осенит, ибо
tarda venit seris factura nepotibus umbram,	Медленен рост ее, тень она даст далеким потомкам,10
ut ait Vergilius noster, qui non quid verissime sed quid decentissime diceretur aspexit, nec agricolas docere voluit sed legentes delectare.	как говорит наш Вергилий, который старался не о том, чтобы сказать правдивее, а о том, чтобы покрасивее, и хотел не обучать земледельцев, а доставлять удовольствие читателям.
[16] Nam, ut alia omnia transeam, hoc quod mihi hodie necesse fuit deprehendere, adscribam:	(16) Не говоря о другом, перепишу тебе то, в чем мне как раз сегодня пришлось его уличить:
vere fabis satio est; tunc te quoque, Medica, putres accipiunt sulci, et milio venit annua cura.	Боб высевают весной, и тебя, мидийка, тогда же Рыхлые борозды ждут. Что ни год, и о просе забота.. . u
An uno tempore ista ponenda sint et an utriusque verna sit satio, hinc	Одновременно ли их сажают и весною ли сеют и то и другое, можешь судить вот

aestimes licet: Iunius mensis est quo tibi scribo, iam proclivis in Iulium: eodem die vidi fabam metentes, milium serentes.	по чему. Я пишу тебе сегодняшнее письмо в июне, скоро наступит июль; и в один и тот же день я видел сборщиков бобов и сеятелей проса.
[17] Ad olivetum revertar, quod vidi duobus modis positum: magnarum arborum truncos circumcisis ramis et ad unum redactis pedem cum rapo suo transtulit, amputatis radicibus, relicto tantum capite ipso ex quo illae pependerant. Hoc fimo tinctum in scrobem demisit, deinde terram non adgessit tantum, sed calcavit et pressit.	(17) Но возвращаюсь к пересадке олив. Я видел два способа. Стволы больших деревьев, подрезав ветки и оставив их не более чем на фут, он переносил вместе с корневищем, причем корни снимал, не трогая лишь тот узел, из которого они свисают. Обмакнув его в навоз, дерево опускают в яму, а потом не просто засыпают ее землей, но и прибивают ее и утаптывают.
[18] Negat quicquam esse hac, ut ait, pisatione efficacius. Videlicet frigus excludit et ventum; minus praeterea movetur et ob hoc nascentes radices prodire patitur ac solum adprendere, quas necesse est cereas adhuc et precario haerentes levis quoque revellat agitatio. Rapum autem arboris antequam obruat radit; ex omni enim materia quae nudata est, ut ait, radices exeunt novae. Non plures autem super terram eminere debet truncus quam tres aut quattuor pedes; statim enim ab imo vestietur nec magna pars eius quemadmodum in olivetis veteribus arida et retorrida erit.	(18) По его словам, нет ничего полезнее этого утаптывания: оно преграждает путь холоду и ветру, а кроме того, ствол меньше раскачивается, так что прорастающие из него корни могут вытянуться и укрепиться в почве, а не то их обрывает самое легкое раскачиванье, покуда они мягки, как воск, и держатся непрочно. Прежде чем зарыть дерево, он с него снимает немного коры: ведь отовсюду, где обнажена древесина, идут, по его словам, новые корни. Из земли ствол не должен торчать больше чем на три-четыре фута: тогда он оденется ветками с самого низа, и большая часть его не будет, как у старых олив, сухой и заскорузлой.
[19] Alter ponendi modus hic fuit: ramos fortes nec corticis duri, quales esse novellarum arborum solent, eodem genere deposuit. Hi paulo tardius surgunt, sed cum tamquam a planta processerint, nihil habent in se abhorridum aut triste.	(19) А вот второй способ посадки: сильные побеги с мягкой корой, какие бывают обычно на молодых деревьях, он высаживал таким же порядком. Эти растут медленнее, зато не бывают ни морщинистыми, ни хилыми, потому что происходят от саженцев.
[20] Illud etiamnunc vidi, vitem ex arbusto suo annosam transferri; huius capillamenta quoque, si fieri potest, colligenda sunt, deinde liberalius sternenda vitis, ut etiam ex corpore radicescat. Et vidi non tantum mense Februario positas sed etiam Martio exacto; tenent et conplexae sunt non suas ulmos.	(20) Я видел еще, как он пересаживал к другому дереву многолетнюю лозу: у нее, если возможно, надо подобрать даже тончайшие корешки, а потом расстилать ее, не жалея длины, чтобы она и из стебля пустила корни. Я видел лозы, пересаженные не только в феврале, но и в конце марта, они уже обхватывают новые вязы и карабкаются вверх.
[21] Omnes autem istas arbores quae, ut ita dicam, grandiscapiae	(21) Но всем этим, так сказать, толстоствольным деревьям нужно, по его

sunt, ait aqua adiuvandas cisternina; quae si prodest, habemus pluviam in nostra potestate.	словам, помогать водою из подземного хранилища; если она поможет, значит, дождь в нашей власти.
Plura te docere non cogito, ne quemadmodum Aegialus me sibi adversarium paravit, sic ego parem te mihi. Vale.	Больше ничему я тебя учить не собираюсь, чтобы не сделать из тебя соперника себе самому, вроде того как наш Эгиал сделал из меня своего соперника. Будь здоров.

LXXXVII

[1] Naufragium antequam navem ascenderem feci: quomodo acciderit non adicio, ne et hoc putes inter Stoica paradoxa ponendum, quorum nullum esse falsum nec tam mirabile quam prima facie videtur, cum volueris, adprobabo, immo etiam si nolueris.	(1) Я потерпел крушенье, не успев взойти на корабль. Как все случилось, я не пишу, чтобы ты не вздумал и это причислить к стоическим парадоксам, - впрочем, я докажу тебе, если захочешь (и даже если не захочешь), что ни один из них не ложен и не так удивителен, как кажется на первый взгляд.
Interim hoc me iter docuit quam multa haberemus supervacua et quam facile iudicio possemus deponere quae, si quando necessitas abstulit, non sentimus ablata.	Эта поездка мне показала, как много у нас лишнего и как легко было бы по своему почину избавиться от вещей, отсутствия которых мы и не почувствуем, когда они отняты неизбежностью. -
[2] Cum paucissimis servis, quos unum capere vehiculum potuit, sine ullis rebus nisi quae corpore nostro continebantur, ego et Maximus meus biduum iam beatissimum agimus. Culcita in terra iacet, ego in culcita; ex duabus paenulis altera stragulum, altera opertorium facta est.	(2) В сопровождении немногих рабов, умещающихся в одной повозке, без всяких вещей, кроме тех, что на нас, мы с Максимом1 уже два дня живем блаженнейшей жизнью. Тюфяк лежит на земле, я - на тюфяке. Один дорожный плащ заменяет простыню, другой - одеяло.
[3] De prandio nihil detrahi potuit; paratum fuit ~non magis hora~, nusquam sine caricis, numquam sine pugillaribus; illae, si panem habeo, pro pulmentario sunt, si non habeo, pro pane. Cotidie mihi annum novum faciunt, quem ego faustum et felicem reddo bonis cogitationibus et animi magnitudine, qui numquam maior est quam ubi aliena seposuit et fecit sibi pacem nihil timendo, fecit sibi divitias nihil concupiscendo.	(3) Завтрак наш таков, что от него нечего убавить, он готов за пять минут и не обходится без сухих смокв, как без вощеных табличек. Если есть хлеб, - они мне вместо закуски, если нет, - вместо хлеба. С ними у меня каждый день новый год2, а счастливым и благополучным я делаю его сам, благими помыслами и неизменной высокостью духа, который тогда бывает всего выше, когда, откинув чужое, обретает спокойствие через отсутствие страха, обретает богатство через отсутствие желаний.
[4] Vehiculum in quod inpositus sum rusticum est; mulae vivere se ambulando testantur; mulio	(4) Повозка, в которой я еду, самая грубая. Мулы бредут и только тем и доказывают, что живы; погонщик бос,

excalceatus, non propter aestatem. Vix a me obtineo ut hoc vehiculum velim videri meum: durat adhuc perversa recti verecundia, et quotiens in aliquem comitatum lautiorem incidimus invitus erubesco, quod argumentum est ista quae probo, quae laudo, nondum habere certam sedem et immobilem. Qui sordido vehiculo erubescit pretioso gloriabitur.	и не из-за жары. С трудом заставляю я себя согласиться, чтобы люди считали эту повозку моей: еще упорна во мне извращенная привычка стыдиться того, что правильно. Стоит нам встретить путешественника с сопровожденьем, я невольно краснею, если оно выглядит почище. Вот и доказательство тому, что одобряемое и восхваляемое мною еще не укрепилось во мне непоколебимо. Кто стыдится убогой повозки, тот будет кичиться роскошью.
[5] Parum adhuc profeci: nondum audeo frugalitatem palam ferre; etiamnunc curo opiniones viatorum.	(5) Покамест успехи мои невелики: я не осмеливаюсь на глазах у всех довольствоваться малым, и до сих пор меня заботит мненье проезжих.
Contra totius generis humani opiniones mittenda vox erat: 'insanitis, erratis, stupetis ad supervacua, neminem aestimatis suo. Cum ad patrimonium ventum est, diligentissimi conputatores sic rationem ponitis singulorum quibus aut pecuniam credituri estis aut beneficia (nam haec quoque iam expensa fertis):	А надо поднять голос против мнений всего рода человеческого: "Вы безумны, вы заблуждаетесь! Вы восхищаетесь лишним и никого не цените по его подлинному достоянью! Зайдет дело об имуществе тех, кому вы собираетесь дать взаймы или оказать услугу (ведь вы и услуги записываете в долговую книгу), - тут вы, прилежные счетчики, берете на учет каждую статью.
[6] late possidet, sed multum debet; habet domum formosam, sed alienis nummis paratam; familiam nemo cito speciosiorem producet, sed nominibus non respondet; si creditoribus solverit, nihil illi supererit. Idem in reliquis quoque facere debebitis et excutere quantum proprii quisque habeat.'	(6) "Владения у него обширны, да много долгов; дом у него прекрасный, но обставлен на чужой счет; никто так быстро не выведет напоказ челядь пышнее, но ссуд он не возвращает, а если расплатится с заимодавцами, у самого ничего не останется".
[7] Divitem illum putas quia aurea supellex etiam in via sequitur, quia in omnibus provinciis arat, quia magnus kalendari liber volvitur, quia tantum suburbani agri possidet quantum invidiose in desertis Apuliae possideret: cum omnia dixeris, pauper est. Quare? quia debet. 'Quantum?' inquis. Omnia; nisi forte iudicas interesse utrum aliquis ab homine an a fortuna mutuum sumpserit.	(7) Ты считаешь его богачом, потому что и в дороге у него с собою золотая посуда, потому что он пашет во всех провинциях, потому что книга со сроками ссуд у него толста, а земли под самым городом так много, что, имей он столько даже в пустынной Апулии, ему бы все равно завидовали. Ты все назвал, - а он беден. - "Почему?" - Потому что должен... - "Много ли?" Все. Или, по-твоему, есть разница, получил он взаймы от человека или от фортуны?
[8] Quid ad rem pertinent mulae saginatae unius omnes coloris? quid	(8) Важно ли, что мулы у него откормлены и все одной масти? Что

ista vehicula caelata?	повозка вся в резьбе? Что "крылоногие скакуны
Instratos ostro alipedes pictisque tapetis: aurea pectoribus demissa monilia pendent, tecti auro fulvum mandunt sub dentibus aurum.	В пестрых все чепраках и в пурпурных попонах узорных; Звонко бренчат у коней золотые подвески под грудью, В золоте сбруя у всех и в зубах удила золотые?" 8
Ista nec dominum meliorem possunt facere nec mulam.	От этого не станет лучше ни хозяин, ни мул.
[9] M. Cato Censorius, quem tam e re publica fuit nasci quam Scipionem (alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cum moribus gessit), cantherio vehebatur et hippoperis quidem inpositis, ut secum utilia portaret. O quam cuperem illi nunc occurrere aliquem ex his trossulis, in via divitibus, cursores et Numidas et multum ante se pulveris agentem! Hic sine dubio cultior comitatiorque quam M. Cato videretur, hic qui inter illos apparatus delicatos cum maxime dubitat utrum se ad gladium locet an ad cultrum.	(9) Марк Катон Цензор (его жизнь значила для государства не меньше, чем жизнь Сципиона: один вел войну с нашими врагами, другой - с нашими нравами) ездил на мерине, да еще вьючил его мешками вперемет, чтобы возить с собою пожитки. Как бы я хотел, чтобы он повстречал по дороге кого-нибудь из наших щеголей, что гонят перед собой скороходов, нумидийцев и столб пыли! Сомненья нет, он кажется изящнее Катона, и сопровождающих у него больше; но среди всей этой роскоши наш баловень не может решить, пойти ли ему внаймы к мечу или к рогатине4.
[10] O quantum erat saeculi decus, imperatorem, triumphalem, censorium, quod super omnia haec est, Catonem, uno caballo esse contentum et ne toto quidem; partem enim sarcinae ab utroque latere dependentes occupabant. Ita non omnibus obesis mannis et asturconibus et tolutariis praeferres unicum illum equum ab ipso Catone defrictum?	(10) До чего славный был век, когда справивший триумф полководец, бывший цензор, больше того - Катон довольствовался одной лошаденкой, да и ту делил с вьюками, свисавшими по обе стороны. И разве ты бы не предпочел всем раскормленным иноходцам, всем рысакам и скакунам одну эту лошадь, которой стер спину сам Катон?"
[11] Video non futurum finem in ista materia ullum nisi quem ipse mihi fecero. Hic itaque conticiscam, quantum ad ista quae sine dubio talia divinavit futura qualia nunc sunt qui primus appellavit 'inpedimenta'. Nunc volo paucissimas adhuc interrogationes nostrorum tibi reddere ad virtutem pertinentes, quam satisfacere vitae beatae contendimus.	(11) Но я вижу, предмет этот нескончаем, если только я сам не положу ему конец. Прекращаю говорить обо всем том, что он, без сомнения, угадывал в будущем и видел таким, каким оно и стало теперь, и что называл "обузой". А теперь я хочу привести тебе несколько - совсем немного! - . умозаключений, касающихся добродетели; с их помощью наши отстаивают мысль, что ее одной довольно для блаженной жизни.
[12] 'Quod bonum est bonos facit (nam et in arte musica quod bonum est facit	(12) "Всякое благо и само хорошо, и делает нас хорошими; так то хорошее,

musicum); fortuita bonum non faciunt; ergo non sunt bona.'	что есть в музыкальном искусстве, делает человека музыкантом. Случайное не делает нас хорошими, а значит, и само оно не благо". -
Adversus hoc sic respondent Peripatetici ut quod primum proponimus falsum esse dicant. 'Ab eo' inquiunt 'quod est bonum non utique fiunt boni. In musica est aliquid bonum tamquam tibia aut chorda aut organum aliquod aptatum ad usus canendi; nihil tamen horum facit musicum.'	Перипатетики на это отвечают, что наше первое положение неверно. "От того, что само по себе хорошо, не становятся непременно хорошими. В музыке бывают хороши и флейта, и струна, и всякое орудие, приспособленное, чтобы на нем играть; но ни одно из них не делает человека музыкантом". -
[13] His respondebimus, 'non intellegitis quomodo posuerimus quod bonum est in musica. Non enim id dicimus quod instruit musicum, sed quod facit: tu ad supellectilem artis, non ad artem venis. Si quid autem in ipsa arte musica bonum est, id utique musicum faciet.'	(13) На это мы ответим: вы не понимаете нашей посылки "то хорошее, что есть в музыке". Мы имеем в виду не то, что оснащает музыканта, а то, что его создает, ты же берешь утварь, потребную для искусства, а не само искусство. Если в самом музыкальном искусстве есть что хорошее, оно непременно сделает человека музыкантом.
[14] Etiamnunc facere istuc planius volo. Bonum in arte musica duobus modis dicitur, alterum quo effectus musici adiuvatur, alterum quo ars: ad effectum pertinent instrumenta, tibiae et organa et chordae, ad artem ipsam non pertinent. Est enim artifex etiam sine istis: uti forsitan non potest arte. Hoc non est aeque duplex in homine; idem enim est bonum et hominis et vitae.	(14) Я растолкую это еще яснее. О хорошем в музыкальном искусстве можно говорить двояко, имея в виду и то, что помогает работе музыканта, и то, что помогает самому искусству. Для работы нужны орудия и флейты, и органы, и струнные, не имеющие касательства к самому искусству. Ведь можно быть музыкантом и без них, хотя, пожалуй, и нельзя применить свое искусство. Но для человека этой двойственности нет: одно и то же есть благо и для него самого, и для жизни.
[15] 'Quod contemptissimo cuique contingere ac turpissimo potest bonum non est; opes autem et lenoni et lanistae contingunt; ergo non sunt bona.'	(15) "Что может достаться на долю человеку презренному и бесстыдному, не есть благо; богатства достаются и сводику, и ланисте5, значит, богатство не есть благо".
'Falsum est' inquiunt 'quod proponitis; nam et in grammatice et in arte medendi aut gubernandi videmus bona humillimis quibusque contingere.'	- "Ваше положение неверно, - скажут нам, - ведь и в грамматике, и во врачебном искусстве, и в ремесле кормчего хорошее достается порой, как мы видим, самым незаметным людям". -
[16] Sed istae artes non sunt magnitudinem animi professae, non consurgunt in altum nec fortuita	(16) Но эти искусства никому не сулят величия духа, они не стремятся ввысь, не гнушаются случайным. А

fastidiunt: virtus extollit hominem et super cara mortalibus conlocat; nec ea quae bona nec ea quae mala vocantur aut cupit nimis aut expavescit. Chelidon, unus ex Cleopatrae mollibus, atrimonium grande possedit. Nuper Natalis, tam inprobae linguae quam inpurae, in cuius ore feminae purgabantur, et multorum heres fuit et multos habuit heredes. Quid ergo? utrum illum pecunia inpurum effecit an ipse pecuniam inspurcavit? quae sic in quosdam homines quomodo denarius in cloacam cadit.	добродетель поднимает человека надо всем, что дорого смертным, и ни так называемых благ, ни так называемых бед он не жаждет и не страшится. Хелидон, один из любимчиков Клеопатры, владел огромными богатствами. Недавно Натал6, человек с языком столь же лживым, сколь и нечистым (женщины очищались прямо ему в рот), сам был наследником многих и оставил многим наследство. Что же, деньги сделали его нечистым, или он осквернил деньги, которые попадают некоторым людям, словно золотой в выгребную яму?
[17] Virtus super ista consistit; suo aere censetur; nihil ex istis quolibet incurrentibus bonum iudicat. Medicina et gubernatio non interdicit sibi ac suis admiratione talium rerum; qui non est vir bonus potest nihilominus medicus esse, potest gubernator, potest grammaticus tam mehercules quam cocus. Cui contingit habere rem non quamlibet, hunc non quemlibet dixeris; qualia quisque habet, talis est.	(17) Добродетель стоит выше этого; ее ценят не по заемному достоянию, и сама она не сочтет благом то, что достается всякому. А вот искусство врачеванья или вождения кораблей восхищаться такими вещами не запрещает. Можно не быть человеком добра - и быть врачом, быть кормчим, быть грамматиком и, право, не хуже, чем поваром. Кому досталось иметь что-нибудь одно, того ты не назовешь кем угодно. Кто чем владеет, таков и он сам.
[18] Fiscus tanti est quantum habet; immo in accessionem eius venit quod habet. Quis pleno sacculo ullum pretium ponit nisi quod pecuniae in eo conditae numerus effecit? Idem evenit magnorum dominis patrimoniorum: accessiones illorum et appendices sunt. Quare ergo sapiens magnus est? quia magnum animum habet. Verum est ergo quod contemptissimo cuique contingit bonum non esse.	(18) Денежный ящик стоит столько, сколько в нем лежит, а сам идет только в придачу к тому, что в нем лежит. Кто ценит полную мошну выше того, чего стоят спрятанные в ней деньги? То же самое - и владельцы больших богатств: они идут только в придачу и в прибавку к этим богатствам. Чем велик мудрец? Величием духа. Значит, это сказано верно: "что достается и человеку презренному, то не благо".
[19] Itaque indolentiam numquam bonum dicam:habet illam cicada, habet pulex. Ne quietem quidem et molestia vacare bonum dicam: quid est otiosius verme? Quaeris quae res sapientem faciat? quae deum. Des oportet illi divinum aliquid, caeleste, magnificum: non in omnes bonum cadit nec quemlibet possessorem patitur.	(19) Я никогда не соглашусь, что не знать боли - благо: боли не ведает цикада, не ведает блоха. Не признаю я благом покой и отсутствие тягот: кто так же празден, как червь? Ты спросишь, что делает человека мудрым? То же, что бога - богом. Дай ему нечто божественное, небесное, величавое. Благо достается не каждому, и не каждого владельца потерпит.

[20] Vide	(20) Взгляни,
et quid quaeque ferat regio et quid quaeque recuset: hic segetes, illic veniunt felicius uvae, arborei fetus alibi atque iniussa virescunt gramina. Nonne vides, croceos ut Tmolus odores, India mittit ebur, molles sua tura Sabaei, at Chalybes nudi ferrum?	Что тут земля принесет и в чем земледельцу откажет: Здесь счастливее хлеб, а здесь виноград уродится. Здесь плодам хорошо, а там зеленеет, не сеян, Луг. Не знаешь ли сам, что Тмол ароматы шафрана Шлет, а Индия - кость, сабен же изнеженный - ладан, Голый халиб - железо. . 7
[21] Ista in regiones discripta sunt, ut necessarium mortalibus esset inter ipsos commercium, si invicem alius aliquid ab alio peteret. Summum illud bonum habet et ipsum suam sedem; non nascitur ubi ebur, nec ubi ferrum. Quis sit summi boni locus quaeris? animus. Hic nisi purus ac sanctus est, deum non capit.	(21) Все это поделено между разными краями, дабы необходим был обмен между смертными, дабы они стремились что-либо друг у друга получить. И высшее благо имеет свое место; оно родится не там, где слоновая кость, не там, где железо. Ты спросишь, где обиталище высшего блага? В душе! Но и она, если не будет чистой и незапятнанной, не примет в себя бога!
[22] 'Bonum ex malo non fit; divitiae [autem fiunt] fiunt autem ex avaritia; divitiae ergo non sunt bonum.' 'Non est' inquit 'verum, bonum ex malo non nasci; ex sacrilegio enim et furto pecunia nascitur. Itaque malum quidem est sacrilegium et furtum, sed ideo quia plura mala facit quam bona; dat enim lucrum, sed cum metu, sollicitudine, tormentis et animi et corporis.'	(22) "Благо не рождается из зла; а богатства рождаются от скупости; значит, богатства - не благо". - Нам говорят, что неверно, будто добро не возникает из зла: ведь святотатством и кражей добываются деньги. И святотатство, и кража - зло, конечно, но лишь постольку, поскольку из них получается больше зла, чем блага; они приносят прибыль, но с нею страх, тревогу, душевные и телесные муки.
[23] Quisquis hoc dicit, necesse est recipiat sacrilegium, sicut malum sit quia multa mala facit, ita bonum quoque ex aliqua parte esse, quia aliquid boni facit: quo quid fieri portentuosius potest? Quamquam sacrilegium, furtum, adulterium inter bona haberi prorsus persuasimus. Quam multi furto non erubescunt, quam multi adulterio gloriantur! nam sacrilegia minuta puniuntur, magna in triumphis feruntur.	(23) Кто так говорит, тот пусть непременно признает, что святотатство - и зло, так как приносит много зла, и благо, хотя бы отчасти, потому что приносит и кое-что хорошее. Может ли быть что чудовищнее? Впрочем, мы-то убедились, что и святотатство, и кража, и прелюбодейство теперь считаются за благо. Сколько людей не краснеет, украв, сколько хвастается прелюбодеянием? За мелкие святотатства наказывают, за крупные награждают триумфом.
[24] Adice nunc quod sacrilegium, si omnino ex aliqua parte bonum est, etiam honestum erit et recte factum vocabitur, ~nostra enim actio est~ quod nullius mortalium cogitatio	(24) Подумай еще и о том, что святотатство, если оно благо хотя бы отчасти, придется признать честным и назвать правильным: ведь у нас это дело обычное, хотя никто из смертных

recipit. Ergo bona nasci ex malo non possunt. Nam si, ut dicitis, ob hoc unum sacrilegium malum est, quia multum mali adfert, si remiseris illi supplicia, si securitatem sponderis, ex toto bonum erit. Atqui maximum scelerum supplicium in ipsis est.	и мысли такой не допускает. Значит, благо не может родиться от зла. А если святотатство, как вы говорите, есть зло только потому, что влечет за собою много зла, то отмените наказанье, пообещайте безопасность - и оно станет благом сполна. Между тем наказанье за великие злодейства - в них самих.
[25] Erras, inquam, si illa ad carnificem aut carcerem differs: statim puniuntur cum facta sunt, immo dum fiunt. Non nascitur itaque ex malo bonum, non magis quam ficus ex olea: ad semen nata respondent, bona degenerare non possunt. Quemadmodum ex turpi honestum non nascitur, ita ne ex malo quidem bonum; nam idem est honestum et bonum.	(25) Повторяю, ты заблуждаешься, откладывая кару до тюрьмы, до палача: она начинается, едва злодейство совершено, даже покуда совершается. Благо так же не родится от зла, как смоква - от оливы. Каково семя, таковы и плоды: хорошие выродиться не могут. Как из постыдного не родиться честному, так и благу из зла: ведь честное и благое - одно и то же.
[26] Quidam ex nostris adversus hoc sic respondent: 'putemus pecuniam bonum esse undecumque sumptam; non tamen ideo ex sacrilegio pecunia est, etiam si ex sacrilegio sumitur. Hoc sic intellege. In eadem urna et aurum est et vipera: si aurum ex urna sustuleris, non ideo sustuleris quia illic et vipera est; non ideo, inquam, mihi urna aurum dat quia viperam habet, sed aurum dat, cum et viperam habeat. Eodem modo ex sacrilegio lucrum fit, non quia turpe et sceleratum est sacrilegium, sed quia et lucrum habet. Quemadmodum in illa urna vipera malum est, non aurum quod cum vipera iacet, sic in sacrilegio malum est scelus, non lucrum.'	(26) Один из наших отвечал так: "Предположим, что деньги - благо, откуда бы их ни взять; тогда деньги, пусть даже добытые святотатством, непричастны святотатству. Понимай это так: в одном сосуде находятся и золото, и гадюка; ты вынешь золото из сосуда, потому что в нем гадюка, но сосуд не потому дает золото, что в нем гадюка, а несмотря на то, что в нем гадюка. Точно так же и святотатство приносит прибыль не потому, что святотатство это позорно и преступно, а потому, что в нем заключена и прибыль. Как в названном сосуде зло - это гадюка, а не золото, так и в святотатстве зло - это преступленье, а не прибыль". -
[27] A quibus [dissentio]; dissimillima enim utriusquerei condicio est. Illic aurum possum sine vipera tollere, hic lucrum sine sacrilegio facere non possum; lucrum istud non est adpositum sceleri sed inmixtum.	(27). Но я не согласен: ведь тут и там дело обстоит по-разному. Там я могу извлечь золото без гадюки, а здесь мне не получить прибыли без святотатства. Прибыль здесь не рядом со злодеянием, а вперемешку с ним. -
[28] 'Quod dum consequi volumus in multa mala incidimus, id bonum non est; dum divitias autem consequi volumus, in multa mala incidimus; ergo divitiae bonum non sunt.'	(28) "Если в погоне за чем-нибудь мы то и дело попадаем в беду, то предмет наших желаний не благо; а в погоне за богатством мы то и дело попадаем в беду - значит, богатство не есть благо".
'Duas' inquit 'significationes habet	- Нам говорят: "Ваше положение

propositio vestra: unam, dum divitias consequi volumus, in multa nos mala incidere. In multa autem mala incidimus et dum virtutem consequi volumus: aliquis dum navigat studii causa, naufragium fecit, aliquis captus est.	утверждает две вещи. Первая - что в погоне за богатствами мы то и дело попадаем в беду. Но то и дело попадаем мы в беду и в погоне за добродетелью. Человек путешествует по морю ради образованья - и терпит крушенье или попадает в плен.
[29] Altera significatio talis est: per quod in mala incidimus bonum non est. Huic propositioni non erit consequens per divitias nos aut per voluptates in mala incidere; aut si per divitias in multa mala incidimus, non tantum bonum non sunt divitiae sed malum sunt; vos autem illas dicitis tantum bonum non esse. Praeterea' inquit 'conceditis divitias habere aliquid usus: inter commoda illas numeratis. Atqui eadem ratione [ne] commodum quidem erunt; per illas enim multa nobis incommoda eveniunt.'	(29) Другое утвержденье такое: "То, из-за чего мы попадаем в беду, не есть благо". Но из него вовсе не следует, что мы попадаем в беду лишь из-за бо гатств или наслаждений. Если же именно из-за богатства мы то и дело попадаем в беду, оно не только не благо, но и зло, вы же о нем говорите только, что оно не есть благо. Кроме того, вы даже признаете, что богатство не совсем бесполезно, причисляете его к удобствам, тогда как по вашему рассуждению выходит, что оно и удобством не будет - столько у нас через него неприятностей". -
[30] His quidam hoc respondent: 'erratis, qui incommoda divitis inputatis. Illae neminem laedunt: aut sua nocet cuique stultitia aut aliena nequitia, sic quemadmodum gladius neminem occidit: occidentis telum est. Non ideo divitiae tibi nocent si propter divitias tibi nocetur.'	(30) На это дан был такой ответ: "Вы ошибаетесь, относя неприятности на счет богатства. Оно никому не делает зла: каждому вредит либо собственная глупость, либо чужая подлость. Так сам меч никого не убивает, но служит оружием убийце. Если из-за богатств тебе повредили, это не значит, что повредили тебе богатства".
[31] Posidonius, ut ego existimo, melius, qui ait divitias esse causam malorum, non quia ipsae faciunt aliquid, sed quia facturos inritant. Alia est enim causa efficiens, quae protinus necessest noceat, alia praecedens. Hanc praecedentem causam divitiae habent: inflant animos, superbiam pariunt, invidiam contrahunt, et usque eo mentem alienant ut fama pecuniae nos etiam nocitura delectet.	(31) Посидоний (по-моему, он!) говорит лучше: "Богатство - причина бед не потому, что само оно что-нибудь делает, а потому, что подстрекает сделать". Есть действующая причина, которая не может не вредить сама по себе, и есть причина предшествующая; вот предшествующая-то причина и заключена в богатствах. Они делают душу кичливой, порождают спесь, навлекают зависть, до того исступляют ум, что молва о наших деньгах, пусть и опасная, приятна нам.
[32] Bona autem omnia carere culpa decet; pura sunt, non corrumpunt animos, non sollicitant; extollunt quidem et dilatant, sed sine tumore. Quae bona sunt fiduciam faciunt, divitiae audaciam; quae bona sunt	(32) А благу подобает быть свободным от всякой вины; оно не развращает душу, не будоражит, а если поднимает и делает шире, то без надменности. Что благо, то дает уверенность, а богатство - лишь дерзость; что благо,

magnitudinem animi dant, divitiae insolentiam. Nihil autem aliud est insolentia quam species magnitudinis falsa.	то дает величие духа, а богатства - лишь наглость. Ведь наглость не что иное, как ложный призрак величия. -
[33] 'Isto modo' inquit 'etiam malum sunt divitiae, non tantum bonum non sunt.' Essent malum si ipsae nocerent, si, ut dixi, haberent efficientem causam: nunc praecedentem habent et quidem non inritantem tantum animos sed adtrahentem; speciem enim boni offundunt veri similem ac plerisque credibilem.	(33) "Так получается, что богатство не только не благо, но и зло". - Оно было бы злом, если бы вредило само по себе, то есть, как я сказал, было бы действующей причиной; в нем же заключена лишь предшествующая причина, и не только подстрекающая души, но и приманивающая. Ведь богатство являет некий образ блага, столь правдоподобный, что большинство людей ему верят.
[34] Habet virtus quoque praecedentem causam ad invidiam; multis enim propter sapientiam, multis propter iustitiam invidetur. Sed nec ex se hanc causam habet nec veri similem; contra enim veri similior illa species hominum animis obicitur a virtute, quae illos in amorem et admirationem vocet.	(34) В добродетели тоже заключена предшествующая причина, вызывающая зависть, - ведь многим завидуют за их мудрость, многим - за их справедливость; но причина эта не заключена в добродетели как таковой и лишена правдоподобья. Зато намного более правдоподобен тот образ, что добродетель посылает в души людей, побуждая их любить ее и чтить.
[35] Posidonius sic interrogandum ait: 'quae neque magnitudinem animo dant nec fiduciam nec securitatem non sunt bona; divitiae autem et bona valetudo et similia his nihil horum faciunt; ergo non sunt bona'. Hanc interrogationem magis etiamnunc hoc modo intendit: 'quae neque magnitudinem animo dant nec fiduciam nec securitatem, contra autem insolentiam, tumorem, arrogantiam creant, mala sunt; a fortuitis autem in haec inpellimur; ergo non sunt bona'.	(35) Посидоний говорит, что умозаключение должно быть таким: "То, что не дает душе ни величья, ни уверенности, ни безмятежности, не есть благо; а богатство, крепкое здоровье и прочие подобные вещи ничего такого не дают и, значит, не могут быть благами". То же умозаключенье Посидоний излагает еще резче: "То, что не дает душе ни величья, ни уверенности, ни безмятежности, а, напротив, делает ее наглой, спесивой и надменной, есть зло; случайное же толкает душу к этим порокам; значит, случайное не может быть благом". -
[36] 'Hac' inquit 'ratione ne commoda quidem ista erunt.' Alia est commodorum condicio, alia bonorum: commodum est quod plus usus habet quam molestiae; bonum sincerum esse debet et ab omni parte innoxium. Non est id bonum quod plus prodest, sed quod tantum prodest.	(36) "Но если так рассуждать, то оно не будет и удобством". - Одно дело удобство, другое благо. Удобство есть то, в чем больше пользы, чем тягости; благо должно быть неподдельным и совершенно безвредным. Благо - не то, что по большей части полезно, а то, что только полезно.
[37] Praeterea commodumet ad	(37) Удобства, кроме того, могут

animalia pertinet et ad inperfectos homines et ad stultos. Itaque potest ei esse incommodum mixtum, sed commodum dicitur a maiore sui parte aestimatum: bonum ad unum sapientem pertinet; inviolatum esse oportet.	доставаться и животным, и людям несовершенным и глупым. С ними могут быть перемешаны и неприятности, однако они зовутся удобствами, оцениваемые по тому, чего в них больше. Благо достается на долю одному мудрецу и должно быть без изъяна.
[38] Bonum animum habe: unus tibi nodus, sed Herculaneus restat: 'ex malis bonum non fit; ex multis paupertatibus divitiae fiunt; ergo divitiae bonum non sunt'.	(38) Теперь наберись мужества! Тебе остался один узел - но узел Геркулесов. "Из зол не возникает благо; но из многих бедностей возникает богатство; значит, богатство не есть благо".
Hanc interrogationem nostri non agnoscunt, Peripatetici et fingunt illam et solvunt. Ait autem Posidonius hoc sophisma, per omnes dialecticorum scholas iactatum, sic ab Antipatro refelli:	- Этого умозаключенья наши не признают; оно придумано перипатетиками, и они же его разрешают. По словам Посидония, Антипатр8 так опровергал этот софизм, затасканный по всем школам диалектиков:
[39] 'paupertas non per possessionem dicitur, sed per detractionem' (vel, ut antiqui dixerunt, orbationem; Graeci kata steresin dicunt); 'non quod habeat dicit, sed quod non habeat. Itaque ex multis inanibus nihil impleri potest: divitias multae res faciunt, non multae inopiae. Aliter' inquit 'quam debes paupertatem intellegis. Paupertas enim est non quae pauca possidet, sed quae multa non possidet; ita non ab eo dicitur quod habet, sed ab eo quod ei deest.'	(39) "Говоря "бедность", имеют в виду не наличие, а отсутствие, или, как говорили в старину, небытность (греки тоже говорят ^лт-л a-cspTpiv), - не то, что есть, а то, чего нет. Из многих пустых кувшинов ничего не наполнишь. Богатства составляются из многих вещей, а не из многих нехваток. Ты понимаешь бедность не так, как должно. Быть бедным не значит иметь мало, а значит многого не иметь. И обязан человек этим именем не тому, что у него есть, а тому, чего ему не хватает".
[40] Facilius quod volo exprimerem, si Latinum verbum esset quo anuparxia significaretur. Hanc paupertati Antipater adsignat: ego non video quid aliud sit paupertas quam parvi possessio. De isto videbimus, si quando valde vacabit, quae sit divitiarum, quae paupertatis substantia; sed tunc quoque considerabimus numquid satius sit paupertatem permulcere, divitiis demere supercilium quam litigare de verbis, quasi iam de rebus iudicatum sit.	(40) Мне было бы легче выразить то, что я хочу, если бы было латинское слово, обозначающее (Ху'лтохр1кх. Его-то Антипатр и применяет к бедности. - А на мой взгляд, бедность - не что иное, как скудость достояния. - В чем сущность бедности и богатства, мы разберемся, когда у нас будет много лишнего времени; но и тогда мы поглядим, не лучше ли было бы сделать бедность не такой горькой, а богатство - не таким кичливым, чем вести тяжбу о словах, - как будто о предметах уже вынесено суждение.
[41] Putemus nos ad contionem vocatos: lex de abolendis divitis fertur.	(41) Представим себе, что нас позвали на сходку народа. Внесен закон об

His interrogationibus suasuri aut dissuasuri sumus? his effecturi ut populus Romanus paupertatem, fundamentum et causam imperii sui, requirat ac laudet, divitias autem suas timeat, ut cogitet has se apud victos repperisse, hinc ambitum et largitiones et tumultus in urbem sanctissimam temperatissimam inrupisse, nimis luxuriose ostentari gentium spolia, quod unus populus eripuerit omnibus facilius ab omnibus uni eripi posse? Haec satius est suadere, et expugnare adfectus, non circumscribere. Si possumus, fortius loquamur; si minus, apertius. Vale.	упразднении богатств. Неужто мы будем убеждать или разубеждать толпу такими умозаключеньями? Неужели с их помощью добьемся мы того, что римляне вновь устремятся к бедности и восхвалят ее, опору и зиждущую силу своей державы? Что они устрашатся своих богатств, вспомнят, что нашли их у побежденных, откуда и проникли в незапятнанный, славный воздержностью город подкупы, и раздачи, и мятежи? Что с чрезмерной страстью к роскоши стали они выставлять напоказ добытое у многих племен? Что отнятое одним народом у всех еще легче может быть отнято всеми у одного? Лучше убедить в этом и изгонять страсти, чем определять их. Если нам под силу, будем говорить храбро, если нет, то хоть откровенно. Будь здоров.

LXXXVIII

[1] De liberalibus studiis quid sentiam scire desideras: nullum suspicio, nullum in bonis numero quod ad aes exit. Meritoria artificia sunt, hactenus utilia si praeparant ingenium, non detinent. Tamdiu enim istis inmorandum est quamdiu nihil animus agere maius potest; rudimenta sunt nostra, non opera.	(1) Ты желаешь знать, что я думаю о свободных науках и искусствах. Ни одно из них я не уважаю, ни одно не считаю благом, если плод его деньги. Тогда они - продажные ремесла и хороши до тех пор, пока подготавливают ум, не удерживая его дольше. На них следует задержаться, лишь покуда душа не в силах заняться ничем важнее; они - наше ученье, а не наша работа.
[2] Quare liberalia studia dicta sint vides: quia homine libero digna sunt. Ceterum unum studium vere liberale est quod liberum facit, hoc est sapientiae, sublime, forte, magnanimum: cetera pusilla et puerilia sunt. An tu quicquam in istis esse credis boni quorum professores turpissimos omnium ac flagitiosissimos cernis? Non discere debemus ista, sed didicisse.	(2) Почему они названы свободными, ты видишь сам: потому что они достойны свободного человека. Впрочем, есть только одно подлинное свободное искусство - то, что дает свободу: мудрость, самое высокое, мужественное и благородное из них, а все прочие - пустяки, годные для детей. Неужто ты веришь, будто в них есть какое-то благо, хотя сам видишь, что нет людей ниже и порочнее их учителей? Все эти вещи нужно не все время учить, а однажды выучить.
Quidam illud de liberalibus studiis quaerendum iudicaverunt, an virum	Некоторые полагали нужным разобраться, можно ли благодаря

bonum facerent: ne promittunt quidem nec huius rei scientiam adfectant.	свободным искусствам и наукам стать человеком добра. Но они и не сулят этого, и даже не притворяются, будто знают такое!
[3] Grammatice circa curam sermonis versatur et, si latius evagari vult, circa historias, iam ut longissime fines suos proferat, circa carmina. Quid horum ad virtutem viam sternit? Syllabarum enarratio et verborum diligentia et fabularum memoria et versuum lex ac modificatio -- quid ex his metum demit, cupiditatem eximit, libidinem frenat?	(3) Грамматик хлопочет только о нашем уменье говорить, а пожелай он пойти дальше, - займется историей или стихами, если раздвинет свои границы так, что шире некуда. Но пролагается ли дорога к добродетели объясненьем слогов, тщательностью в выборе слов, запоминаньем драм, правил стихосложенья, разновидностей строк? Это ли избавляет нас от боязни, искореняет алчность, обуздывает похоть? Перейдем к геометрии, к музыке: и в них ты не найдешь ничего такого, что наложило бы запрет на страх или алчность. А кому он неведом, для того все знания тщетны.
[4] Ad geometriam transeamus et ad musicen: nihil apud illas invenies quod vetet timere, vetet cupere. Quae quisquis ignorat, alia frustra scit.	(4) Нужно посмотреть, учат ли эти наставники добродетели; если не учат, то им нечего преподать; если учат, то они философы.
* * * utrum doceant isti virtutem an non: si non docent, ne tradunt quidem; si docent, philosophi sunt. Vis scire quam non ad docendam virtutem consederint? aspice quam dissimilia inter se omnium studia sint: atqui similitudo esset idem docentium.	Ты хочешь убедиться, что они на уроках и не думают учить добродетели? Взгляни, до чего ученье каждого не похоже на ученья остальных! А учи они одному и тому же, разнобоя бы не было.
[5] Nisi forte tibi Homerum philosophum fuisse persuadent, cum his ipsis quibus colligunt negent; nam modo Stoicum illum faciunt, virtutem solam probantem et voluptates refugientem et ab honesto ne inmortalitatis quidem pretio recedentem, modo Epicureum, laudantem statum quietae civitatis et inter convivia cantusque vitam exigentis, modo Peripateticum, tria bonorum genera inducentem, modo Academicum, omnia incerta dicentem. Apparet nihil horum esse in illo, quia omnia sunt; ista enim inter se dissident. Demus illis Homerum philosophum fuisse: nempe sapiens factus est antequam carmina ulla cognosceret; ergo illa discamus quae	(5) Они бы тебя убедили даже в том, что Гомер был философом, если бы не опровергали этого своими же доводами. Ведь они превращают его то в стоика, одобряющего только добродетель и бегущего наслаждений, от честности не отступающего даже ради бессмертия; то в эпикурейца, восхваляющего покой в государстве, проводящего жизнь в пирах и песнях; то в перипатетика, устанавливающего три рода благ; то в академика, твердящего, что нет ничего достоверного'. Ясно, что ничего такого у него нет, раз есть все разом, - потому что учения эти между собою не совместимы. Но уступим им Гомера-философа. Он, видимо, стал мудрецом до того, как узнал о стихах; будем же и

Homerum fecere sapientem.	мы лучше учиться тому, что сделало Гомера мудрецом.
[6] Hoc quidem me quaerere, uter maioraetate fuerit, Homerus an Hesiodus, non magis ad rem pertinet quam scire, cum minor Hecuba fuerit quam Helena, quare tam male tulerit aetatem. Quid, inquam, annos Patrocli et Achillis inquirere ad rem existimas pertinere?	(6) А спрашивать у меня, кто был старше - Гомер или Гесиод, такое же пустое дело, как разузнавать, почему Гекуба, хотя и была младше Елены2, выглядела старой не по возрасту. И не пустое ли, по-твоему, дело - исследовать возраст Патрокла и Ахилла?
[7] Quaeris Ulixes ubi erraverit potius quam efficias ne nos semper erremus? Non vacat audire utrum inter Italiam et Siciliam iactatus sit an extra notum nobis orbem (neque enim potuit in tam angusto error esse tam longus): tempestates nos animi cotidie iactant et nequitia in omnia Ulixis mala inpellit. Non deest forma quae sollicitet oculos, non hostis; hinc monstra effera et humano cruore gaudentia, hinc insidiosa blandimenta aurium, hinc naufragia et tot varietates malorum. Hoc me doce, quomodo patriam amem, quomodo uxorem, quomodo patrem, quomodo ad haec tam honesta vel naufragus navigem.	(7) Будешь ли ты доискиваться, где блуждал Улисс, вместо того чтобы положить конец собственным заблуждениям? Нет времени слушать, носило ли его между Италией и Сицилией или за пределами известного нам мира. Да и не мог он на таком малом пространстве скитаться так долго. Душевные бури швыряют нас ежедневно, из-за собственной негодности мы терпим все Улиссовы беды. И красота прельщает наше зренье, и враг грозит; здесь - свирепые чудовища, лакомые до человеческой крови, там - коварный соблазн, привлекающий слух, и все разнообразье бед. Научи меня, как любить родину, жену, отца, как плыть к этой столь честной цели даже после кораблекрушенья.
[8] Quid inquiris an Penelopa inpudica fuerit, an verba saeculo suo dederit? an Ulixem illum esse quem videbat, antequam sciret, suspicata sit? Doce me quid sit pudicitia et quantum in ea bonum, in corpore an in animo posita sit.	(8) Зачем ты доискиваешься, была ли Пенелопа вправду целомудренна3, или обманула свой век? Подозревала ли она, что видит Улисса еще прежде, чем узнала наверное? Лучше объясни мне, что такое целомудрие, и какое в нем благо, и в чем оно заключено - в теле или в душе?
[9] Ad musicum transeo. Doces me quomodo inter se acutae ac graves consonent, quomodo nervorum disparem reddentium sonum fiat concordia: fac potius quomodo animus secum meus consonet nec consilia mea discrepent. Monstras mihi qui sint modi flebiles: monstra potius quomodo inter adversa non emittam flebilem vocem.	(9) Перейду к музыке. Ты учишь меня, как согласуются между собою высокие и низкие голоса, как возникает стройность, хотя струны издают разные звуки. Сделай лучше так, чтобы в душе моей было согласие и мои помыслы не расходились между собою! Ты показываешь мне, какие лады звучат жалобно; покажи лучше, как мне среди превратностей не проронить ни звука жалобы!
[10] Metiri me geometres docet	(10) Геометрия учит меня измерять

latifundia potius quam doceat quomodo metiar quantum homini satis sit; numerare docet me et avaritiae commodat digitos potius quam doceat nihil ad rem pertinere istas conputationes, non esse feliciorem cuius patrimonium tabularios lassat, immo quam supervacua possideat qui infelicissimus futurus est si quantum habeat per se conputare cogetur.	мои владенья; пусть лучше объяснит, как мне измерить, сколько земли нужно человеку! Она учит меня считать, приспособив пальцы на службу скупости; пусть лучше объяснит, какое пустое дело эти подсчеты! Тот, чья казна утомляет счетоводов, не счастливее других; наоборот, как был бы несчастен владелец лишнего имущества, если бы его самого принудили сосчитать, сколько ему принадлежит!
[11] Quid mihi prodest scire agellum in partes dividere, si nescio cum fratre dividere? Quid prodest colligere subtiliter pedes iugeri et conprendere etiam si quid decempedam effugit, si tristem me facit vicinus inpotens et aliquid ex meo abradens? Docet quomodo nihil perdam ex finibus meis: at ego discere volo quomodo totos hilaris amittam. 'Paterno agro et avito' inquit 'expellor.'	(11) Какая мне польза в умении разделить поле, если я не могу разделиться с братом? Какая мне польза до тонкости подсчитать в югере каждый фут и не упустить ни одного, ускользнувшего от межевой меры, если я только огорчусь, узнав, что сильный сосед отжилил у меня кусок поля? Меня учат, как не потерять ничего из моих владений, а я хочу научиться, как остаться веселым, утратив все. -
[12] Quid? ante avum tuum quis istum agrum tenuit? cuius, non dico hominis, sed populi fuerit potes expedire? Non dominus isto, sed colonus intrasti. Cuius colonus es? si bene tecum agitur, heredis. Negant iurisconsulti quicquam usu capi publicum: hoc quod tenes, quod tuum dicis, publicum est et quidem generis humani.	(12) "Но меня выживают с отцовского, с дедовского поля!" - А до твоего деда чье это поле было? Можешь ты объяснить, какому оно принадлежало - пусть не человеку, а племени? Ты пришел сюда не хозяином, а поселенцем. На чьей земле ты поселенец? Если все будет с тобою благополучно, - у собственного наследника. Правоведы утверждают, что общественное достояние не присваивается за давностью владения; а то, что ты занял, то, что называешь своим, - общее достояние и принадлежит всему роду человеческому.
[13] O egregiam artem! scis rotunda metiri, in quadratum redigis quamcumque acceperis formam, intervalla siderum dicis, nihil est quod in mensuram tuam non cadat: si artifex es, metire hominis animum, dic quam magnus sit, dic quam pusillus sit. Scis quae recta sit linea: quid tibi prodest, si quid in vita rectum sit ignoras?	(13) Замечательная наука! Ты умеешь измерить круг, привести к квадрату любую фигуру, какую видишь, называешь расстоянья между звездами, нет в мире ничего, что не поддалось бы твоим измереньям. Но если ты такой знаток, измерь человеческую душу! Скажи, велика она или ничтожна! Ты знаешь, какая из линий прямая; для чего тебе это, если в жизни ты не знаешь прямого пути?

[14] Venio nunc ad illum qui caelestium notitia gloriatur:	(14) Перейду к той науке, которая похваляется знанием неба, которой известно,
frigida Saturni sese quo stella receptet, *quos ignis caeli Cyllenius erret in orbes.*	*Отходит куда Сатурна звезда ледяная* *И по каким из кругов вращается пламень Килленца*
Hoc scire quid proderit? ut sollicitus sim cum Saturnus et Mars ex contrario stabunt aut cum Mercurius vespertinum faciet occasum vidente Saturno, potius quam hoc discam, ubicumque sunt ista, propitia esse nec posse mutari?	Для чего нам это знание? Чтобы тревожиться, когда Сатурн и Марс окажутся в противостоянии или когда Меркурий зайдет вечером на виду у Сатурна? Лучше мне заучить, что они, где бы ни были, всегда благоприятны и не могут измениться.
[15] Agit illa continuus ordo fatorum et inevitabilis cursus; per statas vices remeant et effectus rerum omnium aut movent aut notant. Sed sive quidquid evenit faciunt, quid inmutabilis rei notitia proficiet? sive significant, quid refert providere quod effugere non possis? Scias ista, nescias: fient.	(15) Их ведет по непреложным путям извечный порядок судеб, они движутся по установленной череде смен и либо управляют всеми событиями, либо предвещают их исход. Но если в них причина всего, что бы ни случилось, какой толк знать то, чего нельзя изменить? А если они все предуказывают, - какая польза в предвиденье неизбежного? Знай, не знай, - все равно случится.
[16]Si vero solem ad rapidum stellasque sequentes *ordine respicies, numquam te crastina fallet* *hora, nec insidiis noctis capiere serenae.*	*(16)Если ты будешь следить за солнечным зноем и сменой* *Лун, чередой проходящих, тебя никогда не обманет* *Завтрашний день, не введут в заблужденье прозрачные ночи.*
Satis abundeque provisum est ut ab insidiis tutus essem.	Но и так все в достаточной мере и сверх нее предусмотрено, чтобы я был застрахован от козней. -
[17] 'Numquid me crastina non fallit hora? fallit enim quod nescienti evenit.' Ego quid futurum sit nescio: quid fieri possit scio. Ex hoc nihil deprecabor, totum expecto: si quid remittitur, boni consulo. Fallit me hora si parcit, sed ne sic quidem fallit. Nam quemadmodum scio omnia accidere posse, sic scio et non utique casura; itaque secunda expecto, malis paratus sum.	(17) "Разве не обманет меня наступающий час? Ведь обманывает все, что застигает врасплох ничего не ведающего". 'Что будет, я не ведаю, а что может быть, - знаю. И ничто не приведет меня в отчаянье, ибо, я жду всего, а если что меня минует, я считаю это за удачу. Наступающий час обманет меня, если пощадит; да и этим не обманет: ведь если я знаю, что все может случиться, то знаю также, что не все случится непременно. Потому я жду удачи, но готов и к бедам.
[18] In illo feras me necesse est non per praescriptum euntem; non enim adducor ut in numerum liberalium	(18) Тебе придется смириться, если я тут сойду с предписанного тобою пути. Ведь ты не заставишь меня отнести к

artium pictores recipiam, non magis quam statuarios aut marmorarios aut ceteros luxuriae ministros. Aeque luctatores et totam oleo ac luto constantem scientiam expello ex his studiis liberalibus; aut et unguentarios recipiam et cocos et ceteros voluptatibus nostris ingenia accommodantes sua.	свободным искусствам то, чем занимаются живописцы или же ваятели, мраморщики и другие прислужники роскоши. И борцов, у которых вся наука - масло да пыль, я изгоняю из числа тех, кто занят свободными искусствами, - не то мне придется принять туда и составителей мазей, и поваров, и всех прочих, приспособивших свой ум к нашим наслажденьям.
[19] Quid enim, oro te, liberale habent isti ieiuni vomitores, quorum corpora in sagina, animi in macie et veterno sunt? An liberale studium istuc esse iuventuti nostrae credimus, quam maiores nostri rectam exercuerunt hastilia iacere, sudem torquere, equum agitare, arma tractare? Nihil liberos suos docebant quod discendum esset iacentibus. Sed nec hae nec illae docent aluntve virtutem; quid enim prodest equum regere et cursum eius freno temperare, adfectibus effrenatissimis abstrahi? quid prodest multos vincere luctatione vel caestu, ab iracundia vinci?	(19) Скажи мне, прошу, что общего со свободой имеют эти блюющие натощак толстяки с ожиревшим телом и отощавшей, одряхлевшей душою? И неужто мы будем считать свободным искусством все, в чем упражнялась, не присев, молодежь во времена наших предков: метанье копья, удары колом, верховая езда, владенье мечом? Они не учили детей тому, чему учатся, не двигаясь. Но ни то, ни другое не учит добродетели и не вскармливает ее. Что толку править конем и удерживать его бег уздою, покуда тебя самого несут необузданные страсти? Что толку побеждать в борьбе и в кулачном бою, когда тебя самого побеждает гнев? -
[20] 'Quid ergo? nihil nobis liberalia conferunt studia?' Ad alia multum, ad virtutem nihil; nam et hae viles ex professo artes quae manu constant ad instrumenta vitae plurimum conferunt, tamen ad virtutem non pertinent. 'Quare ergo liberalibus studiis filios erudimus?' Non quia virtutem dare possunt, sed quia animum ad accipiendam virtutem praeparant. Quemadmodum prima illa, ut antiqui vocabant, litteratura, per quam pueris elementa traduntur, non docet liberales artes sed mox percipiendis locum parat, sic liberales artes non perducunt animum ad virtutem sed expediunt.	(20) "Так что же, свободные искусства и науки ничего не дают нам?" - Дают, и много, но не для добродетели. Ведь и те ручные ремесла, что всеми признаны за низкие, оснащают жизнь многим, но к добродетели не имеют касательства. - "Для чего же мы образовываем сыновей, обучая их свободным искусствам"? - Дело не в том, что они могут дать добродетель, а в том, что они подготавливают душу к ее восприятию. Как начала, у древних именовавшиеся грамотой и дающие мальчикам основы знаний, хотя не научают их свободным искусствам, но готовят почву для обучения им в скором времени, так и свободные искусства, хотя и не ведут душу к добродетели, но облегчают путь к ней.
[21] Quattuor ait esse artium Posidonius genera: sunt vulgares et sordidae, sunt ludicrae, sunt pueriles, sunt liberales. Vulgares opificum, quae	(21) Посидоний различает четыре вида искусств: будничные и низкие, потешные, детские и свободные. Будничные - это ручные ремесла,

manu constant et ad instruendam vitam occupatae sunt, in quibus nulla decoris, nulla honesti simulatio est.	занятые всем тем, чем оснащается жизнь; они даже и не прикидываются благородными или почтенными.
[22] Ludicrae sunt quae ad voluptatem oculorum atque aurium tendunt; his adnumeres licet machinatores qui pegmata per se surgentia excogitant et tabulata tacite in sublime crescentia et alias ex inopinato varietates, aut dehiscentibus quae cohaerebant aut his quae distabant sua sponte coeuntibus aut his quae eminebant paulatim in se residentibus. His inperitorum feriuntur oculi, omnia subita quia causas non novere mirantium.	(22) Потешные - это те искусства, чье назначение услаждать глаз и слух. К ним можно причислить и изобретение всякого рода приспособлений6, вроде помостов, которые сами собой поднимаются, настилов, бесшумно растущих ввысь, - всего, что служит для внезапных перемен, когда то, что было сплошным, разверзается" края провала по собственному почину сходятся, возвышение понемногу понижается. Такие вещи поражают взоры невежд, по незнанью причин удивляющихся всему неожиданному.
[23] Pueriles sunt et aliquid habentes liberalibus simile hae artes quas egkuklious Graeci, nostri autem liberales vocant. Solae autem liberales sunt, immo, ut dicam verius, liberae, quibus curae virtus est.	(23) Детские, имеющие нечто общее со свободными, - это те искусства, которые у греков называются еухох-Xioi, а у нас - свободными. Единственные же поистине свободные или даже, вернее сказать, дающие свободу искусства это те, что пекутся о добродетели.
[24] 'Quemadmodum' inquit 'est aliqua pars philosophiae naturalis, est aliqua moralis, est aliqua rationalis, sic et haec quoque liberalium artium turba locum sibi in philosophia vindicat. Cum ventum est ad naturales quaestiones, geometriae testimonio statur; ergo eius quam adiuvat pars est.'	(24) Поскольку одна часть философии, продолжает Посидоний, занимается природой, другая - нравами, третья человеческим разумом, постольку и вся толпа свободных искусств притязает занять в ней место. Когда дело идет о вопросах естествознания, философия опирается на свидетельство геометрии, которая, стало быть, есть часть того, чему она помогает.
[25] Multa adiuvant nos nec ideo partes nostri sunt; immo si partes essent, non adiuvarent. Cibus adiutorium corporis nec tamen pars est. Aliquod nobis praestat geometria ministerium: sic philosophiae necessaria est quomodo ipsi faber, sed nec hic geometriae pars est nec illa philosophiae.	(25) Но ведь многое нам помогает, не будучи частью нас самих; а будь оно нашей частью, помощи от него бы не было. Пища - подспорье телу, но не его часть. Услуги геометрии кое-что нам дают" но философии она нужна так же, как ей самой - кузнечное дело7; однако оно - не часть геометрии, как и геометрия - не часть философии.
[26] Praeterea utraque fines suos habet; sapiens enim causas naturalium et quaerit et novit, quorum numeros mensurasque geometres persequitur et supputat. Qua ratione constent caelestia, quae illis sit vis quaeve	(26) Кроме того, у каждой из них - свои пределы. Мудрец исследует и познает причины естественных явлений, геометр отыскивает и высчитывает их число и меру. Каков незыблемый порядок небесных тел, какова их сила

natura sapiens scit: cursus et recursus et quasdam obversationes per quas descendunt et adlevantur ac speciem interdum stantium praebent, cum caelestibus stare non liceat, colligit mathematicus.	и природа, - все это знает философ; а кто высчитывает их движенье и возврат, кто собирает наблюдения над тем, как они восходят и заходят, а порой являют вид стоящих на месте, хотя небесным телам стоять и нельзя, тот математик.
[27] Quae causa in speculo imagines exprimat sciet sapiens: illud tibi geometres potest dicere, quantum abesse debeat corpus ab imagine et qualis forma speculi quales imagines reddat. Magnum esse solem philosophus probabit, quantus sit mathematicus, qui usu quodam et exercitatione procedit. Sed ut procedat, inpetranda illi quaedam principia sunt; non est autem ars sui iuris cui precarium fundamentum est.	(27) Пусть мудрец знает, по какой причине в зеркале возникает отражение; геометр же может сказать, как далеко должен отстоять предмет от отражения и какое отражение дает та или другая форма зеркала. Что солнце огромно, докажет философ; какова его величина, укажет математик, который пользуется в работе неким опытом и навыком, но должен, чтобы работать, заимствовать некие основные положения. А если основы искусства - заемные, оно несамостоятельно.
[28] Philosophia nil ab alio petit, totum opus a solo excitat: mathematice, ut ita dicam, superficiaria est, in alieno aedificat; accipit prima, quorum beneficio ad ulteriora perveniat. Si per se iret ad verum, si totius mundi naturam posset conprendere, dicerem multum conlaturam mentibus nostris, quae tractatu caelestium crescunt trahuntque aliquid ex alto.	(28) Философия ничего не ищет на стороне, свое здание она возводит от земли. Математика, так сказать, занимает поверхность, она строит на чужой земле8, берет со стороны те начала, благодаря которым достигает дальнейшего. Если бы она шла к истине сама по себе, если бы могла обнять весь мир и всю природу, тогда я сказал бы, что она много дает человеческой душе, ибо, помышляя о небе, та сама растет и вбирает нечто свыше.
Una re consummatur animus, scientia bonorum ac malorum inmutabili; nihil autem ulla ars alia de bonis ac malis quaerit. Singulas lubet circumire virtutes.	Лишь одно делает душу совершенной: незыблемое знание добра и зла [которое доступно только философии] 9 - ведь никакая другая наука добра и зла не исследует.
[29] Fortitudo contemptrix timendorum est; terribilia et sub iugum libertatem nostram mittentia despicit, provocat, frangit: numquid ergo hanc liberalia studia corroborant? Fides sanctissimum humani pectoris bonum est, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur praemio: 'ure', inquit 'caede, occide: non prodam, sed quo magis secreta quaeret dolor, hoc illa altius condam'. Numquid	(29) Переберем по одной добродетели. Храбрость есть презрение ко всему страшному; она пренебрегает внушающим ужас и склоняющим под иго нашу свободу, бросает ему вызов, переламывает его. Так неужто ее закаляют свободные искусства? Верность есть святейшее благо человеческого сердца, ее никакая необходимость не принудит к обману, никакая награда не совратит. Она

liberalia studia hos animos facere possunt? Temperantia voluptatibus imperat, alias odit atque abigit, alias dispensat et ad sanum modum redigit nec umquam ad illas propter ipsas venit; scit optimum esse modum cupitorum non quantum velis, sed quantum debeas sumere.	говорит: "Жги, бей, убивай - я не предам! Чем сильнейшая боль будет выпытывать тайны, тем глубже я их скрою". Могут ли свободные искусства и науки сделать нас такими? Воздержность умеряет наслажденья; одни она с ненавистью изгоняет, другие соразмеряет и сокращает до здорового предела, никогда не приближаясь к ним ради них самих. Она знает, что лучшая мера для всего желанного - взять не сколько хочется, а сколько необходимо.
[30] Humanitas vetat superbum esse adversus socios, vetat amarum; verbis, rebus, adfectibus comem se facilemque omnibus praestat; nullum alienum malum putat, bonum autem suum ideo maxime quod alicui bono futurum est amat. Numquid liberalia studia hos mores praecipiunt? non magis quam simplicitatem, quam modestiam ac moderationem, non magis quam frugalitatem ac parsimoniam, non magis quam clementiam, quae alieno sanguini tamquam suo parcit et scit homini non esse homine prodige utendum.	(30) Человеколюбие запрещает быть надменным с товарищами, быть скупым, оно и в словах, и в делах, и в чувствах являет всем мягкость и ласковость, ничью беду не считает чужою, свое благо любит больше всего тогда, когда оно служит на благо другому. Неужели свободные искусства учат нас таким нравам? Нет, - так же как и простоте, скромности и умеренности; так же как довольству малым и бережливости; так же как милосердию, оберегающему чужую кровь не меньше своей и знающему, что человек не должен пользоваться силами другого человека расточительно. -
[31] 'Cum dicatis' inquit 'sine liberalibus studiis ad virtutem non perveniri, quemadmodum negatis illa nihil conferre virtuti?' Quia nec sine cibo ad virtutem pervenitur, cibus tamen ad virtutem non pertinet; ligna navi nihil conferunt, quamvis non fiat navis nisi ex lignis: non est, inquam, cur aliquid putes eius adiutorio fieri sine quo non potest fieri.	(31) "Но если вы согласны, что без свободных искусств и наук не достичь добродетели, то как же вы утверждаете, будто они ничего для добродетели не дают?" - Без пищи тоже не достичь добродетели, хотя пища к добродетели касательства не имеет. Древесина ничего не дает кораблю, хотя корабли бывают только из дерева. Нет причин, повторяю, думать, будто вещь получается с помощью того, без чего она получиться не может.
[32] Potest quidem etiam illud dici, sine liberalibus studiis veniri ad sapientiam posse; quamvis enim virtus discenda sit, tamen non per haec discitur. Quid est autem quare existimem non futurum sapientem eum qui litteras nescit, cum sapientia non sit in litteris? Res tradit, non verba, et	(32) Можно сказать и так: добродетель достигается и помимо свободных искусств; хотя добродетели и надо учиться, учатся ей не через их посредство. Почему я должен считать, что не знающий грамоты не может стать мудрым, как будто мудрость вся в грамоте? Она преподается на деле, а

nescio an certior memoria sit quae nullum extra se subsidium habet.	не на словах, и я не уверен, не будет ли память крепче без всякого внешнего подспорья.
[33] Magna et spatiosa res est sapientia; vacuo illi loco opus est; de divinis humanisque discendum est, de praeteritis de futuris, de caducis de aeternis, de tempore. De quo uno vide quam multa quaerantur: primum an per se sit aliquid; deinde an aliquid ante tempus sit sine tempore; cum mundo coeperit an etiam ante mundum quia fuerit aliquid, fuerit et tempus.	(33) Мудрость велика и обширна, ей нужно много простора; надо выучить все о делах божеских и человеческих, о прошлом и о будущем, о проходящем и о вечном, о времени, - а о нем одном, ты сам видишь, сколько есть вопросов? Первый - есть ли оно само по себе нечто? Потом было ли что-нибудь до времени, без времени? Возникло ли оно вместе с миром? Или прежде возникновения мира, поскольку было нечто, было и время?
[34] Innumerabiles quaestiones sunt de animo tantum: unde sit, qualis sit, quando esse incipiat, quamdiu sit, aliunde alio transeat et domicilia mutet in alias animalium formas aliasque coniectus, an non amplius quam semel serviat et emissus vagetur in toto; utrum corpus sit an non sit; quid sit facturus cum per nos aliquid facere desierit, quomodo libertate sua usurus cum ex hac effugerit cavea; an obliviscatur priorum et illinc nosse se incipiat unde corpori abductus in sublime secessit.	(34) И об одной только душе нет числа вопросам: откуда она? какова она? когда возникает? как долго существует? переходит ли с места на место, меняет ли обиталища, перебрасываемая во все новые виды одушевленных существ? или ей суждено только однократное рабство, а потом, отпущенная на волю, она бродит по вселенной? телесна она или нет? что она будет делать, когда мы перестанем быть ее орудиями? как она воспользуется свободой, когда убежит из здешней темницы? забудет ли прежнее? познает ли себя, лишь расставшись с телом и удалившись ввысь?
[35] Quamcumque partem rerum humanarum divinarumque conprenderis, ingenti copia quaerendorum ac discendorum fatigaberis. Haec tam multa, tam magna ut habere possint liberum hospitium, supervacua ex animo tollenda sunt. Non dabit se in has angustias virtus; laxum spatium res magna desiderat. Expellantur omnia, totum pectus illi vacet.	(35) Какую бы часть божественных и человеческих дел ты ни взял, тебя утомит несметное обилие вещей, требующих исследованья и заучиванья. Чтобы все они, огромные и многочисленные, могли найти свободный приют, следует изгнать из души все лишнее. В такую тесноту добродетели не залучить: великому нужен широкий простор. Все вон! Пусть сердце будет свободно для нее одной! -
[36] 'At enim delectat artium notitia multarum.' Tantum itaque ex illis retineamus quantum necessarium est. An tu existimas reprendendum qui supervacua usibus comparat et pretiosarum rerum pompam in domo	(36) "Но ведь знание многих наук приятно". - Нет, из каждой надлежит нам запомнить лишь столько, сколько необходимо. По-твоему, порицанья заслуживает .тот, кто копит лишнее и хвастливо выставляет в доме

explicat, non putas eum qui occupatus est in supervacua litterarum supellectile? Plus scire velle quam sit satis intemperantiae genus est.	драгоценные вещи, но не заслуживает загромождающий свой ум ненужной утварью всяческих наук? Стремиться знать больше, чем требуется, - это тоже род невоздержности.
[37] Quid quod ista liberalium artium consectatio molestos, verbosos, intempestivos, sibi placentes facit et ideo non discentes necessaria quia supervacua didicerunt? Quattuor milia librorum Didymus grammaticus scripsit: misererer si tam multa supervacua legisset. In his libris de patria Homeri quaeritur, in his de Aeneae matre vera, in his libidinosior Anacreon an ebriosior vixerit, in his an Sappho publica fuerit, et alia quae erant dediscenda si scires. I nunc et longam esse vitam nega!	(37) К тому же погоня за свободными искусствами и науками делает людей докучными, болтливыми, назойливыми и самодовольными; заучив лишнее, они из-за этого неспособны выучить необходимое. Грамматик Дидим написал четыре тысячи книг 10. Я пожалел бы и того, кто прочел столько лишнего! В одних книгах исследуется, где родина Гомера, в других - кто истинная мать Энея, в третьих - чему больше предавался в жизни Анакреонт, похоти или пьянству, в четвертых - была ли Сафо продажной распутницей, и прочие вещи, которые, знай мы их, следовало бы забыть.
[38] Sed ad nostros quoque cum perveneris, ostendam multa securibus recidenda. Magno inpendio temporum, magna alienarum aurium molestia laudatio haec constat: 'o hominem litteratum!' Simus hoc titulo rusticiore contenti: 'o virum bonum!'	(38) Вот и говори теперь, что жизнь не долга. Но если ты возьмешь наших, я и тут покажу тебе много такого, что надо бы отрубить топором. Большой траты времени, большой докуки для чужих ушей стоит похвала: "Вот начитанный человек!" Будем же довольны названием попроще: "Вот человек добра!"
[39] Itane est? annales evolvam omnium gentium et quis primus carmina scripserit quaeram? quantum temporis inter Orphea intersit et Homerum, cum fastos non habeam, conputabo? et Aristarchi notas quibus aliena carmina conpunxit recognoscam, et aetatem in syllabis conteram? Itane in geometriae pulvere haerebo? adeo mihi praeceptum illud salutare excidit: 'tempori parce'? Haec sciam? et quid ignorem?	(39) Неужто мне развертывать летописи всех племен, отыскивая, кто первым стал писать стихи, высчитывать без календаря, сколько лет прошло между Орфеем и Гомером, узнавать все глупости, которыми Аристарх испещрил чужие стихи", губить свой век на подсчет слогов? Неужто мне не отводить глаз от песка геометров? Настолько ли я позабуду спасительное изречение: "Береги время!"? Все это я буду знать, - а чего не узнаю?
[40] Apion grammaticus, qui sub C. Caesare tota circulatus est Graecia et in nomen Homeri ab omnibus civitatibus adoptatus, aiebat Homerum utraque materia consummata, et Odyssia et Iliade, principium adiecisse operi suo quo bellum Troianum	(40) Грамматик Апион12, который во времена Гая Цезаря колесил по всей Греции и в каждую общину был принят во имя Гомера, говорил: "Гомер исчерпал оба своих предмета в "Илиаде" и в "Одиссее" и присоединил к своему труду начало, охватывавшее

conplexus est. Huius rei argumentum adferebat quod duas litteras in primo versu posuisset ex industria librorum suorum numerum continentes.	всю Троянскую войну". А доказательство он приводил такое: "Поэт намеренно поставил в начале первого стиха две буквы, содержащие число книг"13.
[41] Talia sciat oportet qui multa vult scire. Non vis cogitare quantum temporis tibi auferat mala valetudo, quantum occupatio publica, quantum occupatio privata, quantum occupatio cotidiana, quantum somnus? Metire aetatem tuam: tam multa non capit.	(41) Пусть знает такие вещи тот, кто хочет быть всезнайкой и не желает подумать, сколько времени отнимет у тебя нездоровье, сколько - дела, общественные и частные, сколько - дела повседневные, сколько - сон? Измерь свой век! Не так уж много он вмещает!
[42] De liberalibus studiis loquor: philosophi quantum habent supervacui, quantum ab usu recedentis! Ipsi quoque ad syllabarum distinctiones et coniunctionum ac praepositionum proprietates descenderunt et invidere grammaticis, invidere geometris; quidquid in illorum artibus supervacuum erat transtulere in suam. Sic effectum est ut diligentius loqui scirent quam vivere.	(42) Я говорил о свободных искусствах, - но сколько лишнего есть у философов! Сколько такого, что и не может пригодиться! И философы опускались до разделения слогов, до изучения свойств союзов и предлогов, и философы завидовали грамматикам и геометрам. Все, что было лишнего в их науках, они перенесли в свою. Так и вышло, что говорить "ни умели с большим тщанием, чем жить.
[43] Audi quantum mali faciat nimia subtilitas et quam infesta veritati sit. Protagoras ait de omni re in utramque partem disputari posse ex aequo et de hac ipsa, an omnis res in utramque partem disputabilis sit. Nausiphanes ait ex his quae videntur esse nihil magis esse quam non esse.	(43) Послушай, как много зла в чрезмерной тонкости и как она враждебна истине! Протагор говорит, что утверждать и то, и другое можно одинаково о каждой вещи, в том числе и о том, каждая ли вещь позволяет утверждать о ней и то, и другое. Навсифан14 говорит: все, что кажется нам существующим, существует в такой же мере, как и не существует.
[44] Parmenides ait ex his quae videntur nihil esse ~universo~. Zenon Eleates omnia negotia de negotio deiecit: ait nihil esse. Circa eadem fere Pyrrhonei versantur et Megarici et Eretrici et Academici, qui novam induxerunt scientiam, nihil scire.	(44) Парменид говорит: все, что нам кажется, не отличается от единого. Зенон Элейский15 камня на камне не оставил от всех сложностей, сказав: ничего не существует. К тому же примерно приходят и последователи Пиррона, и мегарцы, и эритрейцы 16, и академики, которые ввели новое знание - о том, что мы ничего не знаем.
[45] Haec omnia in illum supervacuum studiorum liberalium gregem coice; illi mihi non profuturam scientiam tradunt, hi spem omnis scientiae eripiunt. Satius est supervacua scire quam nihil. Illi non praeferunt lumen	(45) Брось все эчо в ту же кучу ненужностей, что и многое из свободных искусств! Те преподают мне науку, от которой не будет пользы, а эти отнимают надежду на всякое знание. Но уж лучше знать лишнее,

per quod acies derigatur ad verum, hi oculos mihi effodiunt. Si Protagorae credo, nihil in rerum natura est nisi dubium; si Nausiphani, hoc unum certum est, nihil esse certi; si Parmenidi, nihil est praeter unum; si Zenoni, ne unum quidem.	чем ничего не знать. Они не идут впереди со светочем, направляя мой взгляд к истине, - они мне выкалывают глаза. Если я поверю Протагору, в природе не останется ничего, кроме сомнения; если Навсифану, - достоверно будет только то, что нет ничего достоверного; если Пармениду, - останется только единое, если Зенону, - и единого не останется.
[46] Quid ergo nos sumus? quid ista quae nos circumstant, alunt, sustinent? Tota rerum natura umbra est aut inanis aut fallax. Non facile dixerim utris magis irascar, illis qui nos nihil scire voluerunt, an illis qui ne hoc quidem nobis reliquerunt, nihil scire. Vale.	(46) Но что такое и мы сами, и все, что окружает нас, питает, держит на себе? Вся природа оказывается тенью, или пустой или обманчивой. Нелегко мне сказать, на кого я сержусь больше: на тех ли, что объявляет нас ничего не знающими, или на тех, кто и возможности ничего не знать нас лишает. Будь здоров.

LXXXIX

[1] Rem utilem desideras et ad sapientiam properanti necessariam, dividi philosophiam et ingens corpus eius in membra disponi; facilius enim per partes in cognitionem totius adducimur. Utinam quidem quemadmodum universa mundi facies in conspectum venit, ita philosophia tota nobis posset occurrere, simillimum mundo spectaculum! Profecto enim omnes mortales in admirationem sui raperet, relictis iis quae nunc magna magnorum ignorantia credimus. Sed quia contingere hoc non potest, est sic nobis aspicienda quemadmodum mundi secreta cernuntur.	(1) То, чего ты желаешь, - чтобы я написал о разделении философии, показал отдельные члены ее огромного тела, - вещь полезная и для стремящегося к мудрости необходимая. Ведь через посредство частей легче подойти к познанию целого. О, если бы вся философия могла предстать, подобно вселенной, когда она открывает перед нами весь свой лик! Как схожи были бы эти зрелища! Тогда бы философия наверняка заставила всех смертных любоваться ею и покинуть то, что мы, по неведенью подлинно великого, считаем великим. Но нам такое не дано, и приходится смотреть на нее так же, как созерцаем мы вселенную, - по частям.
[2] Sapientis quidem animus totam molem eius amplectitur nec minus illam velociter obit quam caelum acies nostra; nobis autem, quibus perrumpenda caligo est et quorum visus in proximo deficit, singula quaeque ostendi facilius possunt, universi nondum capacibus. Faciam ergo quod exigis et philosophiam in	(2) Правда, душа мудреца охватывает всю ее громаду, обегая ее с той же быстротой, с какой наш глаз обегает небо; но нашему взгляду, слабому и на близком расстоянии и принужденному пробиваться сквозь туман, легче рассмотреть все по отдельности, так как целого нам не охватить. Я сделаю, что ты просишь, и разделю философию

partes, non in frusta dividam. Dividi enim illam, non concidi, utile est; nam conprehendere quemadmodum maxima ita minima difficile est.	на части, но не на куски: ведь полезно разделить ее, а не раскромсать, потому что схватить слишком мелкое не легче, чем слишком крупное.
[3] Discribitur in tribus populus, in centurias exercitus; quidquid in maius crevit facilius agnoscitur si discessit in partes, quas, ut dixi, innumerabiles esse et parvulas non oportet. Idem enim vitii habet nimia quod nulla divisio: simile confuso est quidquid usque in pulverem sectum est.	(3) Народ расписывают по трибам ', войско делится на центурии. Все, что разрослось, познается легче, если должным образом расчленено на части, не слишком мелкие, как я сказал, и не бесчисленные. У чрезмерной дробности тот же порок, что у нерасчлененности. Что измельчено в пыль, то лишено порядка.
[4] Primum itaque, si [ut] videtur tibi, dicam inter sapientiam et philosophiam quid intersit. Sapientia perfectum bonum est mentis humanae; philosophia sapientiae amor est et adfectatio: haec eo tendit quo illa pervenit. Philosophia unde dicta sit apparet; ipso enim nomine fatetur quid amet.	(4) Прежде всего, по-твоему, я должен сказать, чем отличается мудрость от философии. Мудрость есть совершенное благо человеческого духа, философия же - любовь и стремление к мудрости. Философия указывает туда, куда пришла мудрость. Почему философия называется так2, ясно: само имя ее говорит об этом.
[5] Sapientiam quidam ita finierunt ut dicerent divinorum et humanorum scientiam; quidam ita: sapientia est nosse divina et humana et horum causas. Supervacua mihi haec videtur adiectio, quia causae divinorum humanorumque pars divinorum sunt. Philosophiam quoque fuerunt qui aliter atque aliter finirent: alii studium illam virtutis esse dixerunt, alii studium corrigendae mentis; a quibusdam dicta est adpetitio rectae rationis.	(5) А мудрость некоторые3 определяли как "знание всего божеского и человеческого", некоторые же говорили, что "быть мудрым - значит, познать все божеское и человеческое и его причины". Мне это дополнение кажется лишним: ведь "причины" - лишь часть "всего божеского и человеческого". И философию определяли то так, то этак: одни говорили, что она есть забота о добродетели, другие - забота об исправленье духа; некоторые же называли ее стремлением мыслить правильно.
[6] Illud quasi constitit, aliquid inter philosophiam et sapientiam interesse; neque enim fieri potest ut idem sit quod adfectatur et quod adfectat. Quomodo multum inter avaritiam et pecuniam interest, cum illa cupiat, haec concupiscatur, sic inter philosophiam et sapientiam. Haec enim illius effectus ac praemium est; illa venit, ad hanc itur.	(6) Одно известно почти что твердо: между мудростью и философией есть разница. Ведь не может быть, чтобы ищущее и искомое были тождественны. Какова разница между жадностью, которая желает, и деньгами, которых желают, такова же она между философией и мудростью, которая есть ее конечный итог и награда. Философия - в пути, мудрость - в его конце.
[7] Sapientia est quam Graeci sophian	(7) Мудрость - это то, что греки

vocant. Hoc verbo Romani quoque utebantur, sicut philosophia nunc quoque utuntur; quod et togatae tibi antiquae probabunt et inscriptus Dossenni monumento titulus:	называют зоукх. Это слово было в ходу и у римлян, как теперь в ходу слово "философия". Это засвидетельствуют тебе и древние тогаты, и надпись на памятнике Доссену4:
hospes resiste et sophian Dossenni lege.	*Прохожий, стой: прочти Софию Доссена здесь!*
[8] Quidam ex nostris, quamvis philosophia studium virtutis esset et haec peteretur, illa peteret, tamen non putaverunt illas distrahi posse; nam nec philosophia sine virtute est nec sine philosophia virtus. Philosophia studium virtutis est, sed per ipsam virtutem; nec virtus autem esse sine studio sui potest nec virtutis studium sine ipsa. Non enim quemadmodum in iis qui aliquid ex distanti loco ferire conantur alibi est qui petit, alibi quod petitur; nec quemadmodum itinera quae ad urbes perducunt [extra urbes sunt, sic viae ad virtutem] extra ipsam: ad virtutem venitur per ipsam, cohaerent inter se philosophia virtusque.	(8) Некоторые из наших, хотя философия есть забота о добродетели и стремится к ней как к цели, полагали, что их невозможно разлучить: ведь нет ни философии без добродетели, ни добродетели без философии. Философия есть забота о достижении добродетели через посредство самой добродетели; ни добродетели не может быть, если о ней не заботиться, ни заботы о добродетели - без нее самой. Тут все иначе, чем со стрелком, пытающимся издали попасть во что-нибудь, когда целящийся и цель - в разных местах; и иначе, чем с дорогами, которые ведут в город, но лежат вне его. Путь к добродетели идет через нее самое. Значит, философия и добродетель нераздельны.
[9] Philosophiae tres partes esse dixerunt et maximi et plurimi auctores: moralem, naturalem, rationalem. Prima componit animum; secunda rerum naturam scrutatur; tertia proprietates verborum exigit et structuram et argumentationes, ne pro vero falsa subrepant. Ceterum inventi sunt et qui in pauciora philosophiam et qui in plura diducerent.	(9) Большинство писавших об этом, причем самых великих, утверждали, что философия делится на три части: нравственную, естественную и ту, что посвящена человеческому разуму5. Первая вносит порядок в душу. Вторая исследует природу вещей. Третья испытывает свойства слов, их расположение, виды доказательств, чтобы ложь не вкралась под видом истины. Впрочем, были и такие, что разделяли философию и на большее, и на меньшее число частей.
[10] Quidam ex Peripateticis quartam partem adiecerunt civilem, quia propriam quandam exercitationem desideret et circa aliam materiam occupata sit; quidam adiecerunt his partem quam oikonomiken vocant, administrandae familiaris rei scientiam; quidam et de generibus vitae locum separaverunt. Nihil autem horum non in illa parte morali	(10) Некоторые перипатетики вводили четвертую часть: гражданскую философию, которой, мол, нужно заниматься неким особым образом, ибо предмет у ней совсем другой. Некоторые добавляли еще одну часть, называемую у греков oixovo^iicT), то есть умение управлять домашним имуществом. Некоторые уделяли особое место учению о разных образах

reperietur.	жизни. Но все это входит в нравственную часть философии.
[11] Epicurei duas partes philosophiae putaverunt esse, naturalem atque moralem: rationalem removerunt. Deinde cum ipsis rebus cogerentur ambigua secernere, falsa sub specie veri latentia coarguere, ipsi quoque locum quem 'de iudicio et regula' appellant -- alio nomine rationalem -- induxerunt, sed eum accessionem esse naturalis partis existimant.	(11) Эпикурейцы полагали, что в философии всего две части - нравственная и естественная, а ту, что посвящена ра зуму, они отбрасывали. Но потом, когда сама жизнь заставила их устранить все двусмысленное, изобличить ложь, таящуюся под личиною правды, они ввели раздел, названный ими "учением о суждениях и правилах", то есть ту же посвященную разуму часть, но под другим именем 6; они, однако, думают, что лишь дополнили естественную философию.
[12] Cyrenaici naturalia cum rationalibus sustulerunt et contenti fuerunt moralibus, sed hi quoque quae removent aliter inducunt; in quinque enim partes moralia dividunt, ut una sit de fugiendis et petendis, altera de adfectibus, tertia de actionibus, quarta de causis, quinta de argumentis. Causae rerum ex naturali parte sunt, argumenta ex rationali.	(12) Киренаики устранили и естественную, и посвященную разуму часть, довольствуясь только нравственной, - но тут же иным способом ввели то, что устранили; у них нравственная философия делится на пять частей, из которых одна учит о том, чего следует избегать и к чему стремиться, вторая о страстях, третья - о поступках, четвертая - о причинах, пятая - о доказательствах. Но причины вещей относятся к части естественной, доказательства - к той, что посвящена разуму 7.
[13] Ariston Chius non tantum supervacuas esse dixit naturalem et rationalem sed etiam contrarias; moralem quoque, quam solam reliquerat, circumcidit. Nam eum locum qui monitiones continet sustulit et paedagogi esse dixit, non philosophi, tamquam quidquam aliud sit sapiens quam generis humani paedagogus.	(13) Аристон Хиосский сказал, что части, посвященные природе и разуму, не только излишни, но и мешают, а единственную оставляемую им нравственную философию урезал: тот ее раздел, что содержит правила поведения, он объявил нужным только воспитателю, а не философу, - как будто мудрец не есть воспитатель рода человеческого.
[14] Ergo cum tripertita sit philosophia, moralem eius partem primum incipiamus disponere. Quam in tria rursus dividi placuit, ut prima esset inspectio suum cuique distribuens et aestimans quanto quidque dignum sit, maxime utilis -- quid enim est tam necessarium quam pretia rebus inponere? -- secunda de impetu, de actionibus tertia. Primum	(14) Итак, поскольку философия трехчастна, мы начнем с разделения нравственной ее части. Было установлено, что и она делится натрое; первое в ней - наблюдение, назначающее каждому свое и оценивающее, что чего стоит; дело это чрезвычайно полезное, так как нет ничего более необходимого, чем установить цену каждой вещи. Второй

enim est ut quanti quidque sit iudices, secundum ut impetum ad illa capias ordinatum temperatumque, tertium ut inter impetum tuum actionemque conveniat, ut in omnibus istis tibi ipse consentias.	раздел ее учит о побуждениях, третий - о поступках. Первая твоя обязанность - судить, что чего стоит; вторая - соразмерять и обуздывать в зависимости от этого твои побуждения; третья - заботиться, чтобы побужденья и поступки друг другу соответствовали, а сам ты ни в тех, ни в других не впадал в противоречие с самим собою.
[15] Quidquid ex tribus defuit turbat et cetera. Quid enim prodest inter [se] aestimata habere omnia, si sis in impetu nimius? quid prodest impetus repressisse et habere cupiditates in sua potestate, si in ipsa rerum actione tempora ignores nec scias quando quidque et ubi et quemadmodum agi debeat? Aliud est enim dignitates et pretia rerum nosse, aliud articulos, aliud impetus refrenare et ad agenda ire, non ruere. Tunc ergo vita concors sibi est ubi actio non destituit impetum, impetus ex dignitate rei cuiusque concipitur, proinde remissus [aut] acrior prout illa digna est peti.	(15) Если одного из трех не будет, нарушится и все остальное. Что пользы знать цену всем вещам, если ты безудержен в побужденьях? Что пользы подавить побуждения и держать в своей власти желанья, если ты, действуя, не примешь в расчет времени и не будешь знать, когда, что, где и как надлежит делать? Ведь одно дело - знать цену и достоинство вещи, другое - выбрать нужный миг, и сверх того - обуздывать свои побужденья и браться за дело, а не хвататься вслепую. Ведь в жизни тогда нет противоречий, когда поступок не расходится с побуждением, а побуждение зависит от достоинства каждого предмета и смотря по тому, стоит его домогаться или нет, становится слабее или сильнее.
[16] Naturalis pars philosophiae in duo scinditur, corporalia et incorporalia; utraque dividuntur in suos, ut ita dicam, gradus. Corporum locus in hos primum, in ea quae faciunt et quae ex his gignuntur -- gignuntur autem elementa. Ipse [de] elementis locus, ut quidam putant, simplex est, ut quidam, in materiam et causam omnia moventem et elementa dividitur.	(16) Естественная философия членится надвое: на учения о телесных и о бестелесных вещах. Оба они разделяются на свои, так сказать, ступени. Учение о телах - таким образом: во-первых, о тех, что производят нечто, и о тех, что из них рождаются, - а рождаются первоначальные вещества. Учение о них, по мненью некоторых, неделимо, по мненью Других - делится на ученья о материи, о движущей все причине и о самих первоначальных веществах.
[17] Superest ut rationalem partem philosophiae dividam. Omnis oratio aut continua est aut inter respondentem et interrogantem discissa; hanc dialektiken, illam rhetoriken placuit vocari. Rhetorike verba curat et sensus et ordinem; dialektike in duas partes dividitur, in verba et significationes, id est in res quae dicuntur et vocabula	(17) Мне остается написать о разделении той части философии, что посвящена разуму. Всякая речь либо непрерывна, либо распределена между вопрошающим и отвечающим. Было установлено, что первая именуется SictXsxTix-^ вторая - р-г,т&р|.х-г|. Риторика заботится о словах, их смысле и порядке; диалектика

quibus dicuntur. Ingens deinde sequitur utriusque divisio. Itaque hoc loco finem faciam et	подразделяется на две части - о словах и о значениях, то есть о предметах, про которые говорится, и о речениях, посредством которых про них говорится. Далее следуют бесчисленные подразделы и той, и другой. А я на этом кончу и
summa sequar fastigia rerum;	*"расскажу лишь о главном",*
alioqui, si voluero facere partium partes, quaestionum liber fiet.	- а не то, если я стану делить части на части, то получится целая книга изысканий.
[18] Haec, Lucili virorum optime, quominus legas non deterreo, dummodo quidquid legeris ad mores statim referas. Illos conpesce, marcentia in te excita, soluta constringe, contumacia doma, cupiditates tuas publicasque quantum potes vexa; et istis dicentibus 'quousque eadem?' responde:	(18) Я не хочу отбить у тебя, Луцилий, лучший из людей, охоту все это читать, - только бы ты все прочитанное немедля относил к людским нравам. Усмиряй себя, будоражь, если есть в тебе вялость, обуздывай, если есть распущенность, укрощай упрямство, преследуй и свою, и, насколько сможешь, всеобщую алчность. Тем, кто будет тебе говорить: "Сколько можно об одном и том же?" - отвечай:
[19] 'Ego debebam dicere "quousque eadem peccabitis?" Remedia ante vultis quam vitia desinere? Ego vero eo magis dicam, et quia recusatis perseverabo; tunc incipit medicina proficere ubi in corpore alienato dolorem tactus expressit. Dicam etiam invitis profutura. Aliquando aliqua ad vos non blanda vox veniat, et quia verum singuli audire non vultis, publice audite.	(19) "Сколько можно в одном и том же грешить? Вы хотите избавиться от лекарства, не избавившись от порока, - а я из-за вашего отказа еще упорнее буду твердить свое. Леченье начинает приносить пользу тогда, когда потерявшее чувствительность тело отвечает на прикосновение болью. Я буду твердить то, что и против вашей воли пойдет вам на пользу. Пусть хоть когда-нибудь дойдет до вас чей-нибудь нельстивый голос, и если каждый из вас не желает слушать правду, выслушайте ее все вместе.
[20] 'Quousque fines possessionum propagabitis? Ager uni domino qui populum cepit angustus est? Quousque arationes vestras porrigetis, ne provinciarum quidem spatio contenti circumscribere praediorum modum? Inlustrium fluminum per privatum decursus est et amnes magni magnarumque gentium termini usque ad ostium a fonte vestri sunt. Hoc quoque parum est nisi latifundiis vestris maria cinxistis, nisi trans Hadriam et Ionium Aegaeumque vester vilicus regnat, nisi insulae, ducum	(20) До каких пор будете вы расширять границы владений? Для одного хозяина тесно поле, на котором разместился бы целый народ. Куда должны простираться ваши пашни, если для вас мало засевать земли, размерами равные провинциям? Все теченье славных рек проходит по частным владеньям, ваши от устья до истока огромные потоки, что служат границами огромным народам! Но и этого мало - вам нужно вместить в пределы ваших поместий моря, нужно, чтобы ваш управитель царствовал за

domicilia magnorum, inter vilissima rerum numerantur. Quam vultis late possidete, sit fundus quod aliquando imperium vocabatur, facite vestrum quidquid potestis, dum plus sit alieni.	Адриатическими, Ионийскими и Эгейскими водами, чтобы острова, жилища могучих вождей, считались самым дешевым из всего вашего достояния. Владейте, чем хотите, пусть будет именьем то, что прежде называлось державой, присваивайте, что можете, - все равно того, что не ваше, будет больше.
[21] 'Nunc vobiscum loquor quorum aeque spatiose luxuria quam illorum avaritia diffunditur. Vobis dico: quousque nullus erit lacus cui non villarum vestrarum fastigia inmineant? nullum flumen cuius non ripas aedificia vestra praetexant? Ubicumque scatebunt aquarum calentium venae, ibi nova deversoria luxuriae excitabuntur. Ubicumque in aliquem sinum litus curvabitur, vos protinus fundamenta iacietis, nec contenti solo nisi quod manu feceritis, mare agetis introrsus. Omnibus licet locis tecta vestra resplendeant, aliubi inposita montibus in vastum terrarum marisque prospectum, aliubi ex plano in altitudinem montium educta, cum multa aedificaveritis, cum ingentia, tamen et singula corpora estis et parvola. Quid prosunt multa cubicula? in uno iacetis. Non est vestrum ubicumque non estis.	(21) А теперь я обращаюсь к вам, чья расточительность так же безбрежна, как их алчность! Вам я говорю! Долго ли еще не будет такого озера, над которым не поднимались бы кровли ваших загородных, такой реки, чьи берега не были бы унизаны вашими домами? Где ни пробьются горячие ключи, там тотчас поднимутся новые пристанища роскоши. Где ни изогнется заливом берег, вы кладете основанья построек и, довольные только созданной руками почвою, гоните море вспять. Пусть повсеместно блистают ваши жилища, то на горах, откуда так широк вид на сушу и на море, то на равнине, но возносясь ввысь вровень с горами; сколько бы вы ни строили, как бы высоко ни строили, вы - только крошечные тела и ничего больше. Зачем вам множество спален? Ведь только в одной вы ложитесь! А где вас нет, там все не ваше.
[22] 'Ad vos deinde transeo quorum profunda et insatiabilis gula hinc maria scrutatur, hinc terras, alia hamis, alia laqueis, alia retium variis generibus cum magno labore persequitur: nullis animalibus nisi ex fastidio pax est. Quantulum [est] ex istis epulis [quae] per tot comparatis manus fesso voluptatibus ore libatis? quantulum ex ista fera periculose capta dominus crudus ac nauseans gustat? quantulum ex tot conchyliis tam longe advectis per istum stomachum inexplebilem labitur? Infelices, ecquid intellegitis maiorem vos famem habere quam ventrem?'	(22) Теперь я перейду к вам, чье обжорство, бездонное и ненасытное, обыскивает и моря, и земли. Здесь закидывают крючки, там ставят силки и всевозможные тенета, не жалея труда на преследованье дичи и оставляя в покое только ту, которой вы пресытились. Много ли из того, что добывают для вас столько рук, много ли из всех яств отведают ваши утомленные наслажденьями уста? Много ли из всей дичи, добытой с такими опасностями, попробует господин, страдающий поносами и тошнотами? Много ли устриц, привезенных из такой дали, скользнет в его ненасытное брюхо? Вы несчастны, ибо сами не понимаете, что голод ваш больше вашей же утробы!" -

[23] Haec aliis dic, ut dum dicis audias ipse, scribe, ut dum scribis legas, omnia ad mores et ad sedandam rabiem adfectuum referens. Stude, non ut plus aliquid scias, sed ut melius. Vale.	(23) Говори это другим, чтобы, говоря так, услышать и самому; пиши, чтобы самому читать, когда пишешь. Все относи к нравам - для обуздания неистовых страстей. Учись для того, чтобы знать не больше, а лучше. Будь здоров!

XC

[1] Quis dubitare, mi Lucili, potest quin deorum inmortalium munus sit quod vivimus, philosophiae quod bene vivimus? Itaque tanto plus huic nos debere quam dis quanto maius beneficium est bona vita quam vita pro certo haberetur, nisi ipsam philosophiam di tribuissent; cuius scientiam nulli dederunt, facultatem omnibus.	(1) Можно ли, мой Луцилий, сомневаться в том, что жизнь наша - милость богов, а благою делает ее философия, которой мы и обязаны больше, чем богам, настолько же, насколько благо в жизни - лучший дар, нежели сама жизнь? Это было бы так, когда бы и сама философия не была ниспослана богами, которые никому не дали ее знанья, но всем - способность к ней.
[2] Nam si hanc quoque bonum vulgare fecissent et prudentes nasceremur, sapientia quod in se optimum habet perdidisset, inter fortuita non esse. Nunc enim hoc in illa pretiosum atque magnificum est, quod non obvenit, quod illam sibi quisque debet, quod non ab alio petitur. Quid haberes quod in philosophia suspiceres si beneficiaria res esset?	(2) Ведь если бы они сделали это благо всеобщим и мы рождались бы разумными, мудрость потеряла бы лучшее из того, что в ней есть, и принадлежала бы к вещам случайным. А теперь самое ценное и высокое в ней то, что она не идет к нам сама, но каждый обязан ею лишь себе и от другого ее не получит. За что было бы нам чтить философию, если бы она зависела от чужой милости?
[3] Huius opus unum est de divinis humanisque verum invenire; ab hac numquam recedit religio, pietas, iustitia et omnis alius comitatus virtutum consertarum et inter se cohaerentium. Haec docuit colere divina, humana diligere, et penes deos imperium esse, inter homines consortium. Quod aliquamdiu inviolatum mansit, antequam societatem avaritia distraxit et paupertatis causa etiam iis quos fecit locupletissimos fuit; desierunt enim omnia possidere, dum volunt propria.	(3) Ее труд один: отыскивать истину обо всех делах божеских и человеческих. С нею неразлучны справедливость, благочестье, совестливость и прочие ее спутники - связанные и согласные между собою добродетели. Она научила чтить все божественное и любить все человеческое, научила, что в руках богов - власть, а между людьми - содружество, бывшее нерушимым до тех пор, пока алчность не разрушила всякую общность и не стала причиной бедности даже для тех, кого обогатила. Ведь они, пожелав иметь собственность, перестали владеть всем.
[4] Sed primi mortalium quique ex his geniti naturam incorrupti sequebantur eundem habebant et	(4) Но первые из смертных и рожденные ими не знали порчи и следовали природе, сделав ее и вождем, и законом

ducem et legem, commissi melioris arbitrio; natura est enim potioribus deteriora summittere. Mutis quidem gregibus aut maxima corpora praesunt aut vehementissima: non praecedit armenta degener taurus, sed qui magnitudine ac toris ceteros mares vicit; elephantorum gregem excelsissimus ducit: inter homines pro maximo est optimum. Animo itaque rector eligebatur, ideoque summa felicitas erat gentium in quibus non poterat potentior esse nisi melior; tuto enim quantum vult potest qui se nisi quod debet non putat posse.	и вручив себя воле лучшего среди них. Ведь подчинение худших лучшему - в природе вещей. И во главе бессловесных стад либо самые большие, либо самые сильные животные. Идет впереди коров не хилый бык, а победивший прочих самцов величиной и силою; стадо слонов ведет самый огромный, а у людей самым великим считается лучший. Потому правителя выбирали за его душевные свойства, и счастливы были те племена, где самым могущественным мог стать только самый лучший. Ведь тот может все, чего хочет, кто не считает, будто может больше, чем должен.
[5] Illo ergo saeculo quod aureum perhibent penes sapientes fuisse regnum Posidonius iudicat. Hi continebant manus et infirmiorem a validioribus tuebantur, suadebant dissuadebantque et utilia atque inutilia monstrabant; horum prudentia ne quid deesset suis providebat, fortitudo pericula arcebat, beneficentia augebat ornabatque subiectos. Officium erat imperare, non regnum. Nemo quantum posset adversus eos experiebatur per quos coeperat posse, nec erat cuiquam aut animus in iniuriam aut causa, cum bene imperanti bene pareretur, nihilque rex maius minari male parentibus posset quam ut abiret e regno.	(5) В том веке, который зовут золотым, по мненью Посидония, царствовали мудрецы. Они не допускали драк и защищали слабейших от сильных, они убеждали и разубеждали, показывая, что полезно, что нет. Их дальновидность заботилась о том, чтобы соплеменники ни в чем не знали недостатка, мужество отражало опасности, щедрость одаривала и украшала подданных. Править значило не властвовать, а исполнять обязанность. Никто не пробовал свое могущество на тех, кто это могущество создал, и ни у кого не было ни желания, ни причины творить обиды; все так хорошо слушались хорошего правителя, что самое сильное, чем царь грозил ослушникам, был уход от власти1.
[6] Sed postquam subrepentibus vitiis in tyrannidem regna conversa sunt, opus esse legibus coepit, quas et ipsas inter initia tulere sapientes. Solon, qui Athenas aequo iure fundavit, inter septem fuit sapientia notos; Lycurgum si eadem aetas tulisset, sacro illi numero accessisset octavus. Zaleuci leges Charondaeque laudantur; hi non in foro nec in consultorum atrio, sed in Pythagorae tacito illo sanctoque secessu didicerunt iura quae florenti tunc Siciliae et per Italiam Graeciae ponerent.	(6) Когда же исподволь появились пороки, а царская власть превратилась в тиранию, возникла нужда в законах, которые вначале предлагали те же мудрецы. Солон, основавший Афинское государство на законах справедливости, известен среди семи мудрецов своего века2. Живи Ликург3 в ту же пору, он вошел бы в то же священное число восьмым. Хвалят еще законы Залевка и Харонда4, учивших людей праву не на судной площади и не в прихожей законоведа, но в безмолвном и священном пифагорейском уединении и создавших право для цветущей тогда Сицилии и для греков в Италии.

[7] Hactenus Posidonio adsentior: artes quidem a philosophia inventas quibus in cotidiano vita utitur non concesserim, nec illi fabricae adseram gloriam. 'Illa' inquit 'sparsos et aut casis tectos aut aliqua rupe suffossa aut exesae arboris trunco docuit tecta moliri.' Ego vero philosophiam iudico non magis excogitasse has machinationes tectorum supra tecta surgentium et urbium urbes prementium quam vivaria piscium in hoc clausa ut tempestatum periculum non adiret gula et quamvis acerrime pelago saeviente haberet luxuria portus suos in quibus distinctos piscium greges saginaret.	(7) До сих пор я согласен с Посидонием, а вот что философия изобрела все науки, потребные для повседневной жизни, и ей принадлежит слава создательницы ремесел, - с этим я не согласен. "Она, - говорит Посидоний, наставила живших поодиночке людей, укрывавшихся в пещере, в какой-нибудь яме под скалой или в дупле дерева, и научила их воздвигать жилища". А по-моему, философия ничуть не больше придумала эти ухищрения, громоздящие постройки на постройки, города на города, чем рыбные садки, замкнутые ради того,
[8] Quid ais? philosophia homines docuit habere clavem et seram? Quid aliud erat avaritiae signum dare? Philosophia haec cum tanto habitantium periculo inminentia tecta suspendit? Parum enim erat fortuitis tegi et sine arte et sine difficultate naturale invenire sibi aliquod receptaculum.	(8) чтобы обжорству не грозили бури и, как бы ни бушевало море, страсть к роскоши имела безопасные гавани для откорма каждой породы рыб. Что ты говоришь? Философия ли вручила людям ключи и устроила засовы? Разве не алчности был подан этим знак? Философия ли возвела высокие кровли, опасные для жильцов? Дескать, мало было случайного крова, мало было без труда и искусства находить себе естественное убежище! Поверь мне, счастлив был век, еще не знавший архитекторов.
[9] Mihi crede, felix illud saeculum ante architectos fuit, ante tectores. Ista nata sunt iam nascente luxuria, in quadratum tigna decidere et serra per designata currente certa manu trabem scindere;	(9) Вместе с роскошью родилось уменье обтесывать бревна в четырехугольные брусья и, уверенной рукой ведя пилу по размеченным чертам, разрезать балки.
nam primi cuneis scindebant fissile lignum.	*А поначалу бревно кололи некрепкое клином,*
Non enim tecta cenationi epulum recepturae parabantur, nec in hunc usum pinus aut abies deferebatur longo vehiculorum ordine vicis intrementibus, ut ex illa lacunaria auro gravia penderent.	- ибо тогда не строили для пира покоев, способных вместить многолюдное застолье, и не везли на длинной веренице телег, сотрясающих улицы, ни сосен, ни елей, чтобы построить из них штучный потолок, отягченный золотом.
[10] Furcae utrimque suspensae fulciebant casam; spissatis ramalibus ac fronde congesta et in proclive disposita decursus imbribus quamvis	(10) Развилины с двух сторон поддерживали кровлю, хворост или зеленые ветви, плотно уложенные по скатам, давали сток даже сильным

magnis erat. Sub his tectis habitavere [sed] securi: culmus liberos texit, sub marmore atque auro servitus habitat.	дождям. И под таким вот кровом ничего не боялись. Под соломой жили свободные, под мрамором и золотом живут рабы. Не согласен я с Посидонием и в том, будто изделья из кованого железа изобретены мудрыми мужами.
[11] In illo quoque dissentio a Posidonio, quod ferramenta fabrilia excogitata a sapientibus viris iudicat; isto enim modo dicat licet sapientes fuisse per quos	(11) Так можно назвать мудрецами и тех, что
tunc laqueis captare feras et fallere visco *inventum et magnos canibus circumdare saltus.*	*Зверя сетями ловить и птиц обманывать клеем* *Способ нашли, оцеплять лесные урочища псами.*
Omnia enim ista sagacitas hominum, non sapientia invenit.	Но все это придумано человеческой хитростью, а не мудростью.
[12] In hoc quoque dissentio, sapientes fuisse qui ferri metalla et aeris invenerint, cum incendio silvarum adusta tellus in summo venas iacentis liquefacta fudisset: ista tales inveniunt quales colunt.	(12) Не согласен я с ним и в том, будто мудрецы нашли и железо, и медь, когда почва, опаленная лесными пожарами, излила из неглубоких жил расплавленные металлы. Такие вещи находят те, кто их ценит.
[13] Ne illa quidem tam subtilis mihi quaestio videtur quam Posidonio, utrum malleus in usu esse prius an forcipes coeperint. Utraque invenit aliquis excitati ingenii, acuti, non magni nec elati, et quidquid aliud corpore incurvato et animo humum spectante quaerendum est. Sapiens facilis victu fuit. Quidni? cum hoc quoque saeculo esse quam expeditissimus cupiat.	(13) И еще мне не кажется столь уж тонким вопрос, что стали употреблять прежде - молот или клещи. И то и другое изобрел человек ума острого и быстрого, но не величавого и не высокого, - как и все, чего нужно искать, согнув спину и потупясь душою в землю. Мудрецу легко было прокормиться. Да и как же иначе, если он даже в нынешний век не хочет ничем себя обременять?
[14] Quomodo, oro te, convenit ut et Diogenen mireris et Daedalum? Uter ex his sapiens tibi videtur? qui serram commentus est, an ille qui, cum vidisset puerum cava manu bibentem aquam, fregit protinus exemptum e perula calicem [cum] hac obiurgatione sui: 'quamdiu homo stultus supervacuas sarcinas habui!', qui se conplicuit in dolio et in eo cubitavit?	(14) Скажи мне, прошу, как можно восхищаться и Диогеном, и Дедалом? Кто из них мудр, по-твоему? Тот, кто изобрел пилу, или тот, кто, увидев мальчика, пьющего воду из горсти, немедля вытащил из котомки чашку и разбил ее, обругав себя так: "Сколько же времени, глупый я человек, таскал я лишний груз!", кто спал, свернувшись в бочке?
[15] Hodie utrum tandem sapientiorem putas qui invenit quemadmodum in immensam altitudinem crocum latentibus fistulis	(15) И сегодня кого сочтешь ты мудрее: того ли, кто придумал, как устроить скрытые трубы, чтобы шафранная вода била из них на невиданную высоту7, как

exprimat, qui euripos subito aquarum impetu implet aut siccat et versatilia cenationum laquearia ita coagmentat ut subinde alia facies atque alia succedat et totiens tecta quotiens fericula mutentur, an eum qui et aliis et sibi hoc monstrat, quam nihil nobis natura durum ac difficile imperaverit, posse nos habitare sine marmorario ac fabro, posse nos vestitos esse sine commercio sericorum, posse nos habere usibus nostris necessaria si contenti fuerimus iis quae terra posuit in summo? Quem si audire humanum genus voluerit, tam supervacuum sciet sibi cocum esse quam militem.	вмиг заполнить водой или осушить Еврипы, как соединить над пиршественным покоем поворачивающиеся плиты, чтобы они показывали то одно, то другое лицо и с каждой переменой -на столе менялся вид штучного потолка, - или того, кто показывает себе и другим, что природа не требует от нас ничего тяжкого и трудного, что мы можем прожить и без мраморщика и кузнеца, одеться, и не торгуя с серийцами8, иметь все необходимое для нашего обихода, довольствуясь тем, чего земля не прячет в недра? Если бы род человеческий услышал его, то понял бы, что повар так же не нужен, как солдат.
[16] Illi sapientes fuerunt aut certe sapientibus similes quibus expedita erat tutela corporis. Simplici cura constant necessaria: in delicias laboratur. Non desiderabis artifices: sequere naturam. Illa noluit esse districtos; ad quaecumque nos cogebat instruxit. 'Frigus intolerabilest corpori nudo.' Quid ergo? non pelles ferarum et aliorum animalium a frigore satis abundeque defendere queunt? non corticibus arborum pleraeque gentes tegunt corpora? non avium plumae in usum vestis conseruntur? non hodieque magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac murum, quae tactu mollia et inpenetrabilia ventis sunt? Quid ergo? non quilibet virgeam cratem texuerunt manu et vili obliverunt luto, deinde [de] stipula aliisque silvestribus operuere fastigium et pluviis per devexa labentibus hiemem transiere securi?	(16) Мудры или подобны мудрецам были те. для кого нетрудно было попечение о теле. Необходимое требует простой заботы, наслажденье - многих трудов. Будешь следовать природе, - не понадобится никаких ремесленников: она не пожелала занимать нас такими вещами и обучила всему, что сделала для нас непременным. - Холод невыносим для нагого тела. - Что же, разве шкуры зверей и других животных не могут вполне и с избытком защитить от холода? разве многие племена не одевают тела древесной корой? разве птичьи перья не скрепляются так, чтобы получилась одежда? разве и в наши дни большинство скифов не надевает лисьих и мышиных шкурок, мягких на ощупь и непроницаемых для ветра? -
[17] 'Opus est tamen calorem solis aestivi umbra crassiore propellere.' Quid ergo? non vetustas multa abdidit loca quae vel iniuria temporis vel alio quolibet casu excavata in specum recesserunt? Quid ergo? non in defosso latent Syrticae gentes quibusque propter nimios solis ardores nullum tegimentum satis repellendis caloribus solidum est nisi	(17) Но нужно еще густой тенью прогонять летний зной. - Что же, разве древность не оставила множества укромных мест, выдолбленных или безжалостным временем, или другой какою причиною и превратившихся в пещеры? Что же, разве не делали вручную плетенок из любой лозы, не обмазывали их дешевой глиной, не крыли потом крыши соломой, или чем-

ipsa arens humus?	нибудь принесенным из лесу и не проводили безмятежно зиму под дождями, стекавшими со скатов? Что же, разве не прячутся в землянках племена, обитающие близ Сиртов, у которых из-за чрезмерного солнечного жара нет более надежного укрытья для защиты от зноя, чем сама иссушенная почва?
[18] Non fuit tam iniqua natura ut, cum omnibus aliis animalibus facilem actum vitae daret, homo solus non posset sine tot artibus vivere; nihil durum ab illa nobis imperatum est, nihil aegre quaerendum, ut possit vita produci. Ad parata nati sumus: nos omnia nobis difficilia facilium fastidio fecimus. Tecta tegimentaque et fomenta corporum et cibi et quae nunc ingens negotium facta sunt obvia erant et gratuita et opera levi parabilia; modus enim omnium prout necessitas erat: nos ista pretiosa, nos mira, nos magnis multisque conquirenda artibus fecimus.	(18) Природа, позволившая всем животным жить легко, не была так враждебна человеку, чтобы он один не мог обойтись без наук и ремесел. Нет нам от нее такого приказа, нет нужды через силу добывать то, без чего не прожить. Мы рождены на все готовое, но, пресытившись легко доступным, обрекли себя на трудности. Все, что теперь достается ценой бессчетных хлопот: и кров, и покров, согревающий тело, и пища, - попадалось на каждом шагу и давалось задаром или стоило малого труда, потому что меру указывала необходимость. Мы сами сделали все драгоценным и редким, сделали так, что без великого и многообразного уменья ничего нельзя добыть.
[19] Sufficit ad id natura quod poscit. A natura luxuria descivit, quae cotidie se ipsa incitat et tot saeculis crescit et ingenio adiuvat vitia. Primo supervacua coepit concupiscere, inde contraria, novissime animum corpori addixit et illius deservire libidini iussit. Omnes istae artes quibus aut circitatur civitas aut strepit corpori negotium gerunt, cui omnia olim tamquam servo praestabantur, nunc tamquam domino parantur. Itaque hinc textorum, hinc fabrorum officinae sunt, hinc odores coquentium, hinc molles corporis motus docentium mollesque cantus et infractos. Recessit enim ille naturalis modus desideria ope necessaria finiens; iam rusticitatis et miseriae est velle quantum sat est.	(19) А природа дает вдоволь всего, что ей требуется. Страсть к роскоши отошла от природы, она ежедневно сама себя разжигает и растет уже много веков, изобретательностью способствуя порокам. Сперва она пожелала лишнего, потом противоестественного, а напоследок превратила душу в рабыню тела и заставила ее служить его похоти. Все эти ремесла, шум которых будоражит город, работают на потребу телу, которому прежде отпускали столько, сколько рабу, а теперь подносят все, как хозяину. Поэтому в той мастерской ткут, в этой куют, в той варят духи, тут учат изнеженным телодвиженьям, там - изнеженным, расслабленным напевам. Потерялась естественная мера, ограничивающая желания необходимым; теперь желать, сколько нужно, значит, слыть деревенщиной или нищим.
[20] Incredibilest, mi Lucili, quam	(20) Трудно поверить, Луцилий, до чего

facile etiam magnos viros dulcedo orationis abducat a vero. Ecce Posidonius, ut mea fert opinio, ex iis qui plurimum philosophiae contulerunt, dum vult describere primum quemadmodum alia torqueantur fila, alia ex molli solutoque ducantur, deinde quemadmodum tela suspensis ponderibus rectum stamen extendat, quemadmodum subtemen insertum, quod duritiam utrimque conprimentis tramae remolliat, spatha coire cogatur et iungi, textrini quoque artem a sapientibus dixit inventam, oblitus postea repertum hoc subtilius genus in quo	легко приятность речи уводит прочь от истины даже великих людей. Вот Посидоний (по-моему, один из тех, чей вклад в философию больше прочих): ему хочется описать сначала, как одни нитки сучатся, другие тянутся из мягкого распушенного волокна, потом как подвешенный груз выпрямляет и натягивает основу, как пропущенный уток, чтобы смягчить жесткость сжимающей его с двух сторон основы, бердом прижимается нить к нити, - и он говорит, будто ткацкое искусство изобрели мудрецы, позабыв, насколько позже был придуман более тонкий его род, когда
tela iugo vincta est, stamen secernit harundo, *inseritur medium radiis subtemen acutis,* *quod lato paviunt insecti pectine dentes.*	*Держит основу навой; станок - разделяет тростинка;* *Вот уж продет и уток меж острыми зубьями: пальцы* *Перебирают его. Проводя между нитей основы* *Зубьями берда, его прибивают они, ударяя*
Quid si contigisset illi videre has nostri temporis telas, in quibus vestis nihil celatura conficitur, in qua non dico nullum corpori auxilium, sed nullum pudori est?	А что если бы довелось ему взглянуть на ткани нашего времени, из которых шьется ничего не прячущая одежда, не защищающая не только тела, но и стыдливости?
[21] Transit deinde ad agricolas nec minus facunde describit proscissum aratro solum et iteratum quo solutior terra facilius pateat radicibus, tunc sparsa semina et collectas manu herbas ne quid fortuitum et agreste succrescat quod necet segetem. Hoc quoque opus ait esse sapientium, tamquam non nunc quoque plurima cultores agrorum nova inveniant per quae fertilitas augeatur.	(21) Потом он переходит к земледельцам и не менее красноречиво описывает землю, однажды и дважды пропаханную плугом, чтобы рыхлая почва легче давала путь корням, а после брошенное в борозды семя и травы, выполотые вручную, затем чтобы случайные дикие всходы не погубили посева. И это, по его словам, есть дело мудреца, как будто сейчас землепашцы не придумывают много новых способов увеличить плодородие.
[22] Deinde non est contentus his artibus, sed in pistrinum sapientem summittit; narrat enim quemadmodum rerum naturam imitatus panem coeperit facere. 'Receptas' inquit 'in os fruges concurrens inter se duritia dentium frangit, et quidquid excidit ad eosdem	(22) А потом, не довольствуясь этими уменьями, он посылает мудреца на мельницу и в пекарню. Вот что он рассказывает о том, как мудрец, подражая природе, стал выделывать хлебы: "Зерна во рту дробятся твердостью зубов, когда они сходятся, а что не попадает под них, то язык

dentes lingua refertur; tunc umore miscetur ut facilius per fauces lubricas transeat; cum pervenit in ventrem, aequali eius fervore concoquitur; tunc demum corpori accedit.	подталкивает к тем же зубам; потом примешивается слюна, чтобы глоток легче проскользнул в горло; а попав в утробу, пища переваривается теплом желудка и лишь тогда переходит в тело.
[23] Hoc aliquis secutus exemplar lapidem asperum aspero inposuit ad similitudinem dentium, quorum pars immobilis motum alterius expectat; deinde utriusque adtritu grana franguntur et saepius regeruntur donec ad minutiam frequenter trita redigantur; tum farinam aqua sparsit et adsidua tractatione perdomuit finxitque panem, quem primo cinis calidus et fervens testa percoxit, deinde furni paulatim reperti et alia genera quorum fervor serviret arbitrio.' Non multum afuit quin sutrinum quoque inventum a sapientibus diceret.	(23) Следуя этому примеру, кто-то положил один шероховатый камень на другой, наподобие зубов, половина которых неподвижна и ожидает движенья другой половины. Потом трением камня о камень он стал дробить зерна, перемалывая их вновь и вновь, пока они, растертые много раз, не измельчались совсем. Затем он полил муку водой и принялся усердно месить ее, пока она не стала податливой; тогда он вылепил хлеб, который сперва пекся в горячей золе и на раскаленных кирпичах; позже были изобретены печи и другие устройства, где жар послушен нашему усмотренью". Не хватает только, чтобы он и сапожное ремесло объявил изобретеньем мудрецов!
[24] Omnia ista ratio quidem, sed non recta ratio commenta est. Hominis enim, non sapientis inventa sunt, tam mehercules quam navigia quibus amnes quibusque maria transimus, aptatis ad excipiendum ventorum impetum velis et additis a tergo gubernaculis quae huc atque illuc cursum navigii torqueant. Exemplum a piscibus tractum est, qui cauda reguntur et levi eius in utrumque momento velocitatem suam flectunt.	(24) До всего этого додумался разум, -но не поистине правый разум. Ведь такие изобретенья - дело человека, а не мудреца, точно так же как суда, на которых мы пересекаем реки, пересекаем моря. приладив паруса, улавливающие напор ветра, приспособив сзади руль, поворачивающий судно туда и сюда (пример тут взят с рыб, которые легким движением хвоста вправо или влево направляют в сторону свой быстрый ход).
[25] 'Omnia' inquit 'haec sapiens quidem invenit, sed minora quam ut ipse tractaret sordidioribus ministris dedit.' Immo non aliis excogitata ista sunt quam quibus hodieque curantur. Quaedam nostra demum prodisse memoria scimus, ut speculariorum usum perlucente testa clarum transmittentium lumen, ut suspensuras balneorum et inpressos parietibus tubos per quos circumfunderetur calor qui ima simul ac summa foveret aequaliter. Quid loquar marmora quibus templa,	(25) "Все это, - говорит Посидоний, - изобрел мудрец, но счел слишком ничтожным, чтобы заниматься самому, и отдал более скромным помощникам". Нет, все это и придумано теми, кто по сей день этим занят. Мы знаем такие вещи, что были созданы на нашей памяти - например, зеркальные окна, пропускающие дневной свет через прозрачную черепицу, или приподнятые полы бань и вделанные в стену трубы, по которым проходит тепло, равномерно нагревая все и снизу, и сверху. Что говорить о мраморе, которым сверкают

quibus domus fulgent? quid lapideas moles in rotundum ac leve formatas quibus porticus et capacia populorum tecta suscipimus? quid verborum notas quibus quamvis citata excipitur oratio et celeritatem linguae manus sequitur? Vilissimorum mancipiorum ista commenta sunt:	и дома и храмы? О круглых и лощеных каменных громадах, поддерживающих портики и залы, способные вместить целый город? О значках, слово за словом подхватывающих сколь угодно быструю речь 10, так что скорость руки поспевает за проворством языка? Все это придумано ничтожными рабами.
[26] sapientia altius sedet nec manus edocet: animorum magistra est. Vis scire quid illa eruerit, quid effecerit? Non decoros corporis motus nec varios per tubam ac tibiam cantus, quibus exceptus spiritus aut in exitu aut in transitu formatur in vocem. Non arma nec muros nec bello utilia molitur: paci favet et genus humanum ad concordiam vocat.	(26) Мудрость же стоит выше: она не обучает работать руками, она - наставница душ. Хочешь знать, что ею добыто, что создано? Не непристойные телодвижения, не напевы для труб и флейты, превращающих в звук проходящее сквозь них или излетающее из них дыхание; не оружье, не стены, не войны; нет, она мыслит о пользе, лелеет мир, зовет род людской к согласию.
[27] Non est, inquam, instrumentorum ad usus necessarios opifex. Quid illi tam parvola adsignas? artificem vides vitae. Alias quidem artes sub dominio habet; nam cui vita, illi vitae quoque ornantia serviunt: ceterum ad beatum statum tendit, illo ducit, illo vias aperit.	(27) Она, повторяю, не кузнец необходимейших орудий. Зачем приписывать ей так мало? Перед тобою та, чье искусство - устраивать жизнь. А все прочие искусства у нее в подчинении: ведь ей подвластна жизнь, а потому и все, что служит украшению жизни, которую она, впрочем, направляет к блаженству, ведет к нему, открывает к нему пути.
[28] Quae sint mala, quae videantur ostendit; vanitatem exuit mentibus, dat magnitudinem solidam, inflatam vero et ex inani speciosam reprimit, nec ignorari sinit inter magna quid intersit et tumida; totius naturae notitiam ac sui tradit. Quid sint di qualesque declarat, quid inferi, quid lares et genii, quid in secundam numinum formam animae perpetitae, ubi consistant, quid agant, quid possint, quid velint. Haec eius initiamenta sunt, per quae non municipale sacrum sed ingens deorum omnium templum, mundus ipse, reseratur, cuius vera simulacra verasque facies cernendas mentibus protulit; nam ad spectacula tam magna hebes visus est.	(28) Она показывает, что беда, а что кажется бедою; избавляет души от тщеславия и дарит им стойкое величье; душу спесивую и красующуюся попусту обуздывает; не позволяет нам не знать разницы между величием и напыщенностью; дает нам постичь и природу, и себя самое. Она объясняет, что такое боги и каковы они; что такое подземные силы, и лары, и гении, и божества второго рода - ставшие вечными души; где они пребывают, что делают, что могут и чего хотят. Таково ее посвящение, отворяющее не городское святилище, но огромный храм всех богов, именуемый миром, и в нем открывающее духовному взору подлинные кумиры, подлинные лики, - потому что для столь величавого зрелища глаза слишком слабы.
[29] Ad initia deinde rerum redit aeternamque rationem toti inditam et	(29) Потом она восходит к началам всех вещей, к заложенному в основе всего

vim omnium seminum singula proprie figurantem. Tum de animo coepit inquirere, unde esset, ubi, quamdiu, in quot membra divisus. Deinde a corporibus se ad incorporalia transtulit veritatemque et argumenta eius excussit; post haec quemadmodum discernerentur vitae aut vocis ambigua; in utraque enim falsa veris inmixta sunt.	вечному разуму и силе, развивающей семена сущего, каждое на особый лад. Потом она принимается за исследованье души, - откуда она, где она, долговечна ли, на сколько членов разделена. Затем философия переходит от тел к бестелесному, разбирая, что такое истина и каковы ее доказательства, и еще - как различить двусмысленное в жизни и в словах, ибо и тут и там истина и ложь перемешаны.
[30] Non abduxit, inquam, se (ut Posidonio videtur) ab istis artibus sapiens, sed ad illas omnino non venit. Nihil enim dignum inventu iudicasset quod non erat dignum perpetuo usu iudicaturus; ponenda non sumeret.	(30) Я утверждаю, что мудрец не отошел от низких ремесел, как пола-. гает Посидоний, но вообще к ним не приближался. Он бы счел, что недостойно изобретать нечто недостойное вечного употребления, не взял бы того, что придется отложить. -
[31] 'Anacharsis' inquit 'invenit rotam figuli, cuius circuitu vasa formantur.' Deinde quia apud Homerum invenitur figuli rota, maluit videri versus falsos esse quam fabulam. Ego nec Anacharsim auctorem huius rei fuisse contendo et, si fuit, sapiens quidem hoc invenit, sed non tamquam sapiens, sicut multa sapientes faciunt qua homines sunt, non qua sapientes. Puta velocissimum esse sapientem: cursu omnis anteibit qua velox est, non qua sapiens. Cuperem Posidonio aliquem vitrearium ostendere, qui spiritu vitrum in habitus plurimos format qui vix diligenti manu effingerentur. Haec inventa sunt postquam sapientem invenire desimus.	(31) "Анахарсис11, - говорит Посидоний, изобрел гончарный круг, на котором лепят сосуды". А потом, встретив гончарный круг у Гомера, предпочитают думать, будто под-ложны эти стихи, а не предание. Я не спорю, что эту вещь создал Анахарсис; а если так, значит, изобрел ее мудрец, - но не как мудрец: ведь все мудрецы многое делают не как мудрецы, а как люди. Представь себе быстроногого мудреца: он всех обгонит, но как быстроногий бегун, а не как мудрец. Я бы хотел показать Посидонию стеклодува, который дыханием придает стеклу множество таких форм, каких не вылепит и умелая рука. А способ этот отыскали после того, как стало невозможно отыскать мудреца. -
[32] 'Democritus' inquit 'invenisse dicitur fornicem, ut lapidum curvatura paulatim inclinatorum medio saxo alligaretur.' Hoc dicam falsum esse; necesse est enim ante Democritum et pontes et portas fuisse, quarum fere summa curvantur.	(32) "Демокрит, - утверждает Посидоний, - по преданью, изобрел свод, в котором изгиб наклонно положенных камней замыкается срединным камнем". - А это, по-моему, неправда. Ведь непременно были и до Демокрита мосты и ворота, а их верхняя часть почти всегда изогнута.
[33] Excidit porro vobis eundem Democritum invenisse quemadmodum ebur molliretur, quemadmodum decoctus calculus in zmaragdum converteretur, qua	(33) И потом вы забыли, что тот же Демокрит якобы изобрел способ смягчать слоновую кость, превращать расплавленную гальку в изумруды - таким способом и по сей день

hodieque coctura inventi lapides [in] hoc utiles colorantur. Ista sapiens licet invenerit, non qua sapiens erat invenit; multa enim facit quae ab inprudentissimis aut aeque fieri videmus aut peritius atque exercitatius.	окрашивают подходящие для этого камешки. Пусть это изобретено мудрецом, - но изобретал он не как мудрец: ведь и он делает много такого, что люди неразумные, как мы видим, делают не хуже или даже более ловко и умело.
[34] Quid sapiens investigaverit, quid in lucem protraxerit quaeris? Primum verum naturamque, quam non ut cetera animalia oculis secutus est, tardis ad divina; deinde vitae legem, quam universa derexit, nec nosse tantum sed sequi deos docuit et accidentia non aliter excipere quam imperata. Vetuit parere opinionibus falsis et quanti quidque esset vera aestimatione perpendit; damnavit mixtas paenitentia voluptates et bona semper placitura laudavit et palam fecit felicissimum esse cui felicitate non opus est, potentissimum esse qui se habet in potestate.	(34) Ты спрашиваешь, что исследовал, что сделал ясным для всех мудрец? Во-первых, природу, за которой он не в пример прочим живым существам следил глазами, достаточно зоркими ко всему божественному. Во-вторых, закон жизни, который он согласовал со всеобщим законом, научив людей не только знать богов, но и следовать им, и все случайное воспринимать как приказанное ими. Он запретил повиноваться ложным мнениям и, взвесив все, всему указал настоящую цену; осудил перемешанные с раскаяньем наслаждения; превознес те блага, что всегда будут нам отрадны; обнаружил перед всеми, что самый счастливый - тот, кому не нужно счастье, самый полновластный - тот, кто властвует собою.
[35] Non de ea philosophia loquor quae civem extra patriam posuit, extra mundum deos, quae virtutem donavit voluptati, sed [de] illa quae nullum bonum putat nisi quod honestum est, quae nec hominis nec fortunae muneribus deleniri potest, cuius hoc pretium est, non posse pretio capi.	(35) Я говорю не о той философии, что 'гражданина отрывает от родины. богов - от мира, которая отдает добродетель на произвол наслаждению 12, но о той, которая единственным благом считает честность, которую не прельстят ни дары человека, ни дары фортуны, награда которой в том, что никакой наградой не заманишь ее в плен.
Hanc philosophiam fuisse illo rudi saeculo quo adhuc artificia deerant et ipso usu discebantur utilia non credo.	Я не думаю, чтобы такая философия была в тот грубый век, когда не существовало ни наук, ни искусств и люди на опыте учились всему полезному;
[36] ~Sicut aut~ fortunata tempora, cum in medio iacerent beneficia naturae promiscue utenda, antequam avaritia atque luxuria dissociavere mortales et ad rapinam ex consortio [docuere] discurrere: non erant illi sapientes viri, etiam si faciebant facienda sapientibus.	(36) и раньше 13, в счастливые времена, когда лежащими на виду благами природы пользовались все без разбору, когда жадность и страсть к роскоши не разобщили еще смертных и они не расторгли союза ради грабежа, люди не были мудрецами, хотя и делали то, что положено делать мудрым мужам.
[37] Statum quidem generis humani	(37) Нет такого состояния рода

non alium quisquam suspexerit magis, nec si cui permittat deus terrena formare et dare gentibus mores, aliud probaverit quam quod apud illos fuisse memoratur apud quos	человеческого, которым восхищались бы больше, чем этим, и если бы бог позволил кому-нибудь устраивать земные дела и давать народам нравы, никто не выбрал бы ничего другого, нежели памятные нам нравы тех, чьи
nulli subigebant arva coloni; *ne signare quidem aut partiri limite campum* *fas erat: in medium quaerebant, ipsaque tellus* *omnia liberius nullo poscente ferebat.*	*...поля неподвластны пахарям были;* *Даже значком отмечать и межой размежевывать нивы* *Не полагалося; все сообща добывали. Земля же* *Плодоносила сама, добровольно и без принужденья.*
[38] Quid hominum illo genere felicius? In commune rerum natura fruebantur; sufficiebat illa ut parens in tutelam omnium; haec erat publicarum opum secura possessio. Quidni ego illud locupletissimum mortalium genus dixerim in quo pauperem invenire non posses? Inrupit in res optime positas avaritia et, dum seducere aliquid cupit atque in suum vertere, omnia fecit aliena et in angustum se ex inmenso redegit. Avaritia paupertatem intulit et multa concupiscendo omnia amisit.	(38) Было ли поколенье людей счастливее этого? Они сообща владели природою, а той, как матери, довольно было сил всех опекать, позволяя всем безопасно пользоваться общими богатствами. Почему же не назвать богатым поколенье смертных, среди которого нельзя было найти бедняка? В этот наилучший порядок вещей ворвалась жадность и, желая отделить и присвоить хоть что-то, сделала все из безграничного скудным и чужим, принесла с собою бедность и, захотевши многого, потеряла все.
[39] Licet itaque nunc conetur reparare quod perdidit, licet agros agris adiciat vicinum vel pretio pellens vel iniuria, licet in provinciarum spatium rura dilatet et possessionem vocet per sua longam peregrinationem: nulla nos finium propagatio eo reducet unde discessimus. Cum omnia fecerimus, multum habebimus: universum habebamus.	(39) Пусть она теперь мечется, стремясь возместить потерянное; пусть прибавляет поле к полю, изгоняя соседей деньгами или насилием, пусть сделает свои пашни просторными, как целая провинция, и долгие странствия по ним называет "обладанием": никакое расширение границ не вернет нас к тому, от чего мы ушли. Сделав все, мы будем владеть многим, - а владели мы вселенной.
[40] Terra ipsa fertilior erat inlaborata et in usus populorum non diripientium larga. Quidquid natura protulerat, id non minus invenisse quam inventum monstrare alteri voluptas erat; nec ulli aut superesse poterat aut deesse: inter concordes dividebatur. Nondum valentior inposuerat infirmiori manum, nondum avarus abscondendo quod sibi iaceret alium necessariis quoque excluserat: par erat alterius ac sui cura.	(40) Сама земля, пока ее не обрабатывали, была плодороднее, и простора хватало всем народам, не расхищавшим ее. Для людей было равным наслаждением находить то, что давала природа, и указывать другому найденное, и не могло быть у одного - избытка, у другого - нехватки: все делилось в полном согласии. Сильный еще не поднимал руку на слабого, скупой еще не прятал лежащих втуне запасов, лишая других необходимого:

	каждый заботился о других, как о себе.
[41] Arma cessabant incruentaeque humano sanguine manus odium omne in feras verterant. Illi quos aliquod nemus densum a sole protexerat, qui adversus saevitiam hiemis aut imbris vili receptaculo tuti sub fronde vivebant, placidas transigebant sine suspirio noctes. Sollicitudo nos in nostra purpura versat et acerrimis excitat stimulis: at quam mollem somnum illis dura tellus dabat!	(41) Оружье оставалось праздным, руки не обагрялись человеческой кровью, и вся ненависть обращалась против диких зверей. Те, кого защищала от солнца плотная тень рощи, кто жил в даровом убежище, заслоняясь от свирепости стужи или дождя кровлей из листвы, проводили ночь в покое, не вздохнув ни разу. Мы ворочаемся под нашим пурпуром, ужаленные острыми стрекалами беспокойства; а им как сладко спалось на твердой земле!
[42] Non inpendebant caelata laquearia, sed in aperto iacentis sidera superlabebantur et, insigne spectaculum noctium, mundus in praeceps agebatur, silentio tantum opus ducens. Tam interdiu illis quam nocte patebant prospectus huius pulcherrimae domus; libebat intueri signa ex media caeli parte vergentia, rursus ex occulto alia surgentia.	(42) Не висел над ними штучный потолок, но скользили над лежащими под открытым небом светила, и было перед ними величавое зрелище ночи. Мир обращался в вышине, беззвучно совершая столь великий труд. И днем, и ночью был открыт их взору этот прекраснейший дом, им отрадно было наблюдать созвездия, как одни покидают середину неба, другие восходят из невидимых его областей.
[43] Quidni iuvaret vagari inter tam late sparsa miracula? At vos ad omnem tectorum pavetis sonum et inter picturas vestras, si quid increpuit, fugitis attoniti. Non habebant domos instar urbium: spiritus ac liber inter aperta perflatus et levis umbra rupis aut arboris et perlucidi fontes rivique non opere nec fistula nec ullo coacto itinere obsolefacti sed sponte currentes et prata sine arte formosa, inter haec agreste domicilium rustica politum manu -- haec erat secundum naturam domus, in qua libebat habitare nec ipsam nec pro ipsa timentem: nunc magna pars nostri metus tecta sunt.	(43) Разве не сладостно было странствовать в виду этой усеянной чудесами шири? А вас пугает малейший скрип вашей крыши, вы бежите, сломя голову, едва что-то затрещит среди росписей 15. Ни у кого не было домов в размер города - был воздух и вольное дыхание на просторе, и легкая тень скалы либо дерева, и прозрачные источники, и ручьи, не загрязненные ни канавами, ни трубами, ни иными насильственными путями, но бегущие по своей воле, и луга, красивые без всякого искусства, и среди них - грубая хижина, сложенная неумелой рукой. Таков был дом у живших в согласье с природой, в нем отрадно было обитать, не боясь ни его, ни за него. А теперь само жилище есть одна из первых причин нашего страха.
[44] Sed quamvis egregia illis vita fuerit et carens fraude, non fuere sapientes, quando hoc iam in opere maximo nomen est. Non tamen negaverim fuisse alti spiritus viros et, ut ita dicam, a dis recentes; neque	(44) Но, хотя жизнь их была превосходна и чужда коварства, они не были мудрецами, коль скоро это имя знаменует самое высокое совершенство. Я не отрицаю, что были мужи высокого духа, так сказать, рожденные прямо от

enim dubium est quin meliora mundus nondum effetus ediderit. Quemadmodum autem omnibus indoles fortior fuit et ad labores paratior, ita non erant ingenia omnibus consummata. Non enim dat natura virtutem: ars est bonum fieri.	богов: ведь нет сомнения, что мир, еще не истощенный родами, производил на свет только самое лучшее. И, однако, насколько по врожденным свойствам все были и сильнее, и способнее к труду, настолько ум их не был усовершенствован. Ведь природа не дает добродетели: достичь ее - это искусство.
[45] Illi quidem non aurum nec argentum nec perlucidos [lapides in] ima terrarum faece quaerebant parcebantque adhuc etiam mutis animalibus: tantum aberat ut homo hominem non iratus, non timens, tantum spectaturus occideret. Nondum vestis illis erat picta, nondum texebatur aurum, adhuc nec eruebatur.	(45) Они еще не искали ни золота, ни серебра, ни самоцветов в глубине земной грязи; не могло быть такого, чтобы человек убивал человека не в сердцах, не из страха, а ради зрелища. Не было еще ни пестрых одежд, ни тканого золота - его и не добывали еще.
[46] Quid ergo [est]? Ignorantia rerum innocentes erant; multum autem interest utrum peccare aliquis nolit an nesciat. Deerat illis iustitia, deerat prudentia, deerat temperantia ac fortitudo. Omnibus his virtutibus habebat similia quaedam rudis vita: virtus non contingit animo nisi instituto et edocto et ad summum adsidua exercitatione perducto. Ad hoc quidem, sed sine hoc nascimur, et in optimis quoque, antequam erudias, virtutis materia, non virtus est. Vale.	(46) Что же выходит? Они были невинны по неведенью; а это большая разница, не хочет человек грешить или не умеет. У них не было справедливости, не было разумности, воздержности, мужества. В их грубой жизни были некие подобья этих добродетелей, сама же добродетель достается на долю только душе наставленной, обученной, достигшей вершин благодаря неустанному упражнению. Для этого - но лишенными этого - мы и рождаемся. В лучших из нас, покуда нет образования, имеются лишь задатки добродетели, но не добродетель. Будь здоров.

XCI

[1] Liberalis noster nunc tristis est nuntiato incendio quo Lugdunensis colonia exusta est; movere hic casus quemlibet posset, nedum hominem patriae suae amantissimum. Quae res effecit ut firmitatem animi sui quaerat, quam videlicet ad ea quae timeri posse putabat exercuit. Hoc vero tam inopinatum malum et paene inauditum non miror si sine metu fuit, cum esset sine exemplo; multas enim civitates incendium vexavit, nullam abstulit. Nam etiam ubi hostili manu in tecta ignis inmissus est, multis locis deficit,	(1) Нашего Либералиса1 опечалила весть о пожаре, дотла спалившем Лугдунскую колонию2. Такое несчастье хоть кого взволнует, - что же говорить о человеке, который так любит родной город! Вот и вышло так, что ему понадобилась вся твердость духа, которую он закалял против любых бед, каких только можно опасаться, как ему казалось. А такого неожиданного и, пожалуй, неслыханного бедствия не боялись, и я этому не удивляюсь: ведь не бывало даже таких примеров! Многие города

et quamvis subinde excitetur, raro tamen sic cuncta depascitur ut nihil ferro relinquat. Terrarum quoque vix umquam tam gravis et perniciosus fuit motus ut tota oppida everteret. Numquam denique tam infestum ulli exarsit incendium ut nihil alteri superesset incendio.	страдали от огня, - ни один не был уничтожен. Даже там, где дома поджигала вражеская рука, во многих местах пламя гасло, и хоть его тем временем раздували, редко оно пожирало все и ничего не оставляло оружию. Даже и землетрясенья вряд ли бывали такими сильными и пагубными, чтобы разрушить целые города. И нигде, в конце концов, не случалось таких пожаров, чтобы ничего не осталось для другого пожара.
[2] Tot pulcherrima opera, quae singula inlustrare urbes singulas possent, una nox stravit, et in tanta pace quantum ne bello quidem timeri potest accidit. Quis hoc credat? ubique armis quiescentibus, cum toto orbe terrarum diffusa securitas sit, Lugudunum, quod ostendebatur in Gallia, quaeritur. Omnibus fortuna quos publice adflixit quod passuri erant timere permisit; nulla res magna non aliquod habuit ruinae suae spatium: in hac una nox interfuit inter urbem maximam et nullam. Denique diutius illam tibi perisse quam perit narro.	(2) А тут столько прекрасных творений, каждое из которых могло бы прославить любой город, погубила одна ночь; в самую мирную пору случилось такое, чего и на войне нет причин бояться. Кто бы мог поверить? Теперь, когда во всем мире царит спокойствие, приходится спрашивать, где Лугдун, украшенье Галлии! Фортуна, если настигала бедою целую общину, всегда давала возможность бояться предстоящих испытаний. Все великое рушилось в течение некоего срока, а здесь вечером был огромный город - утром его не было. Я дольше рассказываю тебе о его гибели, чем он погибал.
[3] Haec omnia Liberalis nostri adfectum inclinant, adversus sua firmum et erectum. Nec sine causa concussus est: inexpectata plus adgravant; novitas adicit calamitatibus pondus, nec quisquam mortalium non magis quod etiam miratus est doluit.	(3) Все это надломило дух нашего Либералиса, несгибаемый и стойкий перед его собственными горестями. И не без причины: все неожиданное гнетет нас сильнее, невиданность прибавляет тяжести бедствиям, всякий смертный, удивляясь, горюет больше.
[4] Ideo nihil nobis inprovisum esse debet; in omnia praemittendus animus cogitandumque non quidquid solet sed quidquid potest fieri. Quid enim est quod non fortuna, cum voluit, ex florentissimo detrahat? quod non eo magis adgrediatur et quatiat quo speciosius fulget? Quid illi arduum quidve difficile est?	(4) Поэтому ничто не должно заставать нас врасплох. Нужно посылать душу навстречу всему и думать не о том, что случается обычно, а о том, что может случиться. Есть ли что-нибудь, чего фортуна при желании не сгубила бы в самом расцвете? на что бы не напала и не ударила тем грознее, чем ярче оно блистало? Есть ли трудное и недоступное для нее?
[5] Non una via semper, ne trita quidem incurrit: modo nostras in nos manus advocat, modo suis contenta	(5) Она налетает не всегда одним путем, не всегда проходит его до конца; иногда она поражает нас

viribus invenit pericula sine auctore. Nullum tempus exceptum est: in ipsis voluptatibus causae doloris oriuntur. Bellum in media pace consurgit et auxilia securitatis in metum transeunt: ex amico [fit] inimicus, hostis ex socio. In subitas tempestates hibernisque maiores agitur aestiva tranquillitas. Sine hoste patimur hostilia, et cladis causas, si alia deficiunt, nimia sibi felicitas invenit. Invadit temperantissimos morbus, validissimos pthisis, innocentissimos poena, secretissimos tumultus; eligit aliquid novi casus per quod velut oblitis vires suas ingerat.	нашими же руками, иногда, довольствуясь собственными силами, находит опасности без виновника. Безопасного времени нет. В разгаре наслаждений зарождаются причины боли; в мирную пору начинается война и оплоты безопасности делаются источниками страха; друг становится недругом, союзник - врагом. Летнее затишье разражается внезапной бурей хуже зимней; мы терпим все, что терпят от врагов, хотя их у нас нет, и если не имеется других причин для пораженья, их находит в самом себе чрезмерное счастье. Самых воздержных настигает болезнь, самых здоровых - чахотка, самых невинных - кара, самых нелюдимых - смута. Иногда случай избирает нечто новое, чтобы настигнуть своею силой позабывших о нем.
[6] Quidquid longa series multis laboribus, multa deum indulgentia struxit, id unus dies spargit ac dissipat. Longam moram dedit malis properantibus qui diem dixit: hora momentumque temporis evertendis imperis sufficit. Esset aliquod inbecillitatis nostrae solacium rerumque nostrarum si tam tarde perirent cuncta quam fiunt: nunc incrementa lente exeunt, festinatur in damnum.	(6) Что по строило ценою великих трудов, при великой благосклонности богов долгое время, то один день рушит и опрокидывает. Кто сказал "один день", тот дал долгий срок поспешающим бедам: довольно часа, мига, чтобы низвергнуть державу! Было бы некоторым утешеньем в нашем бессилии и в наших обстоятельствах, если бы все погибало так же медленно, как возникает; но нет, медлителен только прирост, ущерб тороплив.
[7] Nihil privatim, nihil publice stabile est; tam hominum quam urbium fata volvuntur. Inter placidissima terror existit nihilque extra tumultuantibus causis mala unde minime expectabantur erumpunt. Quae domesticis bellis steterant regna, quae externis, inpellente nullo ruunt: quota quaeque felicitatem civitas pertulit! Cogitanda ergo sunt omnia et animus adversus ea quae possunt evenire firmandus.	(7) Все непрочно - и частное, и общественное; судьба городов, как судьба людей, вертится колесом. Среди полного спокойствия встает ужас; нигде нет причин для смятенья - а беды налетают, откуда мы их меньше всего ждем. Царства, устоявшие и в междоусобных, и во внешних войнах, рушатся без всякого толчка. Много ли государств благополучно пережили счастье? Значит, нужно думать обо всем и укреплять дух против всего, что может случиться.
[8] Exilia, tormenta [morbi], bella, naufragia meditare. Potest te patriae, potest patriam tibi casus eripere, potest te in solitudines abigere, potest	(8) Держи в мыслях ссылку, пытки, войны, болезни, кораблекрушенья. Случай может отнять у тебя родину и тебя - у родины, может бросить тебя в

hoc ipsum in quo turba suffocatur fieri solitudo. Tota ante oculos sortis humanae condicio ponatur, nec quantum frequenter evenit sed quantum plurimum potest evenire praesumamus animo, si nolumus opprimi nec illis inusitatis velut novis obstupefieri; in plenum cogitanda fortuna est.	пустыню, может сделать пустыней место, где сейчас задыхаются в толпе. Пусть перед глазами у тебя будет все, что входит в человеческий удел. Будем предвосхищать в душе не то, что происходит часто, а самое худшее, что может произойти, если только мы не хотим пасть духом, поражаясь необычному как небывалому. Нужно иметь в виду все, что под силу фортуне.
[9] Quotiens Asiae, quotiens Achaiae urbes uno tremore ceciderunt! Quot oppida in Syria, quot in Macedonia devorata sunt! Cypron quotiens vastavit haec clades! Quotiens in se Paphus corruit! Frequenter nobis nuntiati sunt totarum urbium interitus, et nos inter quos ista frequenter nuntiantur, quota pars omnium sumus! Consurgamus itaque adversus fortuita et quidquid inciderit sciamus non esse tam magnum quam rumore iactetur.	(9) Сколько городов в Азии, сколько в Ахайе рушилось от одного землетрясенья? Сколько поглощено их в Сирии, в Македонии? Сколько раз опустошало Кипр это бедствие? Сколько раз рассыпался в прах Пафос? 3 Нам часто приносят вести о гибели целых городов; но мы-то, к кому часто приходят эти вести, большая ли часть всего мира? Так воспрянем духом перед лицом всего случайного,, и что бы ни произошло, будем знать: беда не так велика, как гласят о ней слухи.
[10] Civitas arsit opulenta ornamentumque provinciarum quibus et inserta erat et excepta, uni tamen inposita et huic non latissimo monti: omnium istarum civitatium quas nunc magnificas ac nobiles audis vestigia quoque tempus eradet. Non vides quemadmodum in Achaia clarissimarum urbium iam fundamenta consumpta sint nec quicquam extet ex quo appareat illas saltem fuisse?	(10) Выгорел богатый город, украшенье провинций, бывший их частью, но частью особой, и при этом стоявший на одном, не слишком высоком холме. Но когда-нибудь время изгладит даже следы всех тех городов, о величье и благородстве которых мы слышим теперь. Разве ты не видал, как в Ахайе изничтожились уже и основанья славных городов и не осталось ничего, что свидетельствовало бы о самом их существованье?
[11] Non tantum manu facta labuntur, nec tantum humana arte atque industria posita vertit dies: iuga montium diffluunt, totae desedere regiones, operta sunt fluctibus quae procul a conspectu maris stabant; vasta vis ignium colles per quos relucebat erosit et quondam altissimos vertices, solacia navigantium ac speculas, ad humile deduxit. Ipsius naturae opera vexantur et ideo aequo animo ferre debemus urbium excidia.	(11) Рушится не только рукотворное, череда дней опрокидывает не только воздвигнутое человеческим искусством и усердием; оплывают горные цепи, волны покрывают те места, откуда моря и вдали не видно было; огонь опустошил холмы, прежде сверкавшие огнями, обглодал прежде высокие вершины - утешенье мореходов, их маяки, - сравнял их с низинами. Творенья самой природы терпят урон - потому-то мы должны спокойно сносить гибель городов.

[12] Casurae stant; omnis hic exitus manet, sive [ventorum] interna vis flatusque per clusa violenti pondus sub quo tenentur excusserint, sive torrentium [impetus] in abdito vastior obstantia effregerit, sive flammarum violentia conpaginem soli ruperit, sive vetustas, a qua nihil tutum est, expugnaverit minutatim, sive gravitas caeli egesserit populos et situs deserta corruperit. Enumerare omnes fatorum vias longum est. Hoc unum scio: omnia mortalium opera mortalitate damnata sunt, inter peritura vivimus.	(12) Они возникают, чтобы упасть; всех ждет один конец, - сбрасывает ли внутренняя сила и напор сдавленного дыханья пригнетавший их груз4, вырываются ли запертые в глубине потоки, прорывает ли напор пламени плотность почвы, ведет ли медленное наступленье ветхость, от которой ничто не защищено, изгоняет ли народы тяжелый климат, превращая их жилище в пустыню. Слишком долго перечислять дороги судьбы. Знаю только одно: все создания смертных обречены смерти, мы живем среди бренности.
[13] Haec ergo atque eiusmodi solacia admoveo Liberali nostro incredibili quodam patriae suae amore flagranti, quae fortasse consumpta est ut in melius excitaretur. Saepe maiori fortunae locum fecit iniuria: multa ceciderunt ut altius surgerent. Timagenes, felicitati urbis inimicus, aiebat Romae sibi incendia ob hoc unum dolori esse, quod sciret meliora surrectura quam arsissent.	(13) Этими и подобными словами я утешаю Либералиса, пылающего какой-то невероятной любовью к родному городу, который, быть может, сгорел для того, чтобы подняться еще прекрасней. Часто урон расчищает место большей удаче; многое пало с тем, чтобы восстать выше и величественней. Тимаген5, ненавидевший счастье столицы, говорил, что пожары в Риме печалят его по одной причине: он знает, что все сгоревшее будет поднято из развалин еще краше.
[14] In hac quoque urbe veri simile est certaturos omnes ut maiora celsioraque quam amisere restituant. Sint utinam diuturna et melioribus auspiciis in aevum longius condita! Nam huic coloniae ab origine sua centensimus annus est, aetas ne homini quidem extrema. A Planco deducta in hanc frequentiam loci opportunitate convaluit: quot tamen gravissimos casus intra spatium humanae [pertulit] senectutis!	(14) И вероятно, что также и в том городе все будут состязаться, стараясь восстановить утраченное величавей и прочнее. Да будут нерушимы основания, заложенные ими при добрых знаменьях на долгий век! Ведь этой колонии от ее начала пошел сотый год, - а такой возраст и для человека не предел! Выведенная Планком, она окрепла и стала многолюдной благодаря удачному местоположению, но сколько тяжелых напастей вынесла за тот срок, пока человек успевает состариться!
[15] Itaque formetur animus ad intellectum patientiamque sortis suae et sciat nihil inausum esse fortunae, adversus imperia illam idem habere iuris quod adversus imperantis, adversus urbes idem posse quod adversus homines. Nihil horum indignandum est: in eum intravimus	(15) Пусть же наш дух научится понимать и терпеть свой жребий и знает, что фортуна отважится на все; у нее столько же прав над державами, сколько над самодержцами, столько же власти над городами, сколько над людьми. На это нельзя негодовать: ведь мы пришли в мир, где живут по

mundum in quo his legibus vivitur. Placet: pare. Non placet: quacumque vis exi. Indignare si quid in te iniqui proprie constitutum est; sed si haec summos imosque necessitas alligat, in gratiam cum fato revertere, a quo omnia resolvuntur.	этим законам. Нравится - подчиняйся, не нравится - убирайся любой дорогой! Негодуй, если несправедливое установление метит только в тебя, но если одна необходимость опутывает стоящих и высоко, и низко, примирись со все разрешающим роком!
[16] Non est quod nos tumulis metiaris et his monumentis quae viam disparia praetexunt: aequat omnis cinis. Inpares nascimur, pares morimur. Idem de urbibus quod de urbium incolis dico: tam Ardea capta quam Roma est. Conditor ille iuris humani non natalibus nos nec nominum claritate distinxit, nisi dum sumus: ubi vero ad finem mortalium ventum est, 'discede' inquit 'ambitio: omnium quae terram premunt siremps lex esto'. Ad omnia patienda pares sumus; nemo altero fragilior est, nemo in crastinum sui certior.	(16) Незачем мерить нас величиной гробниц и тех памятников, что стоят вдоль дороги, одни больше, другие меньше. Прах всех уравнивает: рождаемся мы неравными, умираем равными. И о городах я скажу то же, что о горожанах. Что Ардею6 взяли приступом, что Рим. Учредитель человеческого права разделил нас по родовитости и знатности имен, лишь покуда мы существуем. А когда смертному приходит конец, он изрекает: "Прочь тщеславие! Для всех отягощающих землю закон да будет один!" И необходимость все терпеть уравнивает нас: нет ни более хрупких, ни более уверенных в завтрашнем дне.
[17] Alexander Macedonum rex discere geometriam coeperat, infelix, sciturus quam pusilla terra esset, ex qua minimum occupaverat. Ita dico: 'infelix' ob hoc quod intellegere debebat falsum se gerere cognomen: quis enim esse magnus in pusillo potest? Erant illa quae tradebantur subtilia et diligenti intentione discenda, non quae perciperet vesanus homo et trans oceanum cogitationes suas mittens. 'Facilia' inquit 'me doce'. Cui praeceptor 'ista' inquit 'omnibus eadem sunt, aeque difficilia'.	(17) Александр, царь македонский, принялся изучать геометрию - несчастный! - только с тем, чтобы узнать, как мала земля, чью ничтожную часть он захватил. Несчастным я называю его потому, что он должен был понять ложность своего прозвища, - ибо можно ли быть великим на ничтожном пространстве? Обучали его всяким тонкостям, требующим прилежного внимания и непосильным для безумца, простирающего свои помыслы за океан. - "Учи меня чему-нибудь полегче!" - говорил он, и наставник отвечал: "Эти вещи для всех одинаково трудны!" -
[18] Hoc puta rerum naturam dicere: 'ista de quibus quereris omnibus eadem sunt; nulli dare faciliora possum, sed quisquis volet sibi ipse illa reddet faciliora'. Quomodo? aequanimitate. Et doleas oportet et sitias et esurias et senescas (si tibi longior contigerit inter homines mora) et aegrotes et perdas aliquid et pereas.	(18) Считай же, что так говорит тебе сама природа: "То, на что ты жалуешься, для всех одинаково, дать что-нибудь легче никому невозможно, но, кто хочет, может сам себе все облегчить". - Чем? - Спокойствием духа. Тебе придется и страдать, и терпеть жажду и голод, и стареть, если отпущен будет тебе долгий срок среди людей, и болеть, и нести утраты, и

	умереть.
[19] Non est tamen quod istis qui te circumstrepunt credas: nihil horum malum est, nihil intolerabile aut durum. Ex consensu istis metus est. Sic mortem times quomodo famam: quid autem stultius homine verba metuente? Eleganter Demetrius noster solet dicere eodem loco sibi esse voces inperitorum quo ventre redditos crepitus. 'Quid enim' inquit 'mea, susum isti an deosum sonent?'	(19) Но незачем верить тому, о чем шумят вокруг: все это не зло, не тяготы, которых не перенесть. Страх перед этим - из общего мнения; ты боишься смерти, как боятся молвы. А кто глупее человека, боящегося слов? Остроумно говорит об этом наш Деметрий: "Голоса невежд для меня то же самое, что испускаемые животом звуки: какая мне разница, спереди они вылетают или сзади?"
[20] Quanta dementia est vereri ne infameris ab infamibus! Quemadmodum famam extimuisti sine causa, sic et illa quae numquam timeres nisi fama iussisset. Num quid detrimenti faceret vir bonus iniquis rumoribus sparsus?	(20) Что за безумье - бояться бесславья от бесславных! И как сама молва, так и все названное мною страшно вам без причины: не будь приказа молвы, вы бы и не боялись. Какой ущерб человеку добра от враждебных толков?
[21] Ne morti quidem hoc apud nos noceat: et haec malam opinionem habet. Nemo eorum qui illam accusat expertus est: interim temeritas est damnare quod nescias. At illud scis, quam multis utilis sit, quam multos liberet tormentis, egestate, querellis, supplicis, taedio. Non sumus in ullius potestate, cum mors in nostra potestate sit. Vale.	(21) Пусть же и смерти не вредят они в нашем мнении, хоть слава7 у нее дурная. Никто из обвинителей ее не испытал, а осуждать то, чего не знаешь, - безрассудно. Зато ты знаешь, сколь многим она принесла пользу, сколь многих избавила от пыток, нищеты, от жалоб, от казни, от тоски. Пока смерть подвластна нам, мы никому не подвластны. Будь здоров.

XCII

[1] Puto, inter me teque conveniet externa corpori adquiri, corpus in honorem animi coli, in animo esse partes ministras, per quas movemur alimurque, propter ipsum principale nobis datas. In hoc principali est aliquid inrationale, est et rationale; illud huic servit, hoc unum est quod alio non refertur sed omnia ad se refert. Nam illa quoque divina ratio omnibus praeposita est, ipsa sub nullo est; et haec autem nostra eadem est, quae ex illa est.	(1) Я думаю, мы с тобою согласны в том, что все внешнее приобретается ради тела, о теле пекутся во имя души, что в душе есть части прислуживающие, - благодаря им мы движемся и питаемся, но даны они нам ради главного. А главное в ней состоит из разумной и неразумной части, которая в подчинении у разумной, она же одна ни с чем не соотносится и все соотносит с собою. Ведь и божественный разум стоит во главе всего и ничему не подчинен, и наш разум, происходящий от него, таков же.
[2] Si de hoc inter nos convenit, sequitur ut de illo quoque conveniat, in hoc uno positam esse beatam vitam, ut in nobis ratio perfecta sit.	(2) Если в этом мы согласны, то непременно согласимся и в другом: блаженная жизнь заключается в том, чтобы разум наш был совершенен. Ведь

Haec enim sola non summittit animum, stat contra fortunam; in quolibet rerum habitu ~servitus~ servat. Id autem unum bonum est quod numquam defringitur. Is est, inquam, beatus quem nulla res minorem facit; tenet summa, et ne ulli quidem nisi sibi innixus; nam qui aliquo auxilio sustinetur potest cadere. Si aliter est, incipient multum in nobis valere non nostra. Quis autem vult constare fortuna aut quis se prudens ob aliena miratur?	он один не порабощает души, противостоит фортуне, охраняет нашу безопасность, как бы ни сложились обстоятельства. В этом - единственное нерушимое благо. Счастлив, повторяю, тот, кого ничто не умалит; он стоит на вершине и опирается только на самого себя, - а кто держится чужой помощью, тот может и упасть. В ином случае над ними обретает силу многое, нам не принадлежащее. Кто захочет иметь опорой фортуну? Какой здравомыслящий человек станет собою восхищаться, накопив чужое?
[3] Quid est beata vita? securitas et perpetua tranquillitas. Hanc dabit animi magnitudo, dabit constantia bene iudicati tenax. Ad haec quomodo pervenitur? si veritas tota perspecta est; si servatus est in rebus agendis ordo, modus, decor, innoxia voluntas ac benigna, intenta rationi nec umquam ab illa recedens, amabilis simul mirabilisque. Denique ut breviter tibi formulam scribam, talis animus esse sapientis viri debet qualis deum deceat.	(3) Что есть блаженная жизнь? Безопасность и постоянное спокойствие. А их дает величье духа, дает упорство и постоянство в том, что хорошо обдумано. Как прийти к этому? Постичь истину целиком; соблюдать во всех поступках порядок, меру, приличие и добрую волю, благожелательную, неизменно послушную разуму, достойную и любви, и восхищенья. Чтобы сказать все коротко и ясно, напишу так: дух мудреца должен быть таким, какой приличествует и богу.
[4] Quid potest desiderare is cui omnia honesta contingunt? Nam si possunt aliquid non honesta conferre ad optimum statum, in his erit beata vita sine quibus non est. Et quid turpius stultiusve quam bonum rationalis animi ex inrationalibus nectere?	(4) Чего желать тому, кому досталось все честное? Ведь если что-нибудь, помимо честного, может способствовать благоденствию, тогда из того же самого будет состоять и блаженная жизнь, а без этого ее не бывает. Но что может быть глупее и позорнее, чем полагать, будто благо разумного духа слагается из вещей неразумных?
[5] Quidam tamen augeri summum bonum iudicant, quia parum plenum sit fortuitis repugnantibus. Antipater quoque inter magnos sectae huius auctores aliquid se tribuere dicit externis, sed exiguum admodum. Vides autem quale sit die non esse contentum nisi aliquis igniculus adluxerit: quod potest in hac claritate solis habere scintilla momentum?	(5) Некоторые, однако, считают, будто высшее благо можно увеличить, ибо оно неполно, когда ему противятся вещи случайные. Даже Антипатр, один из великих чиноначальников этой школы, сказал, что придает внешнему некоторое значение, хотя и очень небольшое. Но разве ты не видишь, - это ведь то же самое, что быть недовольным дневным светом, если не горит еще какой-нибудь огонек? Много ли значит малая искра при сияющем солнце?
[6] Si non es sola honestate contentus,	(6) Если ты недоволен только тем, что

necesse est aut quietem adici velis, quam Graeci aochlesian vocant, aut voluptatem. Horum alterum utcumque recipi potest; vacat enim animus molestia liber ad inspectum universi, nihilque illum avocat a contemplatione naturae. Alterum illud, voluptas, bonum pecoris est: adicimus rationali inrationale, honesto inhonestum, magno * * * vitam facit titillatio corporis?	честно, значит, ты непременно хочешь прибавить к нему или покой, который греки называют ао^лтрса, или наслажденье. Первый еще можно принять: душе ничто не докучает, и она вольна вглядываться во вселенную, ничем не отвлекаемая от созерцанья природы. А вот наслажденье - это благо для скотов. К разумному мы добавляем неразумное, к честному - бесчестное. Когда щекочут наше тело, это тоже наслажденье,
[7] Quid ergo dubitatis dicere bene esse homini, si palato bene est? Et hunc tu, non dico inter viros numeras, sed inter homines, cuius summum bonum saporibus et coloribus et sonis constat? Excedat ex hoc animalium numero pulcherrimo ac dis secundo; mutis adgregetur animal pabulo laetum.	(7) так что же вы не решаетесь сказать, что человек блаженствует, когда небо его ублажено? И ты причисляешь пусть не к мужам, но хотя бы к людям того, для кого высшее благо состоит из вещей приятных: лакомств, красок, звуков? Прочь его из прекрасного разряда существ, второго после богов, - к бессловесным скотам, ибо сам он животное, довольное кормом.
[8] Inrationalis pars animi duas habet partes, alteram animosam, ambitiosam, inpotentem, positam in adfectionibus, alteram humilem, languidam, voluptatibus deditam: illam effrenatam, meliorem tamen, certe fortiorem ac digniorem viro, reliquerunt, hanc necessariam beatae vitae putaverunt, enervem et abiectam.	(8) Неразумная часть души сама состоит из двух половин: первая - отважная, честолюбивая, безудержная, подверженная страстям; вторая - низменная, томная, преданная наслаждениям. Половину необузданную, но лучшую и, во всяком случае, сильнейшую и достойнейшую мужа, некоторые отставляют, а для блаженной жизни считают необходимой половину хилую и низкую.
[9] Huic rationem servire iusserunt, et fecerunt animalis generosissimi summum bonum demissum et ignobile, praeterea mixtum portentosumque et ex diversis ac male congruentibus membris. Nam ut ait Vergilius noster in Scylla,	(9) Разум они заставляют служить ей, унижая и опошляя благо самого высокого по рожденью существа, превращая к тому же это благо в нечто чудовищное, составленное из разных и не подходящих друг к другу членов. Так говорит в "Сцилле" наш Вергилий:
prima hominis facies et pulchro pectore virgo *pube tenus, postrema inmani corpore pistrix* *delphinum caudas utero commissa luporum.*	*Сверху - дева она лицом и грудью прекрасной,* *Снизу - тело у ней морской чудовищной рыбы,* *Волчий мохнатый живот и хвост огромный дельфина.*
Huic tamen Scyllae fera animalia adiuncta sunt, horrenda, velocia: at isti sapientiam ex quibus composuere portentis?	С этой Сциллой срослись хотя бы животные свирепые, страшные и проворные; а из каких чудищ составляют иные мудрость?

[10] Prima pars hominis est ipsa virtus; huic committitur inutilis caro et fluida, receptandis tantum cibis habilis, ut ait Posidonius. Virtus illa divina in lubricum desinit et superioribus eius partibus venerandis atque caelestibus animal iners ac marcidum adtexitur. Illa utcumque altera quies nihil quidem ipsa praestabat animo, sed inpedimenta removebat: voluptas ultro dissolvit et omne robur emollit. Quae invenietur tam discors inter se iunctura corporum? Fortissimae rei inertissima adstruitur, severissimae parum seria, sanctissimae intemperans usque ad incesta.	(10) "Первейшее искусство человека, - говорил Посидоний, - это сама добродетель, ей вверена бесполезная и хлипкая плоть, годная лишь на то, чтобы принимать пищу". Божественная добродетель переходит во что-то скользкое, и к верхней части, достойной поклонения и причастной небу, оказывается прилепленным бессильное, ленивое животное: покой, хоть его место сразу же после добродетели, сам ничего не дает душе и только устраняет помехи; наслаждение же изнеживает ее и подтачивает любую ее твердость. Можно ли найти сочетание тел, больше рознящихся между собою? С самым сильным соединяют самое вялое, с суровым - пустячное, с чистейшим - не знающее удержу ни в чем, вплоть до кровосмешенья. -
[11] 'Quid ergo?' inquit 'si virtutem nihil inpeditura sit bona valetudo et quies et dolorum vacatio, non petes illas?' Quidni petam? non quia bona sunt, sed quia secundum naturam sunt, et quia bono a me iudicio sumentur. Quid erit tunc in illis bonum? hoc unum, bene eligi. Nam cum vestem qualem decet sumo, cum ambulo ut oportet, cum ceno quemadmodum debeo, non cena aut ambulatio aut vestis bona sunt, sed meum in iis propositum servantis in quaque re rationi convenientem modum.	(11) "Так что же, если крепкое здоровье, и покой, и отсутствие страданья ничуть не мешают добродетели, ты не станешь к ним стре миться?" - Почему же? Но стремлюсь я к ним не как к благам, а потому только, что они не противны природе и я принимаю их по здравому сужденью. Какое же в них будет тогда благо? Только одно: правильность выбора. Ведь когда я беру одежду, какую мне подобает, когда гуляю, сколько положено, когда ужинаю, как мне должно, то не ужин, не прогулка, не одежда суть блага, а мое обращение с ними, мое умение соблюсти в каждом деле отвечающую разуму меру.
[12] Etiamnunc adiciam: mundae vestis electio adpetenda est homini; natura enim homo mundum et elegans animal est. Itaque non est bonum per se munda vestis sed mundae vestis electio, quia non in re bonum est sed in electione quali; actiones nostrae honestae sunt, non ipsa quae aguntur.	(12) Я и сейчас повторю: выбрать чистую одежду - это достойный предмет стремлений, потому что человек по природе - существо чистое и опрятное. Выходит, благо есть не сама по себе чистая одежда, а выбор чистой одежды, так как благо - не в самой вещи, а в ее выборе, и честность заключена в нашем действии, а не в том, на что оно направлено.
[13] Quod de veste dixi, idem me dicere de corpore existima. Nam hoc quoque natura ut quandam vestem animo circumdedit; velamentum eius	(13) Можешь считать, что сказанное мною о вещах сказано и о теле. Ведь им природа облекла душу, словно некой одеждой, тело - ее покров. Но кто ценит

est. Quis autem umquam vestimenta aestimavit arcula? nec bonum nec malum vagina gladium facit. Ergo de corpore quoque idem tibi respondeo: sumpturum quidem me, si detur electio, et sanitatem et vires, bonum autem futurum iudicium de illis meum, non ipsa.	одежду по сундуку? Ножны не делают меч ни лучше, ни хуже. И о теле я говорю тебе то же самое: если мне предоставят выбор, я предпочту здоровье и силу, но благом будет мое сужденье о них, а не они сами.
[14] 'Est quidem' inquit 'sapiens beatus; summum tamen illud bonum non consequitur nisi illi et naturalia instrumenta respondeant. Ita miser quidem esse qui virtutem habet non potest, beatissimus autem non est qui naturalibus bonis destituitur, ut valetudine, ut membrorum integritate.'	(14) Говорят2 и так: "Мудрец, конечно, блажен; но высшего блага достигает он, только если этому способствуют естественные подспорья. Потому обладающий добродетелью не может быть несчастен, но и высшего блаженства нет у него, если он лишен естественных благ, таких, как здоровье и отсутствие увечий".
[15] Quod incredibilius videtur, id concedis, aliquem in maximis et continuis doloribus non esse miserum, esse etiam beatum: quod levius est negas, beatissimum esse. Atqui si potest virtus efficere ne miser aliquis sit, facilius efficiet ut beatissimus sit; minus enim intervalli a beato ad beatissimum restat quam a misero ad beatum. An quae res tantum valet ut ereptum calamitatibus inter beatos locet non potest adicere quod superest, ut beatissimum faciat? in summo deficit clivo?	(15) Однако ты при этом допускаешь вещь более невероятную: даже терпящий сильную и непрерывную боль может не быть несчастным и даже быть блаженным; а вот высшее блаженство у него ты отрицаешь, хоть это и меньше. Ибо если добродетель может сделать так, чтобы человек не был несчастен, ей еще легче дать ему высшее блаженство, - ведь расстояние от блаженства до высшего блаженства меньше, чем от несчастья до блаженства. Так неужели же то, что способно вырвать человека из всех превратностей и перенести его в число блаженных, не может сделать и остального - дать ему высшее блаженство? Неужели оно лишится сил у самой вершины склона?
[16] Commoda sunt in vita et incommoda, utraque extra nos. Si non est miser vir bonus quamvis omnibus prematur incommodis, quomodo non est beatissimus si aliquibus commodis deficitur? Nam quemadmodum incommodorum onere usque ad miserum non deprimitur, sic commodorum inopia non deducitur a beatissimo, sed tam sine commodis beatissimus est quam non est sub incommodis miser; aut potest illi eripi bonum suum, si potest minui.	(16) В жизни есть вещи приятные, есть неприятности, но и то и другое - вне нас. Если человек добра не бывает несчастен даже под гнетом всяческих неприятностей, неужто он не испытывает высшего блаженства только потому, что лишен той или иной приятной вещи? Нет, как под грузом неприятностей он не согнется настолько, чтобы стать несчастным, так недостаток приятного не низведет его с вершины блаженства; высшее блаженство он испытывает независимо от всех приятных вещей так же, как среди неприятностей не бывает

	несчастен, - а если его высшее благо можно уменьшить, значит, можно его и отнять.
[17] Paulo ante dicebam igniculum nihil conferre lumini solis; claritate enim eius quidquid sine illo luceret absconditur. 'Sed quaedam' inquit 'soli quoque opstant.' At sol integer est etiam inter opposita, et quamvis aliquid interiacet quod nos prohibeat eius aspectu, in opere est, cursu suo fertur; quotiens inter nubila eluxit, non est sereno minor, ne tardior quidem, quoniam multum interest utrum aliquid obstet tantum an inpediat.	(17) Я недавно говорил, что огонек ничего не добавляет к свету солнца, затмевающего все, что блестит без-него. - "Но порой застится и солнце!" - Сила и яркость солнца не убавляются и среди препон; пусть стоит между ним и нами преграда и не дает нам его увидеть, - оно делает свое дело, идет своим путем. Пусть солнце светит за облаками - оно от этого не тусклее и не медлительней, потому что застить его и препятствовать ему - не одно и то же.
[18] Eodem modo virtuti opposita nihil detrahunt: non est minor, sed minus fulget. Nobis forsitan non aeque apparet ac nitet, sibi eadem est et more solis obscuri in occulto vim suam exercet. Hoc itaque adversus virtutem possunt calamitates et damna et iniuriae quod adversus solem potest nebula.	(18) Так же и все противостоящее добродетели ничего у нее не отнимает. Она не становится меньше, только не так сверкает; сама по себе она все та же и бьет нам в глаза своим блеском, невидимо проявляет свою силу, наподобье солнца во мгле. Против добродетели все беды, все уроны, все обиды так же бессильны, как облака против солнца.
[19] Invenitur qui dicat sapientem corpore parum prospero usum nec miserum esse nec beatum. Hic quoque fallitur; exaequat enim fortuita virtutibus et tantundem tribuit honestis quantum honestate carentibus. Quid autem foedius, quid indignius quam comparari veneranda contemptis? Veneranda enim sunt iustitia, pietas, fides, fortitudo, prudentia: e contrario vilia sunt quae saepe contingunt pleniora vilissimis, crus solidum et lacertus et dentes et horum sanitas firmitasque.	(19) Есть и такие что говорят, будто мудрец, чье тело не в столь уж цветущем состоянии, и не несчастен, и не блажен. Но и это заблуждение: добродетели приравниваются к вещам случайным, мужам честным приписывается то же, что и лишенным честности. А есть ли что более мерзкое и недостойное, чем сравнивать вещи почтенные и презренные? Почтенны справедливость, благочестье, верность, храбрость, разумность; и наоборот, ничего не стоит то, что чаще и больше всего достается людям нестоящим: могучие и всегда здоровые и крепкие голени, и плечи, и зубы.
[20] Deinde si sapiens cui corpus molestum est nec miser habebitur nec beatus, sed [in] medio relinquetur, vita quoque eius nec adpetenda erit nec fugienda. Quid autem tam absurdum quam sapientis vitam adpetendam non esse? aut quid tam extra fidem quam esse aliquam vitam	(20) И потом, если считать недужного телом мудреца ни несчастным, ни блаженным, если оставить его посередке, то и жизнь его не такова, чтобы к ней стремиться или от нее бежать. Но разве не нелепо утверждать, что к жизни мудреца не надобно стремиться? И можно ли поверить,

nec adpetendam nec fugiendam? Deinde si damna corporis miserum non faciunt, beatum esse patiuntur; nam quibus potentia non est in peiorem transferendi statum, ne interpellandi quidem optimum.	будто есть такая жизнь, чтобы незачем было ни стремиться к ней, ни от нее бежать? Далее, если изъяны тела не делают несчастным, они позволяют быть и блаженным. Ведь что бессильно ухудшить наше состояние, то и наилучшему состоянию неспособно положить конец.
[21] 'Frigidum' inquit 'aliquid et calidum novimus, inter utrumque tepidum est; sic aliquis beatus est, aliquis miser, aliquis nec beatus nec miser.' Volo hanc contra nos positam imaginem excutere. Si tepido illi plus frigidi ingessero, fiet frigidum; si plus calidi adfudero, fiet novissime calidum. At huic nec misero nec beato quantumcumque ad miserias adiecero, miser non erit, quemadmodum dicitis; ergo imago ista dissimilis est.	(21) Мне возразят: "Мы знаем холодное и горячее, но между ними есть еще теплое; так же один блажен, другой несчастен, третий - ни блажен, ни несчастен". - Я хочу разбить это выдвинутое против нас сравнение. Если я добавлю к теплому больше холодного, оно станет холодным, если больше горячего, оно станет в конце концов горячим. А если тому, кто ни блажен, ни несчастен, я добавлю несчастий, он, по-вашему, не станет несчастным; значит, ваше сравненье не похоже.
[22] Deinde trado tibi hominem nec miserum nec beatum. Huic adicio caecitatem: non fit miser; adicio debilitatem: non fit miser; adicio dolores continuos et graves: miser non fit. Quem tam multa mala in miseram vitam non transferunt ne ex beata quidem educunt.	(22) И потом: вот тебе человек ни блаженный, ни несчастный; я добавлю к его бедам слепоту, - он не станет несчастным, добавлю изнуренье, - он не станет несчастным, добавлю постоянные тяжкие боли, - он не станет несчастным. Чью жизнь столько бед не сделают несчастной, у того они и блаженной жизни не отнимут.
[23] Si non potest, ut dicitis, sapiens ex beato in miserum decidere, non potest in non beatum. Quare enim qui labi coepit alicubi subsistat? quae res illum non patitur ad imum devolvi retinet in summo. Quidni non possit beata vita rescindi? ne remitti quidem potest, et ideo virtus ad illam per se ipsa satis est.	(23) Кто подался, как ему остановиться? А если что не дает ему скатиться донизу, оно же удержит его и на вершине. - "Неужели невозможно уничтожить блаженство в жизни?" - Его даже и убавить нельзя! Потому-то одной добродетели и довольно для блаженной жизни. -
[24] 'Quid ergo?' inquit 'sapiens non est beatior qui diutius vixit, quem nullus avocavit dolor, quam ille qui cum mala fortuna semper luctatus est?' Responde mihi: numquid et melior est et honestior? Si haec non sunt, ne beatior quidem est. Rectius vivat oportet ut beatius vivat: si rectius non potest, ne beatius quidem. Non intenditur virtus, ergo ne beata quidem vita, quae ex virtute est.	(24) "Что же, стало быть, тот мудрец, кто дольше жил, кого не отвлекала никакая боль, не блаженнее того, кто всегда боролся со злою судьбой?" - Ответь мне: разве он лучше и честнее? А если нет, так он и не блаженнее. Чтобы жить блаженнее, нужно жить правильнее; кто не может жить правильнее, тот и блаженнее не будет. Добродетель не знает прироста, - значит, не знает его и блаженная

Virtus enim tantum bonum est ut istas accessiones minutas non sentiat, brevitatem aevi et dolorem et corporum varias offensiones; nam voluptas non est digna ad quam respiciat.	жизнь, чей источник - добродетель. - Сама добродетель - столь великое благо, что и не замечает привходящих мелочей, таких, как краткость века, горе, всяческие телесные страдания. Ибо и наслажденье недостойно того, чтоб она на него оглядывалась.
[25] Quid est in virtute praecipuum? futuro non indigere nec dies suos conputare. In quantulo libet tempore bona aeterna consummat. Incredibilia nobis haec videntur et supra humanam naturam excurrentia; maiestatem enim eius ex nostra inbecillitate metimur et vitiis nostris nomen virtutis inponimus. Quid porro? non aeque incredibile videtur aliquem in summis cruciatibus positum dicere 'beatus sum'? Atqui haec vox in ipsa officina voluptatis audita est. 'Beatissimum' inquit 'hunc et ultimum diem ago' Epicurus, cum illum hinc urinae difficultas torqueret, hinc insanabilis exulcerati dolor ventris.	(25) Что главное в добродетели? - Будущее ей не нужно, дней она не считает: в самый ничтожный срок она вкусит вечные блага. Это все кажется нам невероятным, превосходящим человеческую природу затем, что мы мерим ее величие собственной немощью и прилагаем имя добродетели к собственным порокам. Но разве не столь же невероятными кажутся слова, которые некто мог сказать среди жесточайших мучений: "Какое блаженство!" - А ведь этот голос донесся из самой мастерской наслажденья! "Это мой последний и самый блаженный день!" - так сказал Эпикур3, измученный и задержкой мочи, и болью незаживающих язв на животе.
[26] Quare ergo incredibilia ista sint apud eos qui virtutem colunt, cum apud eos quoque reperiantur apud quos voluptas imperavit? Hi quoque degeneres et humillimae mentis aiunt in summis doloribus, in summis calamitatibus sapientem nec miserum futurum nec beatum. Atqui hoc quoque incredibile est, immo incredibilius; non video enim quomodo non in imum agatur e fastigio suo deiecta virtus. Aut beatum praestare debet aut, si ab hoc depulsa est, non prohibebit fieri miserum. Stans non potest mitti: aut vincatur oportet aut vincat.	(26) Так невероятна ли такая вещь для почитателей добродетели, если ее можно найти и у подданных наслаждения? Они, выродившиеся, низкие духом, утверждают, будто среди тягчайших страданий, тягчайших бедствий мудрец будет ни несчастен, ни блажен. Но это невероятнее невероятного! Я не вижу, почему бы добродетели, сброшенной с ее высоты, не скатиться до самого низа! Она либо должна давать блаженство, либо, если ее от этого отрешили, ей не помешать нам стать несчастными. Покуда она на ногах, ее не прогнать: ей подобает только полное пораженье - или полная победа. -
[27] 'Dis' inquit 'inmortalibus solis et virtus et beata vita contigit, nobis umbra quaedam illorum bonorum et similitudo; accedimus ad illa, non pervenimus.' Ratio vero dis hominibusque communis est: haec in illis consummata est, in nobis consummabilis.	(27) Говорят и так: "Только бессмертным богам досталась на долю и добродетель, и блаженная жизнь, - а нам лишь некое подобье и тень божеских благ, к которым мы приближаемся, чтобы никогда их не достигнуть". Но ведь разум у людей и богов один: в них он совершенен, в нас

	поддается совершенствованию.
[28] Sed ad desperationem nos vitia nostra perducunt. Nam ille alter secundus est ut aliquis parum constans ad custodienda optima, cuius iudicium labat etiamnunc et incertum est. Desideret oculorum atque aurium sensum, bonam valetudinem et non foedum aspectum corporis et habitu manente suo aetatis praeterea longius spatium.	(28) А доводят нас до безнадежности наши пороки. Вторым после мудреца стоит тот, в ком еще мало стойкости, чтобы всегда блюсти наилучшее, чье суждение еще нетвердо и колеблется. Ему хочется иметь острый слух и зрение, крепкое здоровье, тело, не отталкивающее на вид и всегда сохраняющее крепость, и срок жизни подольше;
[29] Per haec potest non paenitenda agi vita, at inperfecto viro huic malitiae vis quaedam inest, quia animum habet mobilem ad prava, illa ~aitarens malitia et ea agitata~ abest [de bono]. Non est adhuc bonus, sed in bonum fingitur; cuicumque autem deest aliquid ad bonum, malus est.	(29) так неужели он на всем его протяжении не сделает ничего такого, в чем придется каяться? В человеке несовершенном пребывает некая сила зла; душа у него подвижна, сохранившееся в ней зло гонит ее, и, гонимая, она отдаляется от блага4. Пока он еще не стал человеком добра, - но становится им. А кто еще добра не достиг, тот плох. ТолькоТот, в чьем теле живут и отвага, и добродетель,5равен богам; к ним он стремится, помня о своем происхожденье.
[30]Sed *si cui virtus animusque in corpore praesens,*	*(30)Ни для кого не зазорны старанья подняться туда, откуда спустился*
hic deos aequat, illo tendit originis suae memor. Nemo inprobe eo conatur ascendere unde descenderat. Quid est autem cur non existimes in eo divini aliquid existere qui dei pars est? Totum hoc quo continemur et unum est et deus; et socii sumus eius et membra. Capax est noster animus, perfertur illo si vitia non deprimant. Quemadmodum corporum nostrorum habitus erigitur et spectat in caelum, ita animus, cui in quantum vult licet porrigi, in hoc a natura rerum formatus est, ut paria dis vellet; et si utatur suis viribus ac se in spatium suum extendat, non aliena via ad summa nititur.	Какие у тебя причины не верить в божественность того, кто сам есть частица бога? Все окружающее нас едино, оно и есть бог, мы же - и его соучастники, и члены его тела. Наша душа способна вместить его и вознестись к нему, если ее не пригнетают пороки. Как положение нашего тела - прямое и устремленное к небу, так и душа наша, которой можно подняться, насколько она хочет, с тем и создана природой, чтобы желать равного с богами и так не оставлять праздными своих сил и самой развертываться во всю ширь. Не чужою дорогой карабкается она ввысь; трудно было бы идти к небу, - а она возвращается.
[31] Magnus erat labor ire in caelum: redit. Cum hoc iter nactus est, vadit audaciter contemptor omnium nec ad pecuniam respicit aurumque et argentum, illis in quibus iacuere	(31) Встав на этот путь, она шествует смело, презревши все, не оглядываясь на деньги: золото и серебро для нее достойны того мрака, в котором лежали, она ценит их не по блеску,

tenebris dignissima, non ab hoc aestimat splendore quo inperitorum verberant oculos, sed a vetere caeno ex quo illa secrevit cupiditas nostra et effodit. Scit, inquam, aliubi positas esse divitias quam quo congeruntur; animum impleri debere, non arcam.	бьющему в глаза невеждам, но по прежней грязи, из которой выкопала их наша алчность. Она, повторяю, знает, что богатства не там, где их копят, - наполнять надо душу, а не мошну.
[32] Hunc inponere dominio rerum omnium licet, hunc in possessionem rerum naturae inducere, ut sua orientis occidentisque terminis finiat, deorumque ritu cuncta possideat, cum opibus suis divites superne despiciat, quorum nemo tam suo laetus est quam tristis alieno.	(32) Пусть она будет хозяйкой всех вещей, пусть вступает во владение всей природой, чтобы ограничить свои владения пределами востока и запада, чтобы обладать всем по обычаю богов и с высоты своего изобилия презирать богачей, не столько радующихся своим сокровищам, сколько удрученных чужими.
[33] Cum se in hanc sublimitatem tulit, corporis quoque ut oneris necessarii non amator sed procurator est, nec se illi cui inpositus est subicit. Nemo liber est qui corpori servit; nam ut alios dominos quos nimia pro illo sollicitudo invenit transeas, ipsius morosum imperium delicatumque est.	(33) Поднявшись на такую высоту, душа и о плоти заботится, как о неизбежном грузе, но не любит ее и не подчиняется тому, над чем поставлена. Не бывает свободным раб своей плоти. Ведь, не говоря о других хозяевах, которых не миновать, если слишком о ней заботиться, собственная ее власть и своенравна, и прихотлива.
[34] Ab hoc modo aequo animo exit, modo magno prosilit, nec quis deinde relicti eius futurus sit exitus quaerit; sed ut ex barba capilloque tonsa neglegimus, ita ille divinus animus egressurus hominem, quo receptaculum suum conferatur, ignis illud ~excludat~ an terra contegat an ferae distrahant, non magis ad se iudicat pertinere quam secundas ad editum infantem. Utrum proiectum aves differant an consumatur	(34) Из своей плоти душа либо выходит спокойно, либо отважно спешит прочь и не спрашивает, что случится потом с останками. Как мы пренебрегаем остриженными волосами и бородой, так и божественная душа, собираясь покинуть человека, не заботится, куда перенесено будет ее прежнее вместилище; спалит ли его огонь, покроет ли земля, растерзают ли звери, - все это. на ее взгляд, имеет к ней так же мало касательства, как послед - к новорожденному. Что переставшему существовать до того, растащат ли птицы его тело, или оно будет сожрано, отданное
canibus data praeda marinis,	*морским собакам в добычу?* "
quid ad illum qui nullus [est]?	
[35] Sed tunc quoque cum inter homines est, [non] timet ullas post mortem minas eorum quibus usque ad mortem timeri parum est. 'Non conterret' inquit 'me nec uncus nec proiecti ad contumeliam cadaveris laceratio foeda visuris. Neminem de	(35) Но и пребывая среди людей, мудрый не страшится посмертных угроз от тех. кому мало, чтобы люди их боялись вплоть до своей смерти. "Нет, говорит он, - мне не страшны крючья, не страшно гнусное для тех, кто увидит, растерзание брошенного на поругание

supremo officio rogo, nulli reliquias meas commendo. Ne quis insepultus esset rerum natura prospexit: quem saevitia proiecerit dies condet.' Diserte Maecenas ait,	тела. Я никого не прошу отдать мне последний долг, никому не поручаю моих останков; природа сама заботится, чтобы никто не лишился погребенья. Время схоронит тех. кого жестокость вышвырнула в поле". Превосходно говорит Меценат:
nec tumulum curo: sepelit natura relictos.	*Что мне гробница моя? Похоронит останки природа!*
Alte cinctum putes dixisse; habuit enim ingenium et grande et virile, nisi illud secunda discinxissent. Vale.	Можно подумать, будто это сказано человеком, высоко подпоясанным! От природы он был велик и мужествен духом, да только распустился от постоянных удач 7. Будь здоров

XCIII

[1] In epistula qua de morte Metronactis philosophi querebaris, tamquam et potuisset diutius vivere et debuisset, aequitatem tuam desideravi, quae tibi in omni persona, in omni negotio superest, in una re deest, in qua omnibus: multos inveni aequos adversus homines, adversus deos neminem. Obiurgamus cotidie fatum: 'quare ille in medio cursu raptus est? quare ille non rapitur? quare senectutem et sibi et aliis gravem extendit?'	(1) В том письме, где ты сетовал по поводу смерти философа Метронакта, словно он и мог, и должен был бы пожить дольше, я не обнаружил обычной твоей справедливости, которая всегда при тебе, кем бы ты ни стал и чем бы ни занимался, и которой тебе недостает только в одном - в том же, в чем и всем. Я встречал многих, кто был справедлив к людям, и ни одного, кто был бы справедлив к богам. Мы каждый день ругаем рок: почему того-то он унес посредине пути? почему не унесет такого-то,. а продлевает его старость, тягостную и для него, и для других?
[2] Utrum, obsecro te, aequius iudicas, te naturae an tibi parere naturam? quid autem interest quam cito exeas unde utique exeundum est? Non ut diu vivamus curandum est, sed ut satis; nam ut diu vivas fato opus est, ut satis, animo. Longa est vita si plena est; impletur autem cum animus sibi bonum suum reddidit et ad se potestatem sui transtulit.	(2) Молю" тебя, рассуди по справедливости: ты ли должен подчиняться природе, или природа тебе? Какая разница, скоро или нескоро уйдешь ты оттуда,. откуда все равно придется уйти? Заботиться нужно не о том, чтобы жить долго, а о том, чтобы прожить довольно. Будешь ли ты жить долго, зависит от рока, будешь ли вдосталь, - от твоей души. Полная жизнь всегда долгая, а полна она, если душа сама для себя становится благом и сама получает власть над собою.
[3] Quid illum octoginta anni iuvant per inertiam exacti? non vixit iste sed in vita moratus est, nec sero mortuus est, sed	(3) Много ли радости прожить восемьдесят лет в праздности? Такой человек и не жил, а замешкался

diu. 'Octoginta annis vixit.' Interest mortem eius ex quo die numeres. 'At ille obiit viridis.'	среди, живых, и не поздно умер, а долго умирал. Прожил восемьдесят лет! Но дело-то в том, с какого дня его считать мертвым.
[4] Sed officia boni civis, boni amici, boni filii executus est; in nulla parte cessavit; licet aetas eius inperfecta sit, vita perfecta est. 'Octoginta annis vixit.' Immo octoginta annis fuit, nisi forte sic vixisse eum dicis quomodo dicuntur arbores vivere. Obsecro te, Lucili, hoc agamus ut quemadmodum pretiosa rerum sic vita nostra non multum pateat sed multum pendeat; actu illam metiamur, non tempore. Vis scire quid inter hunc intersit vegetum contemptoremque fortunae functum omnibus vitae humanae stipendiis atque in summum bonum eius evectum et illum cui multi anni transmissi sunt? alter post mortem quoque est, alter ante mortem perit.	(4) А этот погиб во цвете лет! - Однако выполнил обязанности доброго гражданина, доброго друга, доброго сына и нигде ничего не упустил. Пусть век его неполон, зато жизнь полна. Прожил восемьдесят лет! Нет, восемьдесят лет просуществовал, - если только не говорить "прожил" в том же смысле, как говорят "дерево живет". Молю тебя, мой Луцилий, постарайся, чтобы жизнь наша, подобно" драгоценностям, брала не величиной, а весом. Будем мерить ее делами, а не сроком. Хочешь знать, в чем разница между мужем бодрым, презирающим фортуну, выполнившим все, что положено на службе у жизни,, поднявшимся до высшего ее блага, и тем, у кого за плечами долгие годы? Один пребывает и после смерти, другой погиб, не успев умереть.
[5] Laudemus itaque et in numero felicium reponamus eum cui quantulumcumque temporis contigit bene conlocatum est. Vidit enim veram lucem; non fuit unus e multis; et vixit et viguit. Aliquando sereno usus est, aliquando, ut solet, validi sideris fulgor per nubila emicuit. Quid quaeris quamdiu vixerit? vivit: ad posteros usque transiluit et se in memoriam dedit.	(5) Так будем славить и причислять к счастливцам того, кто и отпущенной ему малости нашел хорошее применение. Он увидел истинный свет, не был одним из многих, он жил, а не прозябал. Иногда небо над ним было ясно, иногда, как бывает, сиянье могучего светила мерцало ему сквозь облака. Зачем спрашивать, долго ли он прожил? Он жил! Он пришел и к потомкам, оставив по себе память.
[6] Nec ideo mihi plures annos accedere recusaverim; nihil tamen mihi ad beatam vitam defuisse dicam si spatium eius inciditur; non enim ad eum diem me aptavi quem ultimum mihi spes avida promiserat, sed nullum non tamquam ultimum aspexi. Quid me interrogas quando natus sim, an inter iuniores adhuc censear? habeo meum.	(6) Я не откажусь, конечно, если мой срок продлится на много лет, но если он будет урезан, не стану говорить, будто мне чего-то не хватило-для блаженной жизни. Я ведь не привязался мыслями к тому дню, который сулит мне последним жадная надежда: на всякий день я смотрю как на последний. Зачем ты спрашиваешь меня, когда я родился? Могу ли числиться среди еще не старых? Свое я получил.
[7] Quemadmodum in minore corporis	(7) Человек может быть.

habitu potest homo esse perfectus, sic et in minore temporis modo potest vita esse perfecta. Aetas inter externa est. Quamdiu sim alienum est: quamdiu ero, [vere] ut sim, meum est. Hoc a me exige, ne velut per tenebras aevum ignobile emetiar, ut agam vitam, non ut praetervehar.	совершенным и при тщедушном теле - так и жизнь может быть совершенной и при меньшем сроке. Возраст принадлежит к числу вещей внешних. Как долго я проживу, зависит не от меня, как долго пробуду - от меня 1. Требуй от меня, чтобы я не провел мой бесславный век, как в потемках, чтобы я жил, а не тащился мимо жизни.
[8] Quaeris quod sit amplissimum vitae spatium? usque ad sapientiam vivere; qui ad illam pervenit attigit non longissimum finem, sed maximum. Ille vero glorietur audacter et dis agat gratias interque eos sibi, et rerum naturae inputet quod fuit. Merito enim inputabit: meliorem illi vitam reddidit quam accepit. Exemplar boni viri posuit, qualis quantusque esset ostendit; si quid adiecisset, fuisset simile praeterito.	(8) Ты спросишь меня, каков самый долгий срок жизни? Жить, пока не достигнешь мудрости, - не самой дальней, но самой великой цели. Тут уж можешь смело хвалиться и благодарить богов и, пребывая среди них, ставить в заслугу себе и природе то, что ты был. И недаром: ведь ты вернул ей жизнь лучшей, нежели получил. Ты успел показать на примере, что такое муж добра, каков он и как велик; а если тебе прибавят времени, то и оно не будет отличаться от прожитого.
[9] Et tamen quousque vivimus? Omnium rerum cognitione fruiti sumus: scimus a quibus principiis natura se attollat, quemadmodum ordinet mundum, per quas annum vices revocet, quemadmodum omnia quae usquam erunt cluserit et se ipsam finem sui fecerit; scimus sidera impetu suo vadere, praeter terram nihil stare, cetera continua velocitate decurrere; scimus quemadmodum solem luna praetereat, quare tardior velociorem post se relinquat, quomodo lumen accipiat aut perdat, quae causa inducat noctem, quae reducat diem: illuc eundum est ubi ista propius aspicias.	(9) И все же - до каких пор нам жить? Мы насладились знанием всего и вся. Мы знаем, от какого начала поднимается природа, как она устраивает вселенную, как все по тем же кругам возвращает год, как замыкает все, что было прежде, и сама себе становится пределом. Мы знаем, что звезды движутся своею силой, что только земля стоит на месте, а остальное несется с безостановочной скоростью. Мы знаем, как луна проходит мимо солнца, почему более медленное светило оставляет позади более быстрое, как получает от него свет и как теряет. Мы знаем, по какой причине наступает ночь и возвращается день. Вот и надо отправиться туда, чтобы все увидеть вблизи.
[10] 'Nec hac spe' inquit sapiens ille 'fortius exeo, quod patere mihi ad deos meos iter iudico. Merui quidem admitti et iam inter illos fui animumque illo meum misi et ad me illi suum miserant. Sed tolli me de medio puta et post	(10) Мудрец говорит: "Я смело ухожу туда не в надежде на то, что мне открыт, по моему разумению, путь к моим богам. Я заслужил быть принятым в их число и уже был среди них: я послал к ним мою душу, а они

mortem nihil ex homine restare: aeque magnum animum habeo, etiam si nusquam transiturus excedo.' Non tam multis vixit annis quam potuit.	мне ниспослали свою. Но допустим, что я исчезаю совершенно, что от человека ничего не остается; мое мужество не меньше, даже если я ухожу в никуда". -
[11] Et paucorum versuum liber est et quidem laudandus atque utilis: annales Tanusii scis quam ponderosi sint et quid vocentur. Hoc est vita quorundam longa, et quod Tanusii sequitur annales.	(11) "Он прожил меньше лет, чем мог бы!" - Есть книги, где мало стихов, но и достойные хвалы, и полезные. А вот "Летописи" Танудня - ты ведь знаешь, как они объемисты и как их называют2. Жизнь некоторых потому и долга, что похожа на "Летописи" Танузия.
[12] Numquid feliciorem iudicas eum qui summo die muneris quam eum qui medio occiditur? numquid aliquem tam stulte cupidum esse vitae putas ut iugulari in spoliario quam in harena malit? Non maiore spatio alter alterum praecedimus. Mors per omnis it; qui occidit consequitur occisum. Minimum est de quo sollicitissime agitur. Quid autem ad rem pertinet quam diu vites quod evitare non possis? Vale.	(12) По-твоему, счастливее тот, кого убивают в день игр на закате, а не в полдень? Или, ты думаешь, кто-нибудь так по-глупому жаден к жизни, что предпочтет быть зарезанным в раздевалке, а не на арене? Не с таким уж большим разрывом обгоняем мы друг друга; смерть никого не минует, убийца спешит вслед за убитым. То, о чем ты так хлопочешь, ничтожно. Разве в том дело, долго ли ты будешь избегать неизбежного? Будь здоров.

XCIV

[1] Eam partem philosophiae quae dat propria cuique personae praecepta nec in universum componit hominem sed marito suadet quomodo se gerat adversus uxorem, patri quomodo educet liberos, domino quomodo servos regat, quidam solam receperunt, ceteras quasi extra utilitatem nostram vagantis reliquerunt, tamquam quis posset de parte suadere nisi qui summam prius totius vitae conplexus esset. [2] Ariston Stoicus e contrario hanc partem levem existimat et quae non descendat in pectus usque, anilia habentem praecepta; plurimum ait proficere ipsa decreta philosophiae constitutionemque summi boni; 'quam qui bene intellexit ac didicit quid in quaque re faciendum sit sibi ipse praecipit.' [3] Quemadmodum qui	(1) Некоторые принимают только ту часть философии, что дает особые наставления человеку в каждой роли и, не стремясь придать стройность всему в его жизни, советует мужу, как вести себя с женою, отцу - как воспитывать детей, хозяину - как управлять рабами; прочие же части философии они отставляют как витающие за пределами нашей пользы, - как будто можно дать совет касательно части, не постигнув прежде всей жизни в целом. (2) А вот Аристон Стоик, наоборот, считает эту часть легковесной, не проникающей глубоко в сердце. Ей, со всеми ее наставлениями1, помогают, по его словам, в наибольшей мере основоположенья "философии и определение высшего блага: ибо кто хорошо его понял и усвоил, тот сам себя наставит, как надобно поступать в

iaculari discit destinatum locum captat et manum format ad derigenda quae mittit, cum hanc vim ex disciplina et exercitatione percepit, quocumque vult illa utitur (didicit enim non hoc aut illud ferire sed quodcumque voluerit), sic qui se ad totam vitam instruxit non desiderat particulatim admoneri, doctus in totum, non enim quomodo cum uxore aut cum filio viveret sed quomodo bene viveret: in hoc est et quomodo cum uxore ac liberis vivat. [4] Cleanthes utilem quidem iudicat et hanc partem, sed inbecillam nisi ab universo fluit, nisi decreta ipsa philosophiae et capita cognovit.	каждом деле. (3) Как овладевающий искусством бросать копье старается попасть в намеченное место и приучает руку направлять оружье, а потом, приобретя благодаря упражненью и навыку эту способность, пользуется ею, как захочет (ведь он научился поражать не тот или этот предмет, а любой, какой пожелает), - так снаряженный на все случаи жизни не нуждается в напоминаньях по каждому из них; он ведь постиг все: не как нужно жить с сыном или с женой, а как нужно жить правильно, сюда же входит и то, как нужно жить с женою и детьми. (4) Клеанф считает и эту часть полезной, однако бессильной, если она не проистекает из философии в целом, не знает ее основоположений и правил.
In duas ergo quaestiones locus iste dividitur: utrum utilis an inutilis sit, et an solus virum bonum possit efficere, id est utrum supervacuus sit an omnis faciat supervacuos. [5] Qui hanc partem videri volunt supervacuam hoc aiunt: si quid oculis oppositum moratur aciem, removendum est; illo quidem obiecto operam perdit qui praecipit 'sic ambulabis, illo manum porriges'. Eodem modo ubi aliqua res occaecat animum et ad officiorum dispiciendum ordinem inpedit, nihil agit qui praecipit 'sic vives cum patre, sic cum uxore'. Nihil enim proficient praecepta quamdiu menti error offusus est: si ille discutitur, apparebit quid cuique debeatur officio. Alioqui doces illum quid sano faciendum sit, non efficis sanum. [6] Pauperi ut agat divitem monstras: hoc quomodo manente paupertate fieri potest? Ostendis esurienti quid tamquam satur faciat: fixam potius medullis famem detrahe. Idem tibi de omnibus vitiis dico: ipsa removenda sunt, non praecipiendum quod fieri illis manentibus non potest. Nisi opiniones falsas quibus laboramus expuleris, nec avarus quomodo pecunia utendum sit exaudiet nec timidus quomodo periculosa contemnat. [7] Efficias oportet ut sciat	Значит, тут различаются два вопроса: полезен ли этот раздел или бесполезен и может ли он сам по себе создать человека добра, иначе говоря, этот ли раздел лишний, или он делает лишними все остальные разделы. (5) Кто хочет представить его лишним, говорит так: "Если какая-нибудь преграда перед глазами мешает видеть, надо ее убрать, а покуда она застит зрение, даром будет стараться поучающий: "Ходи так, протяни руку сюда". Так же точно, если что-нибудь ослепляет душу и препятствует разглядеть порядок наших обязанностей, пустое дело поучать: "Так-то живи с отцом, так-то - с женою". Поучения бесполезны, пока ум помрачен заблуждениями; а рассеется их мрак, - станет видно, чего требует каждая обязанность. Не то ты будешь учить его, как нужно поступать здоровому, но здоровым не сделаешь. (6) Ты показываешь бедняку, как нужно вести себя, когда есть богатство; но разве такое может быть, покуда бедность при нем? Ты объясняешь голодающему, что бы он делал, насытившись; а ты лучше утоли голод, засевший у него в утробе. И то же самое я говорю тебе обо всех пороках: их надо устранить, а не поучать тому,

pecuniam nec bonum nec malum esse; ostendas illi miserrimos divites; efficias ut quidquid publice expavimus sciat non esse tam timendum quam fama circumfert, nec [diu] dolere quemquam nec mori saepe: in morte, quam pati lex est, magnum esse solacium quod ad neminem redit; in dolore pro remedio futuram obstinationem animi, qui levius sibi facit quidquid contumaciter passus est; optimam doloris esse naturam, quod non potest nec qui extenditur magnus esse nec qui est magnus extendi; omnia fortiter excipienda quae nobis mundi necessitas imperat. [8] His decretis cum illum in conspectum suae condicionis adduxeris et cognoverit beatam esse vitam non quae secundum voluptatem est sed secundum naturam, cum virtutem unicum bonum hominis adamaverit, turpitudinem solum malum fugerit, reliqua omnia -- divitias, honores, bonam valetudinem, vires, imperia -- scierit esse mediam partem nec bonis adnumerandam nec malis, monitorem non desiderabit ad singula qui dicat 'sic incede, sic cena; hoc viro, hoc feminae, hoc marito, hoc caelibi convenit'. [9] Ista enim qui diligentissime monent ipsi facere non possunt; haec paedagogus puero, haec avia nepoti praecipit, et irascendum non esse magister iracundissimus disputat. Si ludum litterarium intraveris, scies ista quae ingenti supercilio philosophi iactant in puerili esse praescripto.	что при них невозможно. Если ты не изгонишь ложные мнения, которыми мы страдаем, ни скупой не станет слушать о том, как должно пользоваться деньгами, ни трусливый - о том, как презирать опасность. (7) Добейся, чтобы он знал, что деньги - не благ" и не зло, покажи ему, как несчастны богачи. Добейся, чтобы он знал. что всеобщие пугала, в том числе и боль и смерть, не так страшны, как толкует всюду молва. Хотя смерть непреложный закон, есть и тут великое утешение: ни к кому она не приходит дважды; а против боли лучшим лекарством будет упорство духа, который все может облегчить себе стойкостью и терпением. Боль по природе хороша и тем, что длительная не может быть сильной, а сильная - длительной. Нужно мужественно встречать все, что приказывает нам мировая неизбежность". (8) Когда, внушив ему эти основоположенья, ты научишь его видеть свой удел в мире, когда он узнает, что блаженна жизнь, ищущая не наслаждений, а согласия с природой2, когда полюбит добродетель как единственное человеческое благо и как единственного зла станет бежать позора, а все прочее: богатство, почести, крепкое здоровье, власть - признает безразличным, не причисляемым ни к благу, ни ко злу, - тогда ему незачем будет напоминать все по отдельности и твердить: "Ходи так, обедай этак! Это пристало муж чине, это - женщине, это - женатому, это холостому". (9) Кто усердно напоминает, тот обычно сам на это не способен. Так наставляет дядька - мальчика, бабушка - внучку; так сердитый учитель рассуждает о том, что сердиться нельзя. Войди в школу, где учат грамоте, и ты убедишься: о чем так надменно вещают философы, все есть в детских прописях.
[10] Utrum deinde manifesta an dubia praecipies? Non desiderant manifesta monitorem, praecipienti dubia non creditur; supervacuum est ergo	(10) Далее, должен ли ты давать советы о вещах явных или сомнительных? Где все ясно, вразумленья не нужны; дающему советы о вещах сомнительных

praecipere. Id adeo sic disce: si id mones quod obscurum est et ambiguum, probationibus adiuvandum erit; si probaturus es, illa per quae probas plus valent satisque per se sunt. [11] 'Sic amico utere, sic cive, sic socio.' 'Quare?' 'Quia iustum est.' Omnia ista mihi de iustitia locus tradit: illic invenio aequitatem per se expetendam, nec metu nos ad illam cogi nec mercede conduci, non esse iustum cui quidquam in hac virtute placet praeter ipsam. Hoc cum persuasi mihi et perbibi, quid ista praecepta proficiunt quae eruditum docent? praecepta dare scienti supervacuum est, nescienti parum; audire enim debet non tantum quid sibi praecipiatur sed etiam quare. [12] Utrum, inquam, veras opiniones habenti de bonis malisque sunt necessaria an non habenti? Qui non habet nihil a te adiuvabitur, aures eius contraria monitionibus tuis fama possedit; qui habet exactum iudicium de fugiendis petendisque scit [quid] sibi faciendum sit etiam te tacente. Tota ergo pars ista philosophiae summoveri potest.	не верят - значит, все наставленья излишни. Об этом запомни вот что. Если ты вразумляешь в случае темном и неясном, нужно помочь себе доказательствами; а станешь доказывать, - взятые для доказательства примеры будут сильнее вразумлений, так что хватит их одних. (11) "Так относись к другу, так - к согражданину, так - к союзнику". - "Почему?" "Потому что это справедливо". - Но все это внушит мне тот раздел, где говорится о справедливом. Здесь я найду и то, что к справедливости нужно стремиться ради нее самой, и то, что к ней не принуждает никакой страх, не приманивает никакая награда, и то, что любящий в этой добродетели что-нибудь, кроме нее самой, не бывает справедливым. Когда я проникнусь такими убежденьями, зачем мне нужны будут наставленья всех желающих учить ученого? Для знающего наставленья излишни, для незнающего их недостаточно. Ведь он должен слышать не только, как его наставляют, но и почему. (12) Кому, повторяю, нужны наставленья: обладающему или не обладающему истинными мненьями о благе и зле? У кого их нет, тому ты ничуть не поможешь: его уши заткнула молва, противоречащая твоим вразумленьям; а кто верно судит о том, к чему должно стремиться и чего избегать, знает и без твоих слов, что ему делать. Значит, всю эту часть философии можно отбросить.
[13] Duo sunt propter quae delinquimus: aut inest animo pravis opinionibus malitia contracta aut, etiam si non est falsis occupatus, ad falsa proclivis est et cito specie quo non oportet trahente corrumpitur. Itaque debemus aut percurare mentem aegram et vitiis liberare aut vacantem quidem sed ad peiora pronam praeoccupare. Utrumque decreta philosophiae faciunt; ergo tale praecipiendi genus nil agit. [14] Praeterea si praecepta singulis damus,	(13) Есть две причины наших преступлений: или в душе живет злонравие, укрепляемое превратными мнениями, или, даже если ложные понятия ею не овладели, она склонна к ним и легко развращается, прельщаемая какой-нибудь неподобающей видимостью. Значит, мы должны либо излечить больной дух, избавив его от пороков, либо еще свободный от них, но тянущийся ко злу, захватить заранее. И то, и другое делают основоположенья философии -

inconprehensibile opus est; alia enim dare debemus feneranti, alia colenti agrum, alia negotianti, alia regum amicitias sequenti, alia pares, alia inferiores amaturo. [15] In matrimonio praecipies quomodo vivat cum uxore aliquis quam virginem duxit, quomodo cum ea quae alicuius ante matrimonium experta est, quemadmodum cum locuplete, quemadmodum cum indotata. An non putas aliquid esse discriminis inter sterilem et fecundam, inter provectiorem et puellam, inter matrem et novercam? Omnis species conplecti non possumus: atqui singulae propria exigunt, leges autem philosophiae breves sunt et omnia alligant. [16] Adice nunc quod sapientiae praecepta finita debent esse et certa; si qua finiri non possunt, extra sapientiam sunt; sapientia rerum terminos novit. Ergo ista praeceptiva pars summovenda est, quia quod paucis promittit praestare omnibus non potest; sapientia autem omnis tenet. [17] Inter insaniam publicam et hanc quae medicis traditur nihil interest nisi quod haec morbo laborat, illa opinionibus falsis; altera causas furoris traxit ex valetudine, altera animi mala valetudo est. Si quis furioso praecepta det quomodo loqui debeat, quomodo procedere, quomodo in publico se gerere, quomodo in privato, erit ipso quem monebit insanior: [si] bilis nigra curanda est et ipsa furoris causa removenda. Idem in hoc alio animi furore faciendum est: ipse discuti debet; alioqui abibunt in vanum monentium verba.	и, стало быть, другой род наставлений ничего не дает. (14) И потом, если наставлять каждого в отдельности, дело это окажется неохватным. Ведь ростовщику нужны одни наставленья, земледельцу - другие, купцу третьи, ищущему дружбы царей - четвертые; любящему свою ровню потребны не те, что любящему стоящих ниже. (15) В браке придется поучать, как обращаться мужу с женой, которую он взял девушкой, и как с женой, которая до женитьбы знала мужчин; как жить с богатой и как - с бесприданницей. А разве не будет, по-твоему, никакой разницы между плодовитой и бесплодной, между пожилой и молоденькой, между матерью и мачехой? Нельзя охватить все разряды, а каждый из них требует своего. Между тем законы философии кратки, но связывают все. (16) Прибавь к этому, что наставленья мудрости должны быть определенными и твердыми; то, чего нельзя определить, лежит вне мудрости, которая знает границы вещей. Значит, эта наставительная часть философии должна быть отброшена: ведь она то, что обещает немногим, не может дать всем, а мудрость охватывает всех. (17) Нет разницы между безумием всеобщим и тем, которое поручают лечить врачам, кроме одной: тут страдают недугом, а там - ложными мнениями. Тут причина неистовства - в состоянии здоровья; там само оно есть нездоровье души. Кто начнет наставлять безумца, как он должен говорить, как ходить, как вести себя на людях и как - дома, тот будет безумнее вразумляемого: значит, надо лечить черножелчие, устранять саму причину безумия. То же следует делать, и когда безумна душа: нужно изгнать безумье, а не то все вразумляющие речи пропадут даром.
[18] Haec ab Aristone dicuntur; cui respondebimus ad singula. Primum adversus illud quod ait, si quid obstat oculo et inpedit visum, debere	(18) Вот что говорит Аристон. Ответим ему на всё по отдельности. Во-первых, возразим на его слова о том, что преграду, мешающую глазу видеть,

removeri, fateor huic non opus esse praeceptis ad videndum, sed remedio quo purgetur acies et officientem sibi moram effugiat; natura enim videmus, cui usum sui reddit qui removit obstantia; quid autem cuique debeatur officio natura non docet. [19] Deinde cuius curata suffusio est, is non protinus cum visum recepit aliis quoque potest reddere: malitia liberatus et liberat. Non opus est exhortatione, ne consilio quidem, ut colorum proprietates oculus intellegat; a nigro album etiam nullo monente distinguet. Multis contra praeceptis eget animus ut videat quid agendum sit in vita. Quamquam oculis quoque aegros medicus non tantum curat sed etiam monet. [20] 'Non est' inquit 'quod protinus inbecillam aciem committas inprobo lumini; a tenebris primum ad umbrosa procede, deinde plus aude et paulatim claram lucem pati adsuesce. Non est quod post cibum studeas, non est quod plenis oculis ac tumentibus imperes; adflatum et vim frigoris in os occurrentis evita' -- alia eiusmodi, quae non minus quam medicamenta proficiunt. Adicit remediis medicina consilium.	надо убрать. Согласен, тут нужны не советы, как смотреть, а лекарство, которое прочистило бы зрение и согнало с глаза вредную помеху. Но мы видим благодаря природе, и убравший преграду вернул бы ей исконную способность. А чего требует от нас каждая обязанность, тому природа не учит. (19) Потом тот, у кого вылечили бельмо, не может сразу же, как прозреет, возвращать зрение другим; а кого избавили от злонравья, тот и других избавляет. Нет нужды ни в ободрении, ни в советах, чтобы глаз понял свойства красок; без всякого вразумления любой отличит черное от белого. А вот душа нуждается во многих поученьях, чтобы увидеть, как следует поступать в жизни. Даже больных глазами врач не только лечит, но и вразумляет. (20) "Нельзя, - говорит он, - подставлять ослабевшее зрение вредному свету: от тьмы переходи сперва к сумеркам, потом отважься на большее и постепенно приучись терпеть ясный свет; нельзя заниматься после еды; нельзя насиловать воспаленные и вспухшие глаза; надо избегать сильного и холодного ветра в лицо". И прочие советы в таком роде врачеванье присоединяет к лекарствам, помогая ими не меньше, чем снадобьями.
[21] 'Error' inquit 'est causa peccandi: hunc nobis praecepta non detrahunt nec expugnant opiniones de bonis ac malis falsas.' Concedo per se efficacia praecepta non esse ad evertendam pravam animi persuasionem; sed non ideo [non] aliis quidem adiecta proficiunt. Primum memoriam renovant; deinde quae in universo confusius videbantur in partes divisa diligentius considerantur. Aut [in] isto modo licet et consolationes dicas supervacuas et exhortationes: atqui non sunt supervacuae; ergo ne monitiones quidem.	- (21) "Заблуждение - причина всех грехов; а от него наставленья нас не избавят, не вытеснят ложных мнений о благе и зле". - Не спорю, сами по себе наставления слишком слабы, чтобы опровергнуть в душе превратные убежденья; но разве они поэтому не могут быть полезны в сочетании с другим? Во-первых, они освежают память; во-вторых, то, что в общем и целом видится неясно, по частям можно рассмотреть тщательнее. Ведь так ты можешь назвать лишними и утешения и ободренья; но они лишними не бывают, а значит, и вразумленья тоже.
[22] 'Stultum est' inquit 'praecipere aegro quid facere tamquam sanus	- (22) "Глупо, - говорит он, - поучать больного тому, что он должен был бы

debeat, cum restituenda sanitas sit, sine qua inrita sunt praecepta.' Quid quod habent aegri quaedam sanique communia de quibus admonendi sunt? tamquam ne avide cibos adpetant, ut lassitudinem vitent. Habent quaedam praecepta communia pauper et dives. [23] 'Sana' inquit 'avaritiam, et nihil habebis quod admoneas aut pauperem aut divitem, si cupiditas utriusque consedit.' Quid quod aliud est non concupiscere pecuniam, aliud uti pecunia scire? cuius avari modum ignorant, etiam non avari usum. 'Tolle' inquit 'errores: supervacua praecepta sunt.' Falsum est. Puta enim avaritiam relaxatam, puta adstrictam esse luxuriam, temeritati frenos iniectos, ignaviae subditum calcar: etiam remotis vitiis, quid et quemadmodum debeamus facere discendum est. [24] 'Nihil' inquit 'efficient monitiones admotae gravibus vitiis.' Ne medicina quidem morbos insanabiles vincit, tamen adhibetur aliis in remedium, aliis in levamentum. Ne ipsa quidem universae philosophiae vis, licet totas in hoc vires suas advocet, duram iam et veterem animis extrahet pestem; sed non ideo nihil sanat quia non omnia.	делать здоровым. - Нужно вернуть ему здоровье, а иначе все наставленья бесполезны". - Но разве нет у больных и у здоровых общего, о чем им надо напоминать? Например, чтобы они не были жадны в еде, чтобы избегали усталости? Значит, есть общие наставленья и для бедного и для богатого. - (23) "Вылечи алчность, и тебе не в чем будет вразумлять ни бедняка, ни богача, если успокоится их жажда наживы". - Но разве одно и то же - не быть жадным до денег и уметь пользоваться деньгами? Алчные не знают в них меры, а пользоваться ими не умеют не одни алчные. - "Уничтожь заблуждения - ив наставленьях не будет надобности". - Неверно! Представь себе, что алчность утихла, представь, что жажда роскоши крепко связана, дерзость обуздана, леность пришпорена; но даже избавившись от пороков, мы должны будем учиться, что и как нам делать. - (24) "Вразумления бессильны против тяжких пороков". - Но и врачеванье не побеждает неисцелимых болезней; однако к нему прибегают ради излеченья одних или облегченья других недугов. Даже сила всей философии - если она соберет для этого все свои силы - не искоренит отвердевшей застарелой язвы в душе; но если она лечит не все, это не значит, будто она ничего не лечит. -
[25] 'Quid prodest' inquit 'aperta monstrare?' Plurimum; interdum enim scimus nec adtendimus. Non docet admonitio sed advertit, sed excitat, sed memoriam continet nec patitur elabi. Pleraque ante oculos posita transimus: admonere genus adhortandi est. Saepe animus etiam aperta dissimulat; ingerenda est itaque illi notitia rerum notissimarum. Illa hoc loco in Vatinium Calvi repetenda sententia est: 'factum esse ambitum scitis, et hoc vos scire omnes sciunt'. [26] Scis amicitias sancte colendas esse, sed non facis. Scis inprobum esse qui ab uxore pudicitiam exigit, ipse alienarum	(25) "Много ли пользы указывать на очевидное?" - И даже очень! Порой мы и знаем, да не замечаем. Напоминанье не учит, а направляет и будит наше вниманье, поддерживает память, не дает упустить из виду. Мы проходим мимо многого, что лежит перед глазами; напомнить - это вроде как ободрить. Часто душа не хочет видеть и очевидного; значит, нужно внушить ей знание самых известных вещей. Тут к месту повторить изреченье Кальва3 в речи против Ватиния: "Вы знаете, что подкуп был, и все знают, что вы это знаете". (26) Ты знаешь, что дружбу нужно чтить свято, но не делаешь

corruptor uxorum; scis ut illi nil cum adultero, sic tibi nil esse debere cum paelice, et non facis. Itaque subinde ad memoriam reducendus es; non enim reposita illa esse oportet sed in promptu. Quaecumque salutaria sunt saepe agitari debent, saepe versari, ut non tantum nota sint nobis sed etiam parata. Adice nunc quod aperta quoque apertiora fieri solent.	этого. Знаешь, что бесчестно требовать от жены целомудрия, а самому совращать чужих жен, знаешь, что ни ей нельзя иметь дело с любовником, ни тебе - с наложницей, - а сам не поступаешь так. Поэтому нужно порой привести тебя в память: таким вещам следует не лежать в запасе, а быть под рукой. Что полезно для нас, нужно часто встряхивать, часто взбалтывать, ибо оно должно быть не только известно нам, но и всегда наготове. К тому же так и очевидное становится обычно еще очевиднее.
[27] 'Si dubia sunt' inquit 'quae praecipis, probationes adicere debebis; ergo illae, non praecepta proficient.' Quid quod etiam sine probationibus ipsa monentis auctoritas prodest? sic quomodo iurisconsultorum valent responsa, etiam si ratio non redditur. Praeterea ipsa quae praecipiuntur per se multum habent ponderis, utique si aut carmini intexta sunt aut prosa oratione in sententiam coartata, sicut illa Catoniana: 'emas non quod opus est, sed quod necesse est; quod non opus est asse carum est', qualia sunt illa aut reddita oraculo aut similia: [28] 'tempori parce', 'te nosce'. Numquid rationem exiges cum tibi aliquis hos dixerit versus?	- (27) "Если то, чему ты поучаешь, сомнительно, надобны вдобавок доказательства, - и выходит, что полезны они, а не поученья". - А что если и без всяких доказательств поможет сила влияния самого вразумляющего? так же, как ответы правоведов действительны, даже если не приведено основание? И потом то, чему поучают, весомо и само по себе, особенно если оно вплетено в стихи или в свободной речи сжато в изреченье. Возьми хоть Катоновы слова: "Покупай не то, что нужно, а что-необходимо. А чего не нужно, за то и асе отдать дорого" 4. А каковы изречения, или высказанные оракулом или подобные им: "Береги время! Познай себя!" (28) И разве ты будешь требовать обоснований, услышав от кого-нибудь такие стихи?
Iniuriarum remedium est oblivio. Audentis fortuna iuvat, piger ipse sibi opstat.	*Забвение - лекарство от любых обид, Храбрым фортуна помощница. Ленивый сам себе помеха.*
Advocatum ista non quaerunt: adfectus ipsos tangunt et natura vim suam exercente proficiunt. [29] Omnium honestarum rerum semina animi gerunt, quae admonitione excitantur non aliter quam scintilla flatu levi adiuta ignem suum explicat; erigitur virtus cum tacta est et inpulsa. Praeterea quaedam sunt quidem in animo, sed parum prompta, quae incipiunt in expedito esse cum dicta sunt; quaedam diversis locis iacent sparsa, quae contrahere inexercitata	Таким словам не нужны заступники: они задевают чувства и приносят пользу силою самой природы. (29) В душе заключены семена всех благородных дел, и вразумленья пробуждают их, - так искра, если помочь ей легким дуновеньем, выпускает на волю свой огонь. Добродетель выпрям ляется от малейшего прикосновения и толчка. Кроме того, в душе есть нечто слишком глубоко запрятанное; оно-то и освобождается, будучи

mens non potest. Itaque in unum conferenda sunt et iungenda, ut plus valeant animumque magis adlevent. [30] Aut si praecepta nihil adiuvant, omnis institutio tollenda est; ipsa natura contenti esse debemus. Hoc qui dicunt non vident alium esse ingenii mobilis et erecti, alium tardi et hebetis, utique alium alio ingeniosiorem. Ingenii vis praeceptis alitur et crescit novasque persuasiones adicit innatis et depravata corrigit.	произнесенным. Есть и лежащее разрозненно, чего неопытный ум не может собрать воедино. Значит, все это должно быть сведено и связано, чтобы стать сильнее и поднять душу выше. (30) А иначе, если наставленья ничего не дают, надо упразднить всякое образование и довольствоваться одною природой. Кто так говорит, тот не видит, что один человек по природе подвижен и остер умом, другой медлителен и туп и, во всяком случае, один умнее другого. Сила природного ума растет, питается наставленьями, к врожденным убежденьям он присоединяет новые и исправляет превратные.
[31] 'Si quis' inquit 'non habet recta decreta, quid illum admonitiones iuvabunt vitiosis obligatum?' Hoc scilicet, ut illis liberetur; non enim extincta in illo indoles naturalis est sed obscurata et oppressa. Sic quoque temptat resurgere et contra prava nititur, nacta vero praesidium et adiuta praeceptis evalescit, si tamen illam diutina pestis non infecit nec enecuit; hanc enim ne disciplina quidem philosophiae toto impetu suo conisa restituet. Quid enim interest inter decreta philosophiae et praecepta nisi quod illa generalia praecepta sunt, haec specialia? Utraque res praecipit, sed altera in totum, particulatim altera.	- (31) "Если кому неизвестны правильные основоположенья, в чем вразумления помогут ему, опутанному пороками?" Понятно, освободиться от них! Ведь врожденные задатки в нем не угасли, а только затемнены и задавлены, они и так пытаются прорваться ввысь, одолев все злое, а обретя защиту и помощь в наставлениях, и совсем укрепятся, - если только они не отравлены и не убиты долгою заразой, потому что тогда обучение философии их не восстановит, каким бы ни было оно усиленным. В чем разница между основоположениями философии и наставлениями? Только в том, что первые это общие наставления, а вторые - на случай. Учат и те, и другие, но одни - в целом, другие - по частям. -
[32] 'Si quis' inquit 'recta habet et honesta decreta, hic ex supervacuo monetur.' Minime; nam hic quoque doctus quidem est facere quae debet, sed haec non satis perspicit. Non enim tantum adfectibus inpedimur quominus probanda faciamus sed inperitia inveniendi quid quaeque res exigat. Habemus interdum compositum animum, sed residem et inexercitatum ad inveniendam officiorum viam, quam admonitio demonstrat.	(32) "Если кто усвоил правильные и честные основоположения, того излишне вразумлять". - Ничуть не бывало! Пусть он обучен тому, что надлежит делать, но не всегда ясно видит это. Ведь не только страсти мешают нам поступать благородно, но и неумение найти то, что требуется в том или другом деле. Иногда строй нашей души хорош, но она ленива и неопытна в отыскании путей к выполнению долга, а их-то и указывают наставленья. -
[33] 'Expelle' inquit 'falsas opiniones	(33) "Избавь его от ложных мнений о

de bonis et malis, in locum autem earum veras repone, et nihil habebit admonitio quod agat.' Ordinatur sine dubio ista ratione animus, sed non ista tantum; nam quamvis argumentis collectum sit quae bona malaque sint, nihilominus habent praecepta partes suas. Et prudentia et iustitia officiis constat: officia praeceptis disponuntur. [34] Praeterea ipsum de malis bonisque iudicium confirmatur officiorum exsecutione, ad quam praecepta perducunt. Utraque enim inter se consentiunt: nec illa possunt praecedere ut non haec sequantur, et haec ordinem sequuntur suum; unde apparet illa praecedere.	благе и зле, замени их истинными - и вразумленьям нечего будет делать". - Без сомненья, душа обретает таким образом правильный строй, - но не только таким. Хотя из многих доводов и сделан вывод, что есть благо и что - зло, но и наставленьям кое-что остается на долю: ведь и разумность, и справедливость состоят в исполнении обязанностей, а в чем наши обязанности, растолковывают наставленья. (34) И еще правильное сужденье о добре и зле подтверждается исполненьем обязанностей, к которому нас приводят наставления. И основоположения, и наставленья друг с другом согласны: и первые не могут быть впереди без того, чтобы за ними не следовали вторые, и вторые идут за ними в свой черед, показывая, что первые - впереди.
[35] 'Infinita' inquit 'praecepta sunt.' Falsum est; nam de maximis ac necessariis rebus non sunt infinita; tenues autem differentias habent quas exigunt tempora, loca, personae, sed his quoque dantur praecepta generalia.	- (33) "Наставлений бессчетное множество". - Неверно! Тех, что относятся к вещам самым важным и необходимым, - не бессчетное множество. И не так уж различаются они в зависимости от места, времени и лица. Да и тут можно дать общие наставления. -
[36] 'Nemo', inquit, 'praeceptis curat insaniam; ergo ne malitiam quidem.' Dissimile est; nam si insaniam sustuleris, sanitas reddita est; si falsas opiniones exclusimus, non statim sequitur dispectus rerum agendarum; ut sequatur, tamen admonitio conroborabit rectam de bonis malisque sententiam. Illud quoque falsum est, nihil apud insanos proficere praecepta. Nam quemadmodum sola non prosunt, sic curationem adiuvant; et denuntiatio et castigatio insanos coercuit -- de illis nunc insanis loquor quibus mens mota est, non erepta.	(36) "Нельзя вылечить наставлениями безумье; значит, и злонравие тоже". - И это не так. Избавив от безумия, ты возвращаешь здоровье; а за изгнанием ложных мнений не сразу приходит уменье видеть, что следует делать, а если и приходит, то вразумленье укрепляет правильность суждений о благе и зле. Неправда и то, что наставленья для безумцев бесполезны: пусть одни они не исцеляют, но помогают лечению, а предупрежденье и порицанье держит безумных в узде. Я говорю о тех, у кого разум поврежден, а не отнят.
[37] 'Leges' inquit 'ut faciamus quod oportet non efficiunt, et quid aliud sunt quam minis mixta praecepta?' Primum omnium ob hoc illae non persuadent quia minantur, at haec non cogunt sed exorant; deinde leges a scelere deterrent, praecepta in officium	- (37) "И законы не могут добиться, чтобы мы поступали, как должно, а что такое законы, как не наставленья вперемежку с угрозами?" - Прежде всего, они потому и не убеждают, что грозят, наставленья же не заставляют, а уговаривают. Потом законы страхом

adhortantur. His adice quod leges quoque proficiunt ad bonos mores, utique si non tantum imperant sed docent. [38] In hac re dissentio a Posidonio, qui ['improbo' inquit] 'quod Platonis legibus adiecta principia sunt. Legem enim brevem esse oportet, quo facilius ab inperitis teneatur. Velut emissa divinitus vox sit: iubeat, non disputet. Nihil videtur mihi frigidius, nihil ineptius quam lex cum prologo. Mone, dic quid me velis fecisse: non disco sed pareo.' Proficiunt vero; itaque malis moribus uti videbis civitates usas malis legibus. [39] 'At non apud omnis proficiunt.' Ne philosophia quidem; nec ideo inutilis et formandis animis inefficax est. Quid autem? philosophia non vitae lex est? Sed putemus non proficere leges: non ideo sequitur ut ne monitiones quidem proficiant. Aut sic et consolationes nega proficere dissuasionesque et adhortationes et obiurgationes et laudationes. Omnia ista monitionum genera sunt; per ista ad perfectum animi statum pervenitur. [40] Nulla res magis animis honesta induit dubiosque et in pravum inclinabiles revocat ad rectum quam bonorum virorum conversatio; paulatim enim descendit in pectora et vim praeceptorum obtinet frequenter aspici, frequenter audiri. Occursus mehercules ipse sapientium iuvat, et est aliquid quod ex magno viro vel tacente proficias. [41] Nec tibi facile dixerim quemadmodum prosit, sicut illud intellegam profuisse. 'Minuta quaedam' ut ait Phaedon 'animalia cum mordent non sentiuntur, adeo tenuis illis et fallens in periculum vis est; tumor indicat morsum et in ipso tumore nullum vulnus apparet.' Idem tibi in conversatione virorum sapientium eveniet: non deprehendes quemadmodum aut quando tibi prosit, profuisse deprendes.	удерживают от злодейства, наставленья поощряют к выполнению обязанностей. Прибавь к этому, что и законы полезны для добрых нравов, по крайней мере если они не только повелевают, но и учат. (38) Тут я не согласен с Посидонием, который говорит: "Мне не нравится, что к Платоновым законам приложены их основания: ведь закон должен быть краток, чтобы невеждам легче было его усвоить. Он как божественный голос свыше, приказывает, а не обсуждает. По-моему, нет ничего холоднее и нелепее, чем закон со вступлением. Вразумляй меня, говори, что я должен делать! Я не учусь, а подчиняюсь". - Законы поистине полезны: ведь мы видим, что в государствах с дурными законами и нравы дурные. - "Но полезны-то они не для всех". - (39) И философия так же, однако от этого она не становится бесполезной и бессильной образовать наши души; а что такое философия, как не закон жизни? Но допустим, что законы бесполезны; из этого не следует, что бесполезны и увещанья. Либо тогда уж признай, что утешать, разубеждать, ободрять, порицать, хвалить также бесполезно. Ведь эти речи - разного рода вразумления, благодаря им достигаем мы совершенного состояния души. (40) Ничто так не облагораживает душу, ничто так не возвращает на прямой путь колеблющихся и склонных к порочности, как общенье с людьми добра. Часто видеть их, часто слышать - все это постепенно проникает в сердце и обретает силу наставления. Право, даже встретить мудреца полезно: есть в великом человеке нечто такое, что и без слов действует благотворно. (41) Я затрудняюсь сказать тебе, откуда это действие, но понимаю, что оно есть. Как говорит Федон6, "укус мелких тварей нечувствителен, до того тонка и обманчива их вредящая сила; место укуса вспухает, но и в опухоли не видно ранки. То же самое - и общение с

	людьми мудрыми: ты и не заметишь, как и когда оно принесло тебе пользу, но пользу от него заметишь". -
[42] 'Quorsus' inquis 'hoc pertinet?' Aeque praecepta bona, si saepe tecum sint, profutura quam bona exempla. Pythagoras ait alium animum fieri intrantibus templum deorumque simulacra ex vicino cernentibus et alicuius oraculi opperientibus vocem. [43] Quis autem negabit feriri quibusdam praeceptis efficaciter etiam inperitissimos? velut his brevissimis vocibus, sed multum habentibus ponderis:	(42) Ты спросишь, к чему это все. - Добрые наставления, как и добрые примеры, если они всегда с тобой, принесут пользу. Пифагор говорит, что иной становится душа у входящих во храм, созерцающих вблизи изваянья богов, ожидающих голоса некого оракула. (43) Кто станет отрицать, что некоторые наставления поражают даже самых неискушенных? Например, эти изреченья, такие короткие, но такие весомые:
Nil nimis. Avarus animus nullo satiatur lucro. Ab alio expectes alteri quod feceris.	*Ничего сверх меры! Для тех, кто жаден, всякая корысть мала. Что ты другим, того же от других ты жди.*
Haec cum ictu quodam audimus, nec ulli licet dubitare aut interrogare 'quare?'; adeo etiam sine ratione ipsa veritas lucet. [44] Si reverentia frenat animos ac vitia conpescit, cur non et admonitio idem possit? Si inponit pudorem castigatio, cur admonitio non faciat, etiam si nudis praeceptis utitur? Illa vero efficacior est et altius penetrat quae adiuvat ratione quod praecipit, quae adicit quare quidque faciendum sit et quis facientem oboedientemque praeceptis fructus expectet. Si imperio proficitur, et admonitione; atqui proficitur imperio; ergo et admonitione. [45] In duas partes virtus dividitur, in contemplationem veri et actionem: contemplationem institutio tradit, actionem admonitio. Virtutem et exercet et ostendit recta actio. Acturo autem si prodest qui suadet, et qui monet proderit. Ergo si recta actio virtuti necessaria est, rectas autem actiones admonitio demonstrat, et admonitio necessaria est. [46] Duae res plurimum roboris animo dant, fides veri et fiducia: utramque admonitio facit. Nam et creditur illi et, cum creditum est, magnos animus spiritus concipit ac fiducia impletur; ergo admonitio non est supervacua. M. Agrippa, vir ingentis animi, qui solus	Слыша это, мы чувствуем некий удар, и нельзя уже ни сомневаться, ни спрашивать "почему?". Вот до чего захватывает, даже и без всякого обоснованья, истина. (44) Если благоговение смиряет души и обуздывает пороки, то почему же неспособно на это поучение? Если порицание может устыдить, почему и поучение, даже прибегая к одним лишь наставленьям, не в силах добиться того же? Конечно, действует больше и проникает глубже такое поученье, которое подкрепляет наставления разумными доводами, прибавляет, почему надо сделать то или это и какая награда ждет сделавшего и послушного наставнику. Если есть польза от приказов, то и от вразумлений тоже; но от приказов польза есть, - а значит, есть она и от поучений. (45) Добродетель разделяется на две части: на созерцание истины и поступки. Созерцать учит образованье, действовать - поучение. Правильные поступки и упражняют, и обнаруживают добродетель; если убеждающий поступить так полезен тебе, то полезен будет и поучающий тебя. Итак, если правильно поступать необходимо для добродетели, а как поступать правильно, указывает

ex iis quos civilia bella claros potentesque fecerunt felix in publicum fuit, dicere solebat multum se huic debere sententiae: 'nam concordia parvae res crescunt, discordia maximae dilabuntur'. [47] Hac se aiebat et fratrem et amicum optimum factum. Si eiusmodi sententiae familiariter in animum receptae formant eum, cur non haec pars philosophiae quae talibus sententiis constat idem possit? Pars virtutis disciplina constat, pars exercitatione; et discas oportet et quod didicisti agendo confirmes. Quod si est, non tantum scita sapientiae prosunt sed etiam praecepta, quae adfectus nostros velut edicto coercent et ablegant.	поучение, стало быть, и оно необходимо. (46) Две вещи больше всего укрепляют дух: вера в истину и вера в себя. И то. и другое дается поучением, потому что ему верят, и, поверив, чувствуют в душе великое вдохновение и веру в себя; значит, вразумление вовсе не излишне. Марк Агриппа8 из всех, получивших от гражданской войны славу и могущество, один был удачлив не в ущерб народу, и он говорил, что многим обязан такому изречению: "Согласием поднимается и малое государство, раздором рушится и самое великое"9. Благодаря этим словам, он стал, как сам говорит, и добрым братом, и другом. (47) Если такие изреченья, глубоко воспринятые в душу, образовывают ее, то неужели неспособна на это та часть философии, которая слагается из таких изречений? Добродетель дается отчасти обучением, отчасти упражнением, - ибо нужно и учиться, и закреплять выученное делом. А если это так, полезны не только постановления мудрости, но и наставленья: они словно указом сдерживают и обуздывают страсти.
[48] 'Philosophia' inquit 'dividitur in haec, scientiam et habitum animi; nam qui didicit et facienda ac vitanda percepit nondum sapiens est nisi in ea quae didicit animus eius transfiguratus est. Tertia ista pars praecipiendi ex utroque est, et ex decretis et ex habitu; itaque supervacua est ad implendam virtutem, cui duo illa sufficiunt.' [49] Isto ergo modo et consolatio supervacua est (nam haec quoque ex utroque est) et adhortatio et suasio et ipsa argumentatio; nam et haec ab habitu animi compositi validique proficiscitur. Sed quamvis ista ex optimo habitu animi veniant, optimus animi habitus ex his est; et facit illa et ex illis ipse fit. [50] Deinde istud quod dicis iam perfecti viri est ac summam consecuti felicitatis humanae. Ad haec autem tarde pervenitur; interim etiam	- (48) "Философия двояка: это и знания, и душевные свойства. Кто приобрел знания и понял, что следует делать и чего избегать, тот еще не мудрец, если его душа не преобразилась в соответствии с выученным. А третья часть философии - наставленья - исходит из первых двух: из основоположений и свойств души; и коль скоро их обеих довольно для совершенной добродетели, третья оказывается излишней". - (49) Но так и утешение окажется излишним, потому что и оно исходит из тех же частей, и поощрение, и убеждение, и само доказательство, потому что источник всех их свойства души сильной и сохраняющей свой строй. Пусть они и берут начало от наилучших свойств души, но эти наилучшие свойства и создают их, и создаются ими. (50) И

inperfecto sed proficienti demonstranda est in rebus agendis via. Hanc forsitan etiam sine admonitione dabit sibi ipsa sapientia, quae iam eo perduxit animum ut moveri nequeat nisi in rectum. Inbecillioribus quidem ingeniis necessarium est aliquem praeire: 'hoc vitabis, hoc facies'. [51] Praeterea si expectat tempus quo per se sciat quid optimum factu sit, interim errabit et errando inpedietur quominus ad illud perveniat quo possit se esse contentus; regi ergo debet dum incipit posse se regere. Pueri ad praescriptum discunt; digiti illorum tenentur et aliena manu per litterarum simulacra ducuntur, deinde imitari iubentur proposita et ad illa reformare chirographum: sic animus noster, dum eruditur ad praescriptum, iuvatur.	потом все, что ты говоришь, относится только к мужу совершенному, поднявшемуся на вершины человеческого счастья. А к ним приходят медленно; между тем и всякому, не достигшему совершенства, но стремящемуся к нему, нужно показать, какую дорогу избрать в своих поступках. Мудрость, быть может, выберет ее и без вразумления, - она ведь привела уже душу к тому, что та иначе как верным путем не двинется. А кому послабее нужен кто-нибудь идущий впереди: "Этого избегай, делай так". (51) Кроме того, нельзя ждать, покуда такой человек сам узнает, что лучше всего делать, тем временем он будет блуждать, и заблужденья не допустят его прийти к тому, чтобы ни в ком не нуждаться. Значит, его нужно направлять, пока он не сможет направлять себя сам. Мальчиков учат по прописям: охватив детские пальцы, чужая рука водит ими по изображению букв, потом детям велят подражать образцам, улучшая по ним почерк; так и наша душа получает пользу, обучаясь по прописям.
[52] Haec sunt per quae probatur hanc philosophiae partem supervacuam non esse. Quaeritur deinde an ad faciendum sapientem sola sufficiat. Huic quaestioni suum diem dabimus: interim omissis argumentis nonne apparet opus esse nobis aliquo advocato qui contra populi praecepta praecipiat? [53] Nulla ad aures nostras vox inpune perfertur: nocent qui optant, nocent qui execrantur. Nam et horum inprecatio falsos nobis metus inserit et illorum amor male docet bene optando; mittit enim nos ad longinqua bona et incerta et errantia, cum possimus felicitatem domo promere. [54] Non licet, inquam, ire recta via; trahunt in pravum parentes, trahunt servi. Nemo errat uni sibi, sed dementiam spargit in proximos accipitque invicem. Et ideo in singulis vitia populorum sunt quia illa populus dedit. Dum facit quisque peiorem,	(52) Вот чем доказывается, что вся эта часть философии вовсе не лишняя. Дальше спрашивается, довольно ли ее одной, чтобы создать мудреца. Этому вопросу мы посвятим особый день; а пока и без всяких доказательств разве не ясно, что нам нужен некий помощник, чьи наставления противоборствовали бы наставленьям толпы? (53) Ни один голос не доносится до нашего слуха безнаказанно: нам вредят, желая нам блага, вредят, проклиная, - потому что и проклятья сеют в нас ложные страхи, и добрые пожелания любящих учат дурному. Они отсылают нас к благам далеким, неверным и ускользающим, хотя мы можем добыть счастье и дома. (54) Невозможно, я повторяю, идти правильным путем: в сторону тянут родичи, тянут рабы. Никто не заблуждается про себя, всякий заражает безумием ближних и

factus est; didicit deteriora, dein docuit, effectaque est ingens illa nequitia congesto in unum quod cuique pessimum scitur. [55] Sit ergo aliquis custos et aurem subinde pervellat abigatque rumores et reclamet populis laudantibus. Erras enim si existimas nobiscum vitia nasci: supervenerunt, ingesta sunt. Itaque monitionibus crebris opiniones quae nos circumsonant repellantur. [56] Nulli nos vitio natura conciliat: illa integros ac liberos genuit. Nihil quo avaritiam nostram inritaret posuit in aperto: pedibus aurum argentumque subiecit calcandumque ac premendum dedit quidquid est propter quod calcamur ac premimur. Illa vultus nostros erexit ad caelum et quidquid magnificum mirumque fecerat videri a suspicientibus voluit: ortus occasusque et properantis mundi volubilem cursum, interdiu terrena aperientem, nocte caelestia, tardos siderum incessus si compares toti, citatissimos autem si cogites quanta spatia numquam intermissa velocitate circumeant, defectus solis ac lunae invicem obstantium, alia deinceps digna miratu, sive per ordinem subeunt sive subitis causis mota prosiliunt, ut nocturnos ignium tractus et sine ullo ictu sonituque fulgores caeli patescentis columnasque ac trabes et varia simulacra flammarum. [57] Haec supra nos natura disposuit, aurum quidem et argentum et propter ista numquam pacem agens ferrum, quasi male nobis committerentur, abscondit. Nos in lucem propter quae pugnaremus extulimus, nos et causas periculorum nostrorum et instrumenta disiecto terrarum pondere eruimus, nos fortunae mala nostra tradidimus nec erubescimus summa apud nos haberi quae fuerant ima terrarum. [58] Vis scire quam falsus oculos tuos deceperit fulgor? nihil est istis quamdiu mersa et involuta caeno suo iacent foedius, nihil obscurius, quidni? quae per longissimorum cuniculorum	заражается от них. Каждый в отдельности вмещает все пороки толпы, потому что толпа наделяет ими каждого. Любой, делая другого хуже, становится хуже и сам; обучившись низости, всякий учит ей; а в итоге получается та безмерная гнусность, в которой собрано воедино все худшее, что известно каждому. (55) Пусть же будет при нас некий опекун, который и за ухо дернет, и даст отпор людским толкам, и окриком заглушит похвалы толпы. Ты ошибаешься, полагая, будто наши пороки рождены с нами: они нас настигли, внесены в нас извне. Так пусть частые вразумления оборонят нас от мнений, провозглашаемых вокруг. (56) Природа не навязывает нам ни одного порока, она производит нас на свет незапятнанными и свободными. Ничто разжигающее нашу алчность не поместила она на виду, но бросила нам под ноги и золото, и серебро, давая попирать и топтать все то, из-за чего попирают и топчут нас. Она подняла наше лицо к небу, пожелав, чтобы мы, глядя вверх, видели все, что она создала величавым и дивным: восход и закат, и плавный ход мчащейся вселенной, днем открывающий взору земное, ночью небесное, и движенье светил, медленное, если сравнить его с бегом целого, но быстрое, если вспомнить, какие пространства обегают они с никогда не перемежающейся скоростью, и все прочее, достойное восхищения, что либо появляется в свой черед, либо мелькает, движимое внезапными причинами, как, например, огненные борозды в ночи, и зарницы в разверзающемся без всякого шума и стука небе, и огни в виде столпов, балок и еще многого. (57) Все это она поместила над нами, а вот золото и серебро и железо, никогда не знающее из-за них мира, она скрыла, ибо к нам в руки они попадают на горе. Мы сами извлекаем на свет то, из-за чего будем сражаться, мы сами, раскидав груды земли, вы капываем и

tenebras extrahuntur; nihil est illis dum fiunt et a faece sua separantur informius. Denique ipsos opifices intuere per quorum manus sterile terrae genus et infernum perpurgatur: videbis quanta fuligine oblinantur. [59] Atqui ista magis inquinant animos quam corpora, et in possessore eorum quam in artifice plus sordium est.	причину, и орудие своей гибели; мы вручили нашу пагубу фортуне и не стыдимся ставить выше всего то, что лежало в земле ниже всего. (58) Ты хочешь убедиться, что блеск, ослепивший тебе глаза, обманчив? Пока металлы погружены в грязь и облеплены ею, нет ничего отвратительнее, ничего тусклее! Когда их вытаскивают из тьмы длиннейших копей, покуда они не отделены от родной грязи и не стали тем, что есть, нет ничего безобразнее! Наконец, взгляни на мастеров, чьи руки очищают этот род бесплодной, безобразной земли! Ты увидишь, сколько на них копоти! (59) А ведь душу эти металлы пачкают больше, чем тело! Больше грязи на их владетеле, чем на изготовителе!
Necessarium itaque admoneri est, habere aliquem advocatum bonae mentis et in tanto fremitu tumultuque falsorum unam denique audire vocem. Quae erit illa vox? ea scilicet quae tibi tantis clamoribus ambitionis exsurdato salubria insusurret verba, quae dicat: [60] non est quod invideas istis quos magnos felicesque populus vocat, non est quod tibi compositae mentis habitum et sanitatem plausus excutiat, non est quod tibi tranquillitatis tuae fastidium faciat ille sub illis fascibus purpura cultus, non est quod feliciorem eum iudices cui summovetur quam te quem lictor semita deicit. Si vis exercere tibi utile, nulli autem grave imperium, summove vitia. [61] Multi inveniuntur qui ignem inferant urbibus, qui inexpugnabilia saeculis et per aliquot aetates tuta prosternant, qui aequum arcibus aggerem attollant et muros in miram altitudinem eductos arietibus ac machinis quassent. Multi sunt qui ante se agant agmina et tergis hostium [et] graves instent et ad mare magnum perfusi caede gentium veniant, sed hi quoque, ut vincerent hostem, cupiditate victi sunt. Nemo illis venientibus restitit, sed nec ipsi ambitioni crudelitatique restiterant;	Значит, необходимо, чтобы тебя вразумляли, чтобы при тебе был благомыслящий защитник, чтобы среди великого шума и суматохи лживых речей слышался хоть один голос... Какой голос? Да тот, что шепнет тебе на ухо, оглушенное криками честолюбцев, спасительное слово; что скажет: (60) "Нечего завидовать тем, кого толпа зовет великими и счастливыми; незачем из-за плеска рук терять здравый ум и спокойствие духа; незачем тебе гнушаться собственной безмятежностью из-за вон того, шествующего среди фасций в пурпурном одеянье, незачем считать его счастливее себя потому, что перед ним расчищают дорогу, а тебя ликтор прогоняет с пути. Если хочешь власти, и тебе полезной, и никому не тягостной, - изгони пороки! (61) Много найдется таких, что подожгут города, разрушат то, что было неприступным много веков и благополучным много поколений, взгромоздят насыпь вровень с крепостным холмом, возведенные на невиданную высоту стены сокрушат таранами и другими орудиями. Есть много таких, что погонят прочь войска, будут

tunc cum agere alios visi sunt, agebantur. [62] Agebat infelicem Alexandrum furor aliena vastandi et ad ignota mittebat. An tu putas sanum qui a Graeciae primum cladibus, in qua eruditus est, incipit? qui quod cuique optimum est eripit, Lacedaemona servire iubet, Athenas tacere? Non contentus tot civitatium strage, quas aut vicerat Philippus aut emerat, alias alio loco proicit et toto orbe arma circumfert; nec subsistit usquam lassa crudelitas inmanium ferarum modo quae plus quam exigit fames mordent. [63] Iam in unum regnum multa regna coniecit, iam Graeci Persaeque eundem timent, iam etiam a Dareo liberae nationes iugum accipiunt; it tamen ultra oceanum solemque, indignatur ab Herculis Liberique vestigiis victoriam flectere, ipsi naturae vim parat. Non ille ire vult, sed non potest stare, non aliter quam in praeceps deiecta pondera, quibus eundi finis est iacuisse.	неотступно грозить неприятелю с тыла, дойдут, залитые кровью, до великого моря; но и они, победители, побеждены алчностью. При их приближении никто не в силах сопротивляться, но и они не в силах сопротивляться честолюбию и жестокости; когда казалось, что они гонят врагов, их самих гнали. (62) Несчастного Александра гнала и посылала в неведомые земли безумная страсть к опустошению. Или, по-твоему, здрав умом тот, кто начал с разгрома Греции, где сам был воспитан? кто отнял у каждого города то, что там было лучшего, заставив Спарту рабствовать, Афины - молчать? кто, не довольствуясь поражением многих государств, либо побежденных, либо купленных Филиппом 10, стал опрокидывать другие в других местах, неся оружье по всему свету? чья жестокость нигде не остановилась, уставши, - наподобие диких зверей, загрызающих больше добычи, чем требует голод? (63) Уже множество царств он слил в одно; уже греки и персы боятся одного и того же; уже носят ярмо племена, свободные даже от власти Дария; а он идет дальше океана, дальше солнца, негодует, что нельзя нести победу по следам Геркулеса и Либера еще дальше, он готов творить насилие над самой природой. Он не то что хочет идти, но не может стоять, как брошенные в пропасть тяжести, для которых конец паденья - на дне.
[64] Ne Gnaeo quidem Pompeio externa bella ac domestica virtus aut ratio suadebat, sed insanus amor magnitudinis falsae. Modo in Hispaniam et Sertoriana arma, modo ad colligandos piratas ac maria pacanda vadebat: hae praetexebantur causae ad continuandam potentiam. [65] Quid illum in Africam, quid in septentrionem, quid in Mithridaten et Armeniam et omnis Asiae angulos traxit? infinita scilicet cupido crescendi, cum sibi uni parum magnus videretur. Quid C. Caesarem in sua	(64) И Гнея Помпея не разум и доблесть убеждали вести войны, междоусобные и внешние, а безумная страсть к ложному величию 12. Он шел то на серторианские войска в Испании, то против пиратов, чтобы установить мир на морях; (65) но все это были только предлоги продлить свою власть. Что влекло его в Африку, что на север, что против Митридата, что в Армению и во все уголки Азии? Конечно, бесконечная жажда подняться еще выше, - хотя только ему одному его величье казалось малым. Что толкало

fata pariter ac publica inmisit? gloria et ambitio et nullus supra ceteros eminendi modus. Unum ante se ferre non potuit, cum res publica supra se duos ferret. [66] Quid, tu C. Marium semel consulem (unum enim consulatum accepit, ceteros rapuit), cum Teutonos Cimbrosque concideret, cum Iugurtham per Africae deserta sequeretur, tot pericula putas adpetisse virtutis instinctu? Marius exercitus, Marium ambitio ducebat. [67] Isti cum omnia concuterent, concutiebantur turbinum more, qui rapta convolvunt sed ipsi ante volvuntur et ob hoc maiore impetu incurrunt quia nullum illis sui regimen est, ideoque, cum multis fuerunt malo, pestiferam illam vim qua plerisque nocuerunt ipsi quoque sentiunt. Non est quod credas quemquam fieri aliena infelicitate felicem.	Цезаря к роковому для него и для республики исходу? Жажда славы и почестей, не знавшая меры страсть возвышаться над всеми. (66) Он не мог потерпеть над собою даже одного, хотя государство терпело над собою двоих. По-твоему, Гай Марий 13, однажды консул (ибо одно консульство он получил, остальные взял силой), когда разбил кимвров и тевтонов, когда гонялся за Югуртой по африканским пустыням, разве шел против опасностей по веленью доблести? Нет, Марий вел войско, а Мария вело честолюбие. (67) Эти люди, никому не дававшие покоя, сами не ведали покоя, будучи подобны смерчам, которые все захватывают своим вращением, но прежде приведены во вращенье сами и потому налетают с такою силой, что сами над собою не властны. Явившись на беду многим, они на себе чувствуют потом ту губительную силу, которой вредят другим. И не думай, будто кто-нибудь стал счастливым через чужое несчастье.
[68] Omnia ista exempla quae oculis atque auribus nostris ingeruntur retexenda sunt, et plenum malis sermonibus pectus exhauriendum; inducenda in occupatum locum virtus, quae mendacia et contra verum placentia exstirpet, quae nos a populo cui nimis credimus separet ac sinceris opinionibus reddat. Hoc est enim sapientia, in naturam converti et eo restitui unde publicus error expulerit. [69] Magna pars sanitatis est hortatores insaniae reliquisse et ex isto coitu invicem noxio procul abisse.	(68) Нужно распустить эту ткань из примеров, окутывающую нам глаза и уши, нужно опорожнить сердце, наполненное пагубными речами. Пусть расчищенное место займет добродетель, - она искоренит все поддельное и прельщающее вопреки истине, она отделит нас от толпы, которой мы слишком уж верим, и вернет нас к правильным сужденьям. В том и состоит мудрость, чтобы обратиться к природе и вернуться туда, откуда изгнало нас всеобщее заблужденье. (69) Большой шаг к исцелению - покинуть подстрекателей безумья, подальше отойти от людей, которые толпятся, заражая друг друга.
Hoc ut esse verum scias, aspice quanto aliter unusquisque populo vivat, aliter sibi. Non est per se magistra innocentiae solitudo nec frugalitatem docent rura, sed ubi testis ac spectator abscessit, vitia subsidunt, quorum monstrari et conspici fructus est. [70] Quis eam quam nulli ostenderet induit	Хочешь убедиться, что это правда, - погляди, как по-разному живут напоказ народу или для себя. Само по себе одиночество не есть наставник невинности, и деревня не учит порядочности; но где нет свидетеля и зрителя, там утихают пороки, чья награда - указывающие на тебя пальцы

purpuram? quis posuit secretam in auro dapem? quis sub alicuius arboris rusticae proiectus umbra luxuriae suae pompam solus explicuit? Nemo oculis suis lautus est, ne paucorum quidem aut familiarium, sed apparatum vitiorum suorum pro modo turbae spectantis expandit. [71] Ita est: inritamentum est omnium in quae insanimus admirator et conscius. Ne concupiscamus efficies si ne ostendamus effeceris. Ambitio et luxuria et inpotentia scaenam desiderant: sanabis ista si absconderis.	и уставившиеся взгляды. (70) Кто наденет пурпур, если некому его показать? Кто прикажет подавать на золоте, ужиная в одиночку? Кто, лежа один в тени сельского дерева, расставит всю свою роскошную утварь? Никто не прихорашивается напоказ самому себе или немногим и близким людям; нет, все пышное убранство своих пороков разворачивают, смотря по числу глазеющих. (71) Это так: поклонник и сообщник - вот кто подстрекает нас на все наши безумства. Добейся, чтобы мы ничего не выставляли напоказ, - и ты добьешься, чтобы мы перестали желать. Честолюбие и роскошь и безудержность хотят подмостков; ты вылечишь их, если спрячешь".
[72] Itaque si in medio urbium fremitu conlocati sumus, stet ad latus monitor et contra laudatores ingentium patrimoniorum laudet parvo divitem et usu opes metientem. Contra illos qui gratiam ac potentiam attollunt otium ipse suspiciat traditum litteris et animum ab externis ad sua reversum. [73] Ostendat ex constitutione vulgi beatos in illo invidioso fastigio suo trementis et attonitos longeque aliam de se opinionem habentis quam ab aliis habetur; nam quae aliis excelsa videntur ipsis praerupta sunt. Itaque exanimantur et trepidant quotiens despexerunt in illud magnitudinis suae praeceps; cogitant enim varios casus et in sublimi maxime lubricos. [74] Tunc adpetita formidant et quae illos graves aliis reddit gravior ipsis felicitas incubat. Tunc laudant otium lene et sui iuris, odio est fulgor et fuga a rebus adhuc stantibus quaeritur. Tunc demum videas philosophantis metu et aegrae fortunae sana consilia. Nam quasi ista inter se contraria sint, bona fortuna et mens bona, ita melius in malis sapimus: secunda rectum auferunt. Vale.	(72) Потому-то, если мы живем среди городского шума, пусть будет при нас наставник, который, наперекор хвалителям огромных имуществ, хвалит богатого при малом достатке, измеряющего изобилье потребностью. Наперекор превозносящим милость и власть сильных, пусть зовет почет ным досуг, отданный наукам, и душу, от внешних возвратившуюся к своим благам. (73) Пусть покажет, как блаженствующие на взгляд черни дрожат и цепенеют на этой достойной зависти высоте и держатся о себе совсем иного мнения, чем другие. Ведь то, что прочим кажется высотою, для них есть обрыв. Вот у них и спирает дыханье и начинается дрожь, когда они заглянут в бездну собственного величия. Они думают обо всяческих превратностях, делающих вершину столь скользкой, (74) они страшатся желанного прежде, и счастье, через которое они стали в тягость всем, еще тягостнее гнетет их самих. Тогда они хвалят отрадный и независимый досуг, ненавидят блеск, ищут путей бегства от своего величия, покуда оно не рухнуло. Тут-то ты и увидишь философов от страха, и безумную судьбу, дающую здравые советы. Ибо, словно благополучие и благомыслие

	несовместимы, мы правильно судим в беде, а удача уносит верные сужденья Будь здоров.

XCV

[1] Petis a me ut id quod in diem suum dixeram debere differri repraesentem et scribam tibi an haec pars philosophiae quam Graeci paraeneticen vocant, nos praeceptivam dicimus, satis sit ad consummandam sapientiam. Scio te in bonam partem accepturum si negavero. Eo magis promitto et verbum publicum perire non patior: 'postea noli rogare quod inpetrare nolueris'. [2] Interdum enim enixe petimus id quod recusaremus si quis offerret. Haec sive levitas est sive vernilitas punienda est promittendi facilitate. Multa videri volumus velle sed nolumus. Recitator historiam ingentem attulit minutissime scriptam, artissime plictam, et magna parte perlecta 'desinam' inquit 'si vultis': adclamatur 'recita, recita' ab iis qui illum ommutescere illic cupiunt. Saepe aliud volumus, aliud optamus, et verum ne dis quidem dicimus, sed dii aut non exaudiunt aut miserentur. [3] Ego me omissa misericordia vindicabo et tibi ingentem epistulam inpingam, quam tu si invitus leges, dicito 'ego mihi hoc contraxi', teque inter illos numera quos uxor magno ducta ambitu torquet, inter illos quos divitiae per summum adquisitae sudorem male habent, inter illos quos honores nulla non arte atque opera petiti discruciant, et ceteros malorum suorum compotes.	(1) Ты требуешь от меня немедленно расквитаться с тобою и написать о том, что я счел нужным отложить и потом растолковать в свой срок: способна ли та часть философии, которую греки называют napaive_tixif), а мы - назидательной, одна лишь дать совершенную мудрость. - Я знаю, ты не обидишься, даже если я нарушу обещанье. Но я его исполню в подтвержденье пословицы: "Впредь не проси того, чего получить не хочешь". (2) Ведь мы иногда прямо-таки набиваемся на то, от чего отказались бы, будь оно нам предложено. Легкомыслие ли это или угодничество. наказывать его надо скорым согласием на просьбу. Мы слишком часто хотим показать, будто желаем того, чего не желаем. Некто приносит для публичного чтения длиннейшую "Историю", написанную мелко-мелко и плотно скатанную, и, прочитав большую часть, объявляет: "Если хотите, я остановлюсь". Все кричат: "Читай, читай!" - а сами только того и хотят, чтобы чтец умолк. Мы часто про себя желаем одного, вслух - Другого, и даже богам не говорим правды; но боги либо нас не слушают, либо жалеют. (3) А я отомщу без малейшего милосердия и заставлю тебя читать нескончаемое письмо; и когда ты будешь это делать без всякой охоты, говори: "Я сам накликал беду!" Считай тогда себя одним из тех, кого допекает жена, высватанная с великими хлопотами, кому опостылели богатства, собранные ценой обильного пота, кого до муки тяготят почетные должности, ради которых шли на любые уловки и труды, словом, одним из совиновников собственных бед.
[4] Sed ut omisso principio rem ipsam adgrediar, 'beata' inquiunt 'vita	(4) А теперь попробую, пропустив вступление, перейти прямо к делу.

constat ex actionibus rectis; ad actiones rectas praecepta perducunt; ergo ad beatam vitam praecepta sufficiunt'. Non semper ad actiones rectas praecepta perducunt, sed cum obsequens ingenium est; aliquando frustra admoventur, si animum opiniones obsident pravae. [5] Deinde etiam si recte faciunt, nesciunt facere se recte. Non potest enim quisquam nisi ab initio formatus et tota ratione compositus omnis exsequi numeros ut sciat quando oporteat et in quantum et cum quo et quemadmodum et quare. Non potest toto animo ad honesta conari, ne constanter quidem aut libenter, sed respiciet, sed haesitabit.	Говорят так: "Блаженная жизнь складывается из правильных поступков; к правильным поступкам ведут наставленья; значит, наставлений довольно для блаженной жизни". - Но наставленья ведут к правильным поступкам не всегда, а только когда им послушен ум, иногда же, если душу держат в осаде превратные мнения, наставлять ее бесполезно. (5) Потом некоторые, даже поступая правильно, не знают сами, что правильно поступают. Ведь только образованный, прошедший всю науку с начала и постигший ее суть, может соблюсти все статьи, чтобы знать, что надлежит делать, когда, насколько, как и с кем. Другому, даже при самом упорном желании, невозможно вершить то, что велит честность, от всей души, - он будет оглядываться и колебаться.
[6] 'Si honesta' inquit 'actio ex praeceptis venit, ad beatam vitam praecepta abunde sunt: atqui est illud, ergo et hoc.' His respondebimus actiones honestas et praeceptis fieri, non tantum praeceptis.	- (6) "Если честные поступки проистекают из наставлений, то их с избытком довольно для блаженной жизни; а так как первое верно, верно и второе". - На это мы ответим: к честным поступкам побуждают наставления, но не одни только наставления. -
[7] 'Si aliae' inquit 'artes contentae sunt praeceptis, contenta erit et sapientia; nam et haec ars vitae est. Atqui gubernatorem facit ille qui praecipit "sic move gubernaculum, sic vela summitte, sic secundo vento utere, sic adverso resiste, sic dubium communemque tibi vindica". Alios quoque artifices praecepta conformant; ergo in hoc idem poterunt artifice vivendi.' [8] Omnes istae artes circa instrumenta vitae occupatae sunt, non circa totam vitam; itaque multa illas inhibent extrinsecus et inpediunt, spes, cupiditas, timor. At haec quae artem vitae professa est nulla re quominus se exerceat vetari potest; discutit enim inpedimenta et iactat obstantia. Vis scire quam dissimilis sit aliarum artium condicio et huius? in illis excusatius est voluntate peccare quam casu, in hac maxima culpa est	(7) "Если все науки довольствуются наставлениями, то должна довольствоваться ими и философия, потому что и она есть наука о жизни. Кормчим человека делает тот, кто наставляет его: так поворачивай рулевое весло, так опускай паруса, так двигайся с попутным ветром, так сопротивляйся встречному, а так используй боковой, не благоприятный и не враждебный". И любого наставленья укрепляют в его науке; значит и для науки жить они могут сделать то же". - (8) Но все эти науки заботятся лишь о средствах к жизни, а не о жизни в целом. Поэтому многое мешает им и препятствует извне: надежда, желание, страх. А той, что провозгласила себя наукой о жизни, никогда ничто не помешает оказать свое действие: она опрокидывает преграды и влечет за собой препятствия. Хочешь знать, как несхожи между собой эта и все прочие

sponte delinquere. [9] Quod dico tale est. Grammaticus non erubescet soloecismo si sciens fecit, erubescet si nesciens; medicus si deficere aegrum non intellegit, quantum ad artem magis peccat quam si se intellegere dissimulat: at in hac arte vivendi turpior volentium culpa est.	науки? В тех простительней ошибаться намеренно, а не случайно, в этой величайшая вина погрешить по своей воле. (9) Вот что я имею в виду. Грамматик не покраснеет, заведомо употребив неправильное выражение, и покраснеет, употребив его по неведенью. И намного виновнее перед своей наукой врач, если он не понял, что больной отходит, чем если сделал вид, будто не понял. А в науке жизни намеренное прегрешение постыднее.
Adice nunc quod artes quoque pleraeque -- immo ex omnibus liberalissimae -- habent decreta sua, non tantum praecepta, sicut medicina; itaque alia est Hippocratis secta, alia Asclepiadis, alia Themisonis. [10] Praeterea nulla ars contemplativa sine decretis suis est, quae Graeci vocant dogmata, nobis vel decreta licet appellare vel scita vel placita; quae et in geometria et in astronomia invenies. Philosophia autem et contemplativa est et activa: spectat simul agitque. Erras enim si tibi illam putas tantum terrestres operas promittere: altius spirat. 'Totum' inquit 'mundum scrutor nec me intra contubernium mortale contineo, suadere vobis aut dissuadere contenta: magna me vocant supraque vos posita.	Прибавь к этому, что во всех науках и искусствах, даже в самых свободных, есть не только наставленья, но и основные правила, - как, например, во врачебном искусстве. Поэтому у Гиппократа - своя школа, у Асклепиада - своя, и своя - у Темисона1. (10) И у каждой из умозрительных наук есть свои основы, которые греки называют 86ур.дта, а мы вольны называть "основоположеньями", или "первичными установлениями", или "исходными утверждениями", - их ты найдешь и в геометрии, и в астрономии. Философия же есть наука и умозрительная, и прикладная, она и созерцает, и действует. Ты ошибаешься, полагая, будто она сулит пользу лишь в земных делах; она метит выше! Она говорит: я исследую весь мир и не остаюсь среди смертных, довольствуясь тем, чтобы убеждать вас или разубеждать; меня манит великое, то, что выше вас:
[11] *Nam tibi de summa caeli ratione deumque disserere incipiam et rerum primordia pandam, unde omnis natura creet res, auctet alatque, quoque eadem rursus natura perempta resolvat,*	(11) *Ибо о сущности высшей небес и богов собираюсь Я рассуждать для тебя и вещей объясняю начала, Все из которых творит, умножает, питает природа И на которые все после гибели вновь разлагает,*
ut ait Lucretius.' Sequitur ergo ut, cum contemplativa sit, habeat decreta sua. [12] Quid quod facienda quoque nemo rite obibit nisi is cui ratio erit tradita qua in quaque re omnis officiorum numeros exsequi possit? quos non servabit qui in rem praecepta acceperit, non in omne. Inbecilla sunt per se et, ut ita dicam,	как говорит Лукреций. Следовательно, как наука умозрительная, она имеет свои основоположенья. (12) Да что там! Даже того, что следует, не исполнить надлежащим образом, если не усвоено общее правило, как соблюсти в любом деле все статьи наших обязанностей; этого не сделать тому, кто получил наставления на каждый случай, а не

sine radice quae partibus dantur. Decreta sunt quae muniant, quae securitatem nostram tranquillitatemque tueantur, quae totam vitam totamque rerum naturam simul contineant. Hoc interest inter decreta philosophiae et praecepta quod inter elementa et membra: haec ex illis dependent, illa et horum causae sunt et omnium.	общие. Если их дают по частям, они бессильны и, так сказать, не пускают корней. А основоположенья - это то, что укрепляет наш дух, сохраняет наше спокойствие и безмятежность, объемлет всю жизнь и всю природу. Разница между основоположеньями философии и наставлениями та же, что между первоначальными веществами и отдельными предметами: вторые зависят от первых, первые суть причины вторых, да и всего на свете.
[13] 'Antiqua' inquit 'sapientia nihil aliud quam facienda ac vitanda praecepit, et tunc longe meliores erant viri: postquam docti prodierunt, boni desunt; simplex enim illa et aperta virtus in obscuram et sollertem scientiam versa est docemurque disputare, non vivere.' [14] Fuit sine dubio, ut dicitis, vetus illa sapientia cum maxime nascens rudis non minus quam ceterae artes quarum in processu subtilitas crevit. Sed ne opus quidem adhuc erat remediis diligentibus. Nondum in tantum nequitia surrexerat nec tam late se sparserat: poterant vitiis simplicibus obstare remedia simplicia. Nunc necesse est tanto operosiora esse munimenta quanto vehementiora sunt quibus petimur.	- (13) "Древняя мудрость поучает только тому, что надо делать и чего избегать, - а люди тогда были лучше. Когда ученых стало больше, хороших стало меньше, потому что простая и очевидная добродетель превратилась в темную и велеречивую науку, и учат нас рассуждать, а не жить". - (14) Без сомнения, древняя мудрость, особенно при своем рождении, была, как вы говорите, безыскусственна; так и прочие науки, чья тонкость возросла со временем. Но тогда и нужды не было в тщательном лечении. Испорченность еще не выросла настолько и не распространилась так широко; с простыми пороками можно было бороться простыми лекарствами. А теперь нужно строить укрепленья тем заботливей, чем сильнее снаряды, бьющие в нас.
[15] Medicina quondam paucarum fuit scientia herbarum quibus sisteretur fluens sanguis, vulnera coirent; paulatim deinde in hanc pervenit tam multiplicem varietatem. Nec est mirum tunc illam minus negotii habuisse firmis adhuc solidisque corporibus et facili cibo nec per artem voluptatemque corrupto: qui postquam coepit non ad tollendam sed ad inritandam famem quaeri et inventae sunt mille conditurae quibus aviditas excitaretur, quae desiderantibus alimenta erant onera sunt plenis. [16] Inde pallor et nervorum vino madentium tremor et miserabilior ex cruditatibus quam ex fame macies; inde incerti labantium	(15) Врачеванье сводилось когда-то к знанью немногих трав, которые останавливали кровотеченье, заживляли раны, а потом постепенно оно дошло до нынешнего многообразия. И не удивительно, что у него было меньше дела тогда, когда люди были еще и сильны и крепки телом, а пища легка и не испорчена искусством получать наслаждения. Только потом понадобилась пища, не утоляющая, а разжигающая голод, и придуманы были сотни приправ, распаляющих прожорливость, и то, что было питаньем для проголодавшихся, стало бременем для пятых. (16) От этого и бледность, и дрожь в суставах, где жилы расслаблены вином, и злейшая, чем при

pedes et semper qualis in ipsa ebrietate titubatio; inde in totam cutem umor admissus distentusque venter dum male adsuescit plus capere quam poterat; inde suffusio luridae bilis et decolor vultus tabesque ~in se~ putrescentium et retorridi digiti articulis obrigescentibus nervorumque sine sensu iacentium torpor aut palpitatio [corporum] sine intermissione vibrantium. [17] Quid capitis vertigines dicam? quid oculorum auriumque tormenta et cerebri exaestuantis verminationes et omnia per quae exoneramur internis ulceribus adfecta? Innumerabilia praeterea febrium genera, aliarum impetu saevientium, aliarum tenui peste repentium, aliarum cum horrore et multa membrorum quassatione venientium? [18] Quid alios referam innumerabiles morbos, supplicia luxuriae?	голоданье, худоба от поносов; от этого нетвердость ног, всегда заплетающихся, как во хмелю; от этого набухшая влагой кожа по всему телу и живот, растянутый от привычки поглощать больше, чем может вместить; от этого разлитие желчи, вызывающей желтизну бескровного лица, от этого хилость, и внутреннее гниение, и сухие пальцы с окостеневшими суставами, и жилы, либо онемевшие до потери чувствительности, либо трепещущие постоянной дрожью. (17) А что говорить о головокружениях? о мучительной боли в глазах и в ушах? о мурашках, пробегающих по горящему мозгу? о тех частях, через которые мы испражняемся, сплошь изъязвленных изнутри? о бесчисленных видах лихорадок, либо свирепствующих приступами, либо крадущихся тихой сапой, либо грозно нападающих и сотрясающих все члены? (18) К чему упоминать бесчисленное множество других болезней, карающих за страсть к роскоши?
Immunes erant ab istis malis qui nondum se delicis solverant, qui sibi imperabant, sibi ministrabant. Corpora opere ac vero labore durabant, aut cursu defatigati aut venatu aut tellure versanda; excipiebat illos cibus qui nisi esurientibus placere non posset. Itaque nihil opus erat tam magna medicorum supellectile nec tot ferramentis atque puxidibus. Simplex erat ex causa simplici valetudo: multos morbos multa fericula fecerunt. [19] Vide quantum rerum per unam gulam transiturarum permisceat luxuria, terrarum marisque vastatrix. Necesse est itaque inter se tam diversa dissideant et hausta male digerantur aliis alio nitentibus. Nec mirum quod inconstans variusque ex discordi cibo morbus est et illa ex contrariis naturae partibus in eundem conpulsa [ventrem] redundant. Inde tam novo aegrotamus genere quam vivimus.	Им были не подвержены те, кто еще не растратил здоровья на удовольствия, кто сам себе был и господином, и слугою. Тело закалялось подлин ным трудом, утомленное или бегом, или охотой, или пахотой. Потом ждала их пища, способная понравиться только проголодавшимся. Вот и не было надобности в разнообразной врачебной утвари, в таком множестве железок и склянок. Проста была причина - и простым было здоровье; обилие блюд породило обилие болезней. (19) Взгляни, сколько всего намешала жажда роскоши, опустошительница суши и моря, - чтобы все прошло через одну глотку! Такие разные вещи и не могут соединяться воедино и, проглоченные, перевариваются плохо, потому что каждая действует по-своему. Неудивительно, что и болезни, вызываемые несовместимыми кушаньями, изменчивы и разнообразны, и еда, в которой насильно перемешаны противоположные по природе части,

	извергается наружу. Вот мы и болеем, как живем, - на множество ладов.
[20] Maximus ille medicorum et huius scientiae conditor feminis nec capillos defluere dixit nec pedes laborare: atqui et capillis destituuntur et pedibus aegrae sunt. Non mutata feminarum natura sed victa est; nam cum virorum licentiam aequaverint, corporum quoque virilium incommoda aequarunt. [21] Non minus pervigilant, non minus potant, et oleo et mero viros provocant; aeque invitis ingesta visceribus per os reddunt et vinum omne vomitu remetiuntur; aeque nivem rodunt, solacium stomachi aestuantis. Libidine vero ne maribus quidem cedunt: pati natae (di illas deaeque male perdant!) adeo perversum commentae genus inpudicitiae viros ineunt.	(20) Величайший врач, создатель этой науки, говорил, что у женщин не выпадают волосы и не болят ноги. Но вот они и волосы теряют, и ноги у них больные. Изменилась не природа женщины, а жизнь5: уравнявшись с мужчинами распущенностью, они уравнялись с ними и болезнями. (21) Женщины и полунощничают, и пьют столько же, состязаясь с мужчинами в количестве масла6 и вина, так же изрыгают из утробы проглоченное насильно, вновь измеряют выпитое, все до капли выблевывая, и так же грызут снег, чтобы успокоить разбушевавшийся желудок. И в похоти они не уступают другому полу: рожденные терпеть, они (чтоб их погубили все боги и богини!) придумали такой извращенный род распутства, что сами спят с мужчинами, как мужчины.
Quid ergo mirandum est maximum medicorum ac naturae peritissimum in mendacio prendi, cum tot feminae podagricae calvaeque sint? Beneficium sexus sui vitiis perdiderunt et, quia feminam exuerant, damnatae sunt morbis virilibus.	Что же удивительного, если величайший врач, лучший знаток природы, попался во лжи, и есть столько плешивых и подагрических женщин? Из-за таких пороков они потеряли преимущества своего пола и, перестав быть женщинами, приговорили себя к мужским болезням.
[22] Antiqui medici nesciebant dare cibum saepius et vino fulcire venas cadentis, nesciebant sanguinem mittere et diutinam aegrotationem balneo sudoribusque laxare, nesciebant crurum vinculo brachiorumque latentem vim et in medio sedentem ad extrema revocare. Non erat necesse circumspicere multa auxiliorum genera, cum essent periculorum paucissima. [23] Nunc vero quam longe processerunt mala valetudinis! Has usuras voluptatium pendimus ultra modum fasque concupitarum. Innumerabiles esse morbos non miraberis: cocos numera. Cessat omne studium et liberalia professi sine ulla frequentia desertis angulis praesident; in rhetorum ac philosophorum scholis solitudo est: at	(22) В старину врачи не умели учащать приемы пищи и поддерживать вином слабеющее сердцебиение, не умели отворять кровь и облегчать затяжную болезнь баней и потением, не умели, связав руки и ноги, скрытую в глубине болезнетворную силу оттягивать к конечностям. Им не было нужды, по малочисленности угроз, выискивать множество средств помощи. (23) А теперь до чего дошла порча здоровья! Это мы платим пеню за переходящую всякую меру и закон страсть к наслаждениям. Сочти поваров - и перестанешь удивляться, что болезней так много. Все науки отступили вспять, и наставники свободных искусств сидят в пустых углах, никем не посещаемые. В школах философов и риторов ни души, зато как многолюдно на кухнях у

quam celebres culinae sunt, quanta circa nepotum focos [se] iuventus premit! [24] Transeo puerorum infelicium greges quos post transacta convivia aliae cubiculi contumeliae expectant; transeo agmina exoletorum per nationes coloresque discripta ut eadem omnibus levitas sit, eadem primae mensura lanuginis, eadem species capillorum, ne quis cui rectior est coma crispulis misceatur; transeo pistorum turbam, transeo ministratorum per quos signo dato ad inferendam cenam discurritur. Di boni, quantum hominum unus venter exercet! [25] Quid? tu illos boletos, voluptarium venenum, nihil occulti operis iudicas facere, etiam si praesentanei non fuerunt? Quid? tu illam aestivam nivem non putas callum iocineribus obducere? Quid? illa ostrea, inertissimam carnem caeno saginatam, nihil existimas limosae gravitatis inferre? Quid? illud sociorum garum, pretiosam malorum piscium saniem, non credis urere salsa tabe praecordia? Quid? illa purulenta et quae tantum non ex ipso igne in os transferuntur iudicas sine noxa in ipsis visceribus extingui? Quam foedi itaque pestilentesque ructus sunt, quantum fastidium sui exhalantibus crapulam veterem! scias putrescere sumpta, non concoqui. [26] Memini fuisse quondam in sermone nobilem patinam in quam quidquid apud lautos solet diem ducere properans in damnum suum popina congesserat: veneriae spondylique et ostrea eatenus circumcisa qua eduntur intervenientibus distinguebantur ~echini totam destructique~ sine ullis ossibus mulli constraverant. [27] Piget esse iam singula: coguntur in unum sapores. In cena fit quod fieri debebat in ventre: expecto iam ut manducata ponantur. Quantulo autem hoc minus est, testas excerpere atque ossa et dentium opera cocum fungi? 'Gravest luxuriari per singula: omnia	чревоугодников, сколько молодежи там теснится у печки! (24) Я не говорю о толпах несчастных мальчишек, которых по окончании пира ждут в спальне новые надругательства, не говорю о целом войске юнцов-наложников, разделенном по племенам и мастям, - чтобы все были одинаково гладки, у всех одинаково отрос первый пушок, одинаковы были волосы, - не дай бог, если среди курчавых окажется один с прямыми прядями! Не говорю о толпах пекарей, не говорю о прислужниках, которые по знаку разбегаются за новыми блюдами. Столько людей - и всем дает работу одна утроба! Неужели, по-твоему, грибы, этот вкусный яд, не делают своего дела исподтишка, даже если сразу не вредят? (25) Неужели ты думаешь, будто от этого летнего снега не твердеет печень? Неужели ты считаешь, что податливая мякоть этих устриц, раскормленных в иле, не оставляет в желудке тяжелого осадка? Неужели ты полагаешь, будто союзническая приправа7, эта драгоценная сукровица протухших рыб, -не жжет соленой жижей наших внутренностей? Неужели, по твоему, эти гноящиеся куски, что идут в рот прямо с огня, остывают у нас в утробе без всякого вреда? Какою мерзкой отравой потом рыгается! Как мы сами себе противны, когда дышим винным перегаром! Можно подумать, будто съеденное не переваривается внутри, а гниет! (26) Я вспоминаю, что когда-то много говорили об изысканном блюде, в которое наши лакомки, поспешая к собственной погибели, намешали все, за чем они обычно проводят день: съедобные части венериных и иглистых раковин и устриц были разделены проложенными между ними морскими ежами, сверху лежал слой краснобородок, без чешуи и без костей. (27) Лень уже есть все по отдельности - и вот на стол подают то, что должно получиться в сытом животе. Не хватает только, чтобы все приносилось уже пережеванным! Впрочем, и не хватает

semel et in eundem saporem versa ponantur. Quare ego ad unam rem manum porrigam? plura veniant simul, multorum ferculorum ornamenta coeant et cohaereant. [28] Sciant protinus hi qui iactationem ex istis peti et gloriam aiebant non ostendi ista sed conscientiae dari. Pariter sint quae disponi solent, uno iure perfusa; nihil intersit; ostrea, echini, spondyli, mulli perturbati concoctique ponantur.' Non esset confusior vomentium cibus. [29] Quomodo ista perplexa sunt, sic ex istis non singulares morbi nascuntur sed inexplicabiles, diversi, multiformes, adversus quos et medicina armare se coepit multis generibus, multis observationibus.	самую малость: ведь скорлупа снята, кости вынуты, вместо зубов потрудились повара. - "Лакомиться всем по отдельности стало тяжко - пусть всё стряпают вместе, чтобы вкус был один. Зачем мне протягивать руку за чем-нибудь одним? Пусть подадут все сразу, пусть будет сложено вместе и соединено столько, что хватило бы на украшение многих перемен! (28) Пусть знают те, что утверждают, будто все это нужно мне для похвальбы и ради тщеславия: я не выставляю мои яства напоказ, а даю вам их разгадывать. Что всегда бывает отдельно, то пусть будет вместе под одной подливкой; пусть не отличаются друг от друга устрицы, морские ежи, иглистые раковины, краснобородки, перемешанные и сваренные заодно". - Право, в блевотине пища перемешана не меньше! (29) И насколько сложны эти блюда, настолько же разные, многовидные и непонятные болезни порождаются ими; и врачебное искусство начало вооружаться против них многими способами лечения, многими наблюдениями.
Idem tibi de philosophia dico. Fuit aliquando simplicior inter minora peccantis et levi quoque cura remediabiles: adversus tantam morum eversionem omnia conanda sunt. Et utinam sic denique lues ista vincatur! [30] Non privatim solum sed publice furimus. Homicidia conpescimus et singulas caedes: quid bella et occisarum gentium gloriosum scelus? Non avaritia, non crudelitas modum novit. Et ista quamdiu furtim et a singulis fiunt minus noxia minusque monstrosa sunt: ex senatus consultis plebisque scitis saeva exercentur et publice iubentur vetata privatim. [31] Quae clam commissa capite luerent, tum quia paludati fecere laudamus. Non pudet homines, mitissimum genus, gaudere sanguine alterno et bella gerere gerendaque liberis tradere, cum inter se etiam mutis ac feris pax sit. [32] Adversus tam potentem explicitumque late furorem	То же самое говорю я и о философии. Когда-то, среди не столь тяжких грешников, излечимых даже легким уходом, она была проще; а против нынешнего разрушения нравов нужно испытать все средства. Пусть бы хоть ими можно было остановить эту заразу! (30) Мы безумствуем не только поодиночке, но и целыми народами. Убийства и отдельных убийц мы обуздали; а что войны, что истребленье целых племен - это прославляемое злодейство? Ни алчность, ни жестокость не знают меры. Убийства, совершаемые в одиночку и исподтишка, не так опасны и чудовищны; но жестокости творятся теперь по постановлению сената и народа, и запрещенное частным лицам приказывается от лица государства. (31) За одно и то же преступление платят головою, если оно совершено тайно, а если в солдатских плащах получают хвалы. Людям, кроткому роду, не стыдно радоваться

operosior philosophia facta est et tantum sibi virium sumpsit quantum iis adversus quae parabatur accesserat. Expeditum erat obiurgare indulgentis mero et petentis delicatiorem cibum, non erat animus ad frugalitatem magna vi reducendus a qua paullum discesserat:	крови друг друга, вести войны и поручать детям продолжать их, меж тем как среди бессловесных и диких животных царит мир. (32) Против такого могучего и повсеместного безумия философия, которой прибавилось труда, накопила столько же сил, сколько прибыло их у противника. Легко было порицать преданных вину и лакомых до изысканных блюд; немного сил нужно было, чтобы привести на путь воздержности душу, когда она едва с него сошла.
[33] *nunc manibus rapidis opus est, nunc arte magistra.*	(33) *Теперь-то потребны Сила. и рук быстрота, и наставник надежный - искусство*
Voluptas ex omni quaeritur. Nullum intra se manet vitium: in avaritiam luxuria praeceps est. Honesti oblivio invasit; nihil turpest cuius placet pretium. Homo, sacra res homini, iam per lusum ac iocum occiditur et quem erudiri ad inferenda accipiendaque vulnera nefas erat, is iam nudus inermisque producitur satisque spectaculi ex homine mors est.	Люди повсюду ищут наслаждений, каждый порок бьет через край. Жажда роскоши скатывается к алчности; честность в забвении; что сулит приятную награду, того не стыдятся. Человека - предмет для другого человека священный - убивают ради потехи и забавы; тот, кого преступно было учить получать и наносить раны, выводится на арену голый и безоружный: чтобы развлечь зрителей, с него требуется только умереть.
[34] In hac ergo morum perversitate desideratur solito vehementius aliquid quod mala inveterata discutiat: decretis agendum est ut revellatur penitus falsorum recepta persuasio. His si adiunxerimus praecepta, consolationes, adhortationes, poterunt valere: per se inefficaces sunt. [35] Si volumus habere obligatos et malis quibus iam tenentur avellere, discant quid malum, quid bonum sit, sciant omnia praeter virtutem mutare nomen, modo mala fieri, modo bona. Quemadmodum primum militiae vinculum est religio et signorum amor et deserendi nefas, tunc deinde facile cetera exiguntur mandanturque iusiurandum adactis, ita in iis quos velis ad beatam vitam perducere prima fundamenta iacienda sunt et insinuanda virtus. Huius quadam superstitione teneantur, hanc ament;	(34) При такой извращенности нравов нужны средства сильнее обычных, чтобы прогнать застарелые недуги; необходимы основные правила. чтобы искоренить глубоко воспринятые общим убеждением ложные мненья. Вместе с основоположеньями наставления, утешения, ободрения, может статься, и будут достаточно сильны, а сами по себе они не подействуют. (35) Если мы хотим связать людей и вырвать их из плена пороков, пусть научатся различать благо и зло, пусть знают, что всё, кроме добродетели, меняет имя и становится то злом, то благом. Как первые узы военной службы - это благочестье, и любовь к знаменам, и священный запрет бежать от них, а потом уже легко требовать с приведенных к присяге всего остального и давать им любые порученья, - так и в тех, кого ты хочешь

cum hac vivere velint, sine hac nolint.	повести к блаженной жизни, нужно заложить первые основания, внушив им добродетель. Пусть держатся ее с неким даже суеверием, пусть ее любят, пусть иначе, как с нею, не хотят и жить.
[36] 'Quid ergo? non quidam sine institutione subtili evaserunt probi magnosque profectus adsecuti sunt dum nudis tantum praeceptis obsequuntur?' Fateor, sed felix illis ingenium fuit et salutaria in transitu rapuit. Nam ut dii immortales nullam didicere virtutem cum omni editi et pars naturae eorum est bonos esse, ita quidam ex hominibus egregiam sortiti indolem in ea quae tradi solent perveniunt sine longo magisterio et honesta conplexi sunt cum primum audiere; unde ista tam rapacia virtutis ingenia vel ex se fertilia. At illis aut hebetibus et obtusis aut mala consuetudine obsessis diu robigo animorum effricanda est. [37] Ceterum, ut illos in bonum pronos citius educit ad summa, et hos inbecilliores adiuvabit malisque opinionibus extrahet qui illis philosophiae placita tradiderit; quae quam sint necessaria sic licet videas. Quaedam insident nobis quae nos ad alia pigros, ad alia temerarios faciunt; nec haec audacia reprimi potest nec illa inertia suscitari nisi causae eorum eximuntur, falsa admiratio et falsa formido. Haec nos quamdiu possident, dicas licet 'hoc patri praestare debes, hoc liberis, hoc amicis, hoc hospitibus': temptantem avaritia retinebit. Sciet pro patria pugnandum esse, dissuadebit timor; sciet pro amicis desudandum esse ad extremum usque sudorem, sed deliciae vetabunt; sciet in uxore gravissimum esse genus iniuriae paelicem, sed illum libido in contraria inpinget. [38] Nihil ergo proderit dare praecepta nisi prius amoveris obstatura praeceptis, non magis quam proderit arma in conspectu posuisse propiusque admovisse nisi usurae manus expediuntur. Ut ad praecepta	- (36) "Но что же, разве нет честных людей, которые, и не обучаясь тонкостям, ускользнули от пороков и весьма преуспели, слушаясь одних лишь наставлений?" - Согласен, есть, но в них от природы были счастливые задатки, и ум их на лету ловил благотворные советы. Ведь подобно тому как бессмертные боги не учатся добродетели, наделенные всем от рождения, и благость есть часть их природы, так и некоторые люди особого дарования без долгой науки постигают все, что обычно преподается, и впитывают правила честности, едва услышав о них; эти-то умы так восприимчивы к добродетели и щедры на нее. А у других, слабых и тупых или порабощенных дурной привычкой, долго надо счищать ржавчину с души. (37) Впрочем, преподав основоположенья философии, можно и склонных к добру быстрее поднять до вершины, и кому послабее помочь и избавить их от порочных мнений. Как необходимы эти основоположенья, можешь убедиться вот на чем9. Есть в нас что-то, делающее нас ленивыми в одном, опрометчиво поспешными в другом. Нельзя ни укротить эту дерзость, ни расшевелить эту косность, не уничтоживши их причин: ложного восхищения и ложного страха. Пока они владеют нами, говори сколько угодно: "Это ты должен отцу, это - детям, это друзьям, а то - гостям". Кто попытается - того удержит жадность. Пусть человек знает, что нужно сражаться за родину: его отговорит страх; что ради друзей следует трудиться до седьмого пота: ему помешают наслажденья; что худшая обида для жены - любовница: его вынудит поступать наоборот похоть. (38) Стало быть, так же бесполезно давать наставления, не устранив прежде все преграждающее наставленьям путь, как

quae damus possit animus ire, solvendus est. [39] Putemus aliquem facere quod oportet: non faciet adsidue, non faciet aequaliter; nesciet enim quare faciat. Aliqua vel casu vel exercitatione exibunt recta, sed non erit in manu regula ad quam exigantur, cui credat recta esse quae fecit. Non promittet se talem in perpetuum qui bonus casu est.	бесполезно класть у кого-нибудь на виду оружье и пододвигать его ближе, не освободив ему рук, чтобы за оружье взяться. Чтобы душа могла пойти навстречу нашим наставленьям, ее следует освободить. (39) Представим себе человека, поступающего как должно; но он не станет так поступать постоянно и непременно, ибо не будет знать, почему так поступает. Что-то получается у него правильно либо случайно, либо по навыку, но в руках у него не будет мерила, которым бы он проверил свои поступки и поверил бы, что они правильны. Кто порядочен случайно, тот не может обещать, что будет всегда таким же.
[40] Deinde praestabunt tibi fortasse praecepta ut quod oportet faciat, non praestabunt ut quemadmodum oportet; si hoc non praestant, ad virtutem non perducunt. Faciet quod oportet monitus, concedo; sed id parum est, quoniam quidem non in facto laus est sed in eo quemadmodum fiat. [41] Quid est cena sumptuosa flagitiosius et equestrem censum consumente? quid tam dignum censoria nota, si quis, ut isti ganeones loquuntur, sibi hoc et genio suo praestet? et deciens tamen sestertio aditiales cenae frugalissimis viris constiterunt. Eadem res, si gulae datur, turpis est, si honori, reprensionem effugit; non enim luxuria sed inpensa sollemnis est.	(40) Далее, благодаря наставленьям ты, быть может, будешь делать то, что следует, - но делать все так, как следует, они тебя не научат, а не научив этому, не приведут и к добродетели. Я согласен, после вразумлений ты сделаешь, что следует, - но этого мало; ведь хвалы заслуживает не сам поступок, но то, как он совершен. (41) Что позорнее роскошного ужина, на который тратится всадническое состояние? Что больше заслуживает цензорской отметки, - особенно когда пир устраивают, как говорят наши кутилы, в честь себя самого и своего гения? Но бывало, что самым скромным людям во столько же сестерциев обходились вступительные пиры. Одно и то же, если делается ради обжорства, - позорно, если ради чести, - не навлекает упрека, ибо это уже не мотовство, а трата, освященная обычаем.
[42] Mullum ingentis formae -- quare autem non pondus adicio et aliquorum gulam inrito? quattuor pondo et selibram fuisse aiebant -- Tiberius Caesar missum sibi cum in macellum deferri et venire iussisset, 'amici,' inquit 'omnia me fallunt nisi istum mullum aut Apicius emerit aut P. Octavius'. Ultra spem illi coniectura processit: liciti sunt, vicit Octavius et ingentem consecutus est inter suos	(42) Когда Тиберию цезарю прислали краснобородку невероятных размеров (почему бы мне не сообщить ее вес и не подзадорить наших обжор? - говорят, в ней было около четырех с половиною фунтов), тот приказал отнести ее на мясной рынок и добавил: "Ну, друзья, либо я во всем ошибаюсь, либо эту рыбу купят Апиций или Публий Октавий 12". И эта его догадка исполнилась сверх всех ожиданий: оба стали тягаться за

gloriam, cum quinque sestertiis emisset piscem quem Caesar vendiderat, ne Apicius quidem emerat. Numerare tantum Octavio fuit turpe, non illi qui emerat ut Tiberio mitteret, quamquam illum quoque reprenderim: admiratus est rem qua putavit Caesarem dignum. Amico aliquis aegro adsidet: probamus. [43] At hoc hereditatis causa facit: vultur est, cadaver expectat. Eadem aut turpia sunt aut honesta: refert quare aut quemadmodum fiant. Omnia autem honeste fient si honesto nos addixerimus idque unum in rebus humanis bonum iudicarimus quaeque ex eo sunt; cetera in diem bona sunt. [44] Ergo infigi debet persuasio ad totam pertinens vitam: hoc est quod decretum voco. Qualis haec persuasio fuerit, talia erunt quae agentur, quae cogitabuntur; qualia autem haec fuerint, talis vita erit. In particulas suasisse totum ordinanti parum est. [45] M. Brutus in eo libro quem peri kathekontos inscripsit dat multa praecepta et parentibus et liberis et fratribus: haec nemo faciet quemadmodum debet nisi habuerit quo referat. Proponamus oportet finem summi boni ad quem nitamur, ad quem omne factum nostrum dictumque respiciat; veluti navigantibus ad aliquod sidus derigendus est cursus. [46] Vita sine proposito vaga est; quod si utique proponendum est, incipiunt necessaria esse decreta. Illud, ut puto, concedes, nihil esse turpius dubio et incerto ac timide pedem referente. Hoc in omnibus rebus accidet nobis nisi eximuntur quae reprendunt animos et detinent et ire conarique totos vetant.	краснобородку, продаваемую цезарем, и победил Октавий, который, чтобы рыба не досталась Апицию, купил ее за пять тысяч сестерциев, чем стяжал величайшую славу среди своих. Платить такую цену было позорно только для Октавия, - тот, кто послал рыбу Тиберию (впрочем, я и его бы упрекнул), просто восхищен был предметом, достойным, по его мненью, лишь цезаря. (43) Этот сидит подле больного друга, - мы его одобряем: другой делает то же ради наследства, - он коршун, ожидающий падали. Одно и то же может быть и позорным, и честным: важно, почему и как оно делается. Но все будет делаться честно, если мы преданы одной лишь честности и считаем, что в делах человеческих только то и благо, что из нее проистекает. Все остальное - благо лишь на сей миг. (44) Такое убеждение должно прочно укорениться в нас на всю нашу жизнь; его я и называю основою. Каково будет убеждение, таковы и по ступки, и помыслы, а каковы будут они, такова и жизнь. Кто хочет привести в должный порядок целое, тому мало убедить других в той или этой части. (45) Марк Брут 13 в книге, озаглавленной Пер'1 ха&^хомто-, дает множество наставлений и родителям, и детям, и братьям, - но никто не выполнит их как должно, если не с чем будет соразмерять поступки. Так поставим перед собою цель - высшее благо, чтобы стремиться к ней изо всех сил и иметь ее в виду в каждом деле, в каждом слове, - так мореходы должны направлять свой путь по какой-нибудь звезде. (46) Кто живет без цели впереди, тот всегда блуждает. А если непременно нужно поставить себе цель, то становятся необходимы и основоположенья. Я думаю, ты согласишься, что нет зрелища постыднее, чем колеблющийся, нерешительный, робкий человек, пугливо отдергивающий ногу. Но мы окажемся такими во всяком деле, если не избавимся от всего, что сковывает и

	удерживает нам душу и не дает вложить в него всего себя.
[47] Quomodo sint dii colendi solet praecipi. Accendere aliquem lucernas sabbatis prohibeamus, quoniam nec lumine dii egent et ne homines quidem delectantur fuligine. Vetemus salutationibus matutinis fungi et foribus adsidere templorum: humana ambitio istis officiis capitur, deum colit qui novit. Vetemus lintea et strigiles Iovi ferre et speculum tenere Iunoni: non quaerit ministros deus. Quidni? ipse humano generi ministrat, ubique et omnibus praesto est. [48] Audiat licet quem modum servare in sacrificiis debeat, quam procul resilire a molestis superstitionibus, numquam satis profectum erit nisi qualem debet deum mente conceperit, omnia habentem, omnia tribuentem, beneficum gratis. [49] Quae causa est dis bene faciendi? natura. Errat si quis illos putat nocere nolle: non possunt. Nec accipere iniuriam queunt nec facere; laedere etenim laedique coniunctum est. Summa illa ac pulcherrima omnium natura quos periculo exemit ne periculosos quidem fecit. [50] Primus est deorum cultus deos credere; deinde reddere illis maiestatem suam, reddere bonitatem sine qua nulla maiestas est; scire illos esse qui praesident mundo, qui universa vi sua temperant, qui humani generis tutelam gerunt interdum incuriosi singulorum. Hi nec dant malum nec habent; ceterum castigant quosdam et coercent et inrogant poenas et aliquando specie boni puniunt. Vis deos propitiare? bonus esto. Satis illos coluit quisquis imitatus est.	(47) Есть обычай давать наставленья, как следует чтить богов. Мы запрещаем зажигать им светильники по субботам, - ведь и боги не нуждаются в освещенье, и людям нет никакой радости от копоти. Мы возбраняем являться с утренними приветствиями и сидеть перед дверьми храмов: таким угожденьем подкупают людское тщеславие, бога чтит тот, кто его познал. Мы не велим приносить Юпитеру простыни и скребницы, держать зеркало перед Юноной, - богу не нужны прислужники 14 Почему? Да потому что он сам служит роду человеческому, везде и всякому готовый помочь. (48) Пусть человек выслушал, какую меру надо соблюдать в жертвоприношеньях, как необходимо бежать прочь от докучных суеверий, - все равно он далеко не пойдет, если как должно не постигнет умом, каков есть бог - всем владеющий, все ниспосылающий, безвозмездно - благодетельствующий. В чем причина божеских благодеяний? В природе богов. (49) Заблуждается думающий, будто они не хотят вредить: они и не могут. Невозможно ни им причинить, ни от них потерпеть урон: ведь ущерб, который нам наносят и который наносим мы, связаны. Кого высокая и прекрасная природа избавила от угроз, тем она не дала и грозить другим. (50) Начало почитания богов - вера в них; затем следует признать за ними и величье, и благость, без которой нет величия, знать, что это они правят миром, они устрояют своею силой вселенную, опекают род человеческий, заботясь иногда и об отдельных людях. Они и не причиняют зла, и не испытывают; впрочем, некоторых они и наказывают, и обуздывают, и налагают кару, посылая ее порою и под видом блага Хочешь умилостивить богов? Будь благ! Кто им подражает, тот чтит их достаточно!
[51] Ecce altera quaestio, quomodo hominibus sit utendum. Quid agimus?	(51) Но вот другой вопрос, - как обращаться с людьми? Что нам делать?

quae damus praecepta? Ut parcamus sanguini humano? quantulum est ei non nocere cui debeas prodesse! Magna scilicet laus est si homo mansuetus homini est. Praecipiemus ut naufrago manum porrigat, erranti viam monstret, cum esuriente panem suum dividat? Quare omnia quae praestanda ac vitanda sunt dicam? cum possim breviter hanc illi formulam humani offici tradere: [52] omne hoc quod vides, quo divina atque humana conclusa sunt, unum est; membra sumus corporis magni. Natura nos cognatos edidit, cum ex isdem et in eadem gigneret; haec nobis amorem indidit mutuum et sociabiles fecit. Illa aequum iustumque composuit; ex illius constitutione miserius est nocere quam laedi; ex illius imperio paratae sint iuvandis manus. [53] Ille versus et in pectore et in ore sit:	Какие давать наставленья? Чтобы щадили человеческую кровь? Какая это малость, - не вредить тем, кому должно приносить пользу! Великая, конечно, слава для человека - быть милосердным к другому человеку! Поучать ли нам, что тонущему надо протянуть руку, заблудившемуся - указать дорогу, с голодным - поделиться хлебом? Когда я кончу перечислять все, что следует делать и чего избегать? Ведь я могу преподать одно короткое правило о том, в чем человеческий долг: (52) "Все, что ты видишь, в чем заключено и божественное и человеческое, - едино: мы - только члены огромного тела. Природа, из одного и того же нас сотворившая и к одному предназначившая, родила нас братьями. Она вложила в нас взаимную любовь, сделала нас общительными, она установила, что правильно и справедливо, и по ее установлению несчастнее приносящий зло, чем претерпевающий, по ее велению должна быть протянута рука помощи. (53) Пусть будет у нас и в сердце, и на устах этот стих:
homo sum, humani nihil a me alienum puto.	*Коль скоро сам я человек, то думаю, Что мне ничто не чуждо человеческое.*
Habeamus in commune: [in commune] nati sumus. Societas nostra lapidum fornicationi simillima est, quae, casura nisi in vicem obstarent, hoc ipso sustinetur.	Запомним: мы родились, чтобы жить вместе. И сообщество наше подобно своду, который потому и держится, что камни не дают друг другу упасть".
[54] Post deos hominesque dispiciamus quomodo rebus sit utendum. In supervacuum praecepta iactabimus nisi illud praecesserit, qualem de quacumque re habere debeamus opinionem, de paupertate, de divitiis, de gloria, de ignominia, de patria, de exilio. Aestimemus singula fama remota et quaeramus quid sint, non quid vocentur.	(54) Сказав о богах и людях, посмотрим, как надо обращаться с вещами. Мы бросали бы наставленья на ветер, не наставив предварительно, каковы должны быть наши мнения о каждом предмете: о бедности и о богатстве, о славе и о поношенье, о родине и об изгнании. Оценим все по отдельности, отбросив прочь общие толки, и доищемся, что это такое, а не как называется.
[55] Ad virtutes transeamus. Praecipiet aliquis ut prudentiam magni aestimemus, ut fortitudinem conplectamur, iustitiam, si fieri	(55) Перейдем теперь к добродетелям. Иной станет поучать, чтобы мы высоко ценили разумность, учились храбрости, любили воздержность и, если это

potest, propius etiam quam ceteras nobis adplicemus; sed nil aget si ignoramus quid sit virtus, una sit an plures, separatae an innexae, an qui unam habet et ceteras habeat, quo inter se differant. [56] Non est necesse fabro de fabrica quaerere quod eius initium, quis usus sit, non magis quam pantomimo de arte saltandi: omnes istae artes se sciunt, nihil deest; non enim ad totam pertinent vitam. Virtus et aliorum scientia est et sui; discendum de ipsa est ut ipsa discatur. [57] Actio recta non erit nisi recta fuerit voluntas; ab hac enim est actio. Rursus voluntas non erit recta nisi habitus animi rectus fuerit; ab hoc enim est voluntas. Habitus porro animi non erit in optimo nisi totius vitae leges perceperit et quid de quoque iudicandum sit exegerit, nisi res ad verum redegerit. Non contingit tranquillitas nisi inmutabile certumque iudicium adeptis: ceteri decidunt subinde et reponuntur et inter missa adpetitaque alternis fluctuantur. [58] Causa his quae iactationis est? quod nihil liquet incertissimo regimine utentibus, fama. Si vis eadem semper velle, vera oportet velis. Ad verum sine decretis non pervenitur: continent vitam. Bona et mala, honesta et turpia, iusta et iniusta, pia et impia, virtutes ususque virtutum, rerum commodarum possessio, existimatio ac dignitas, valetudo, vires, forma, sagacitas sensuum -- haec omnia aestimatorem desiderant. Scire liceat quanti quidque in censum deferendum sit. [59] Falleris enim et pluris quaedam quam sunt putas, adeoque falleris ut quae maxima inter nos habentur -- divitiae, gratia, potentia -- sestertio nummo aestimanda sint. Hoc nescies nisi constitutionem ipsam qua ista inter se aestimantur inspexeris. Quemadmodum folia per se virere non possunt, ramum desiderant cui inhaereant, ex quo trahant sucum, sic	возможно, больше всего прилежали душой справедливости. Но он ничего не добьется, если мы не знаем, что такое добродетель, одна ли она или есть их множество, существуют ли они раздельно или неразрывно связаны, обладает ли обладающий одною и всеми остальными, различаются ли они и чем. (56) Ремесленнику нет надобности исследовать свое ремесло, где его начало и каково примененье, так же как и миму - искусство танца. Если такие искусства знают сами себя, этого довольно 16, так как они не охватывают жизнь целиком. Добродетель есть знание и себя самой, и других вещей. Нужно выучить в ней все, чтобы выучиться ей. (57) Поступок не будет правильным без правильного намеренья, которым поступок и порождается. И опять-таки намеренье не будет правильным без правильного строя души, которым и порождается намеренье. А строй души не будет наилучшим, если она не постигнет законов всей жизни, не определит, как нужно судить о каждой вещи, и не сведет ее к тому, что она есть поистине. Спокойствие достанется на долю только тем, кто пришел к незыблемым и твердым сужденьям, а остальные то и дело вновь берутся за прежнее, с чем покончили, и так мечутся между отказом и желанием. (58) А причина метаний - в том, что для руководимых самым ненадежным вожатым, молвою, ничто не ясно. Если хочешь всегда хотеть одного и того же, надо хотеть истинного. Но до истины не дойти, не зная основоположений: они заключают в себе всю жизнь. Благо и зло, честное и постыдное, благочестивое и нечестивое, добродетели и приложение добродетелей, обладание вещами удобными, доброе имя и достоинство, здоровье, сила, красота, острота чувств - все это требует оценщика. Пусть нам будет позволено знать, что по какой цене следует занести в список. (59) Ведь ты заблуждаешься: многое кажется тебе дороже, чем оно есть; то, что

ista praecepta, si sola sunt, marcent; infigi volunt sectae.	считается у нас самым важным, - богатство, милость и власть - не стоят и сестерция: вот как ты заблуждаешься! Но тебе этого не узнать, если ты не разберешься в том законе, по которому такие вещи сравниваются и оцениваются. Как листья не могут жить сами по себе, - им нужна ветка, чтобы на ней держаться и пить из нее сок, - так и наставления, если они одни, вянут: им нужно прирасти к учению.
[60] Praeterea non intellegunt hi qui decreta tollunt eo ipso confirmari illa quo tolluntur. Quid enim dicunt? praeceptis vitam satis explicari, supervacua esse decreta sapientiae [id est dogmata]. Atqui hoc ipsum quod dicunt decretum est tam mehercules quam si nunc ego dicerem recedendum a praeceptis velut supervacuis, utendum esse decretis, in haec sola studium conferendum; hoc ipso quo negarem curanda esse praecepta praeciperem. [61] Quaedam admonitionem in philosophia desiderant, quaedam probationem et quidem multam, quia involuta sunt vixque summa diligentia ac summa subtilitate aperiuntur. Si probationes [necessariae sunt], necessaria sunt et decreta quae veritatem argumentis colligunt. Quaedam aperta sunt, quaedam obscura: aperta quae sensu conprehenduntur, quae memoria; obscura quae extra haec sunt. Ratio autem non impletur manifestis: maior eius pars pulchriorque in occultis est. Occulta probationem exigunt, probatio non sine decretis est; necessaria ergo decreta sunt. [62] Quae res communem sensum facit, eadem perfectum, certa rerum persuasio; sine qua si omnia in animo natant, necessaria sunt decreta quae dant animis inflexibile iudicium. [63] Denique cum monemus aliquem ut amicum eodem habeat loco quo se, ut ex inimico cogitet fieri posse amicum, in illo amorem incitet, in hoc odium moderetur, adicimus 'iustum est,	(60) И потом те, кто отбрасывает основоположенья, не понимают, что этим самым укрепляют их. Что они говорят? Для объяснения жизни хватит наставлений, и лишними будут основоположенья мудрости, то есть догматы. Но и то, что они говорят, есть догмат, - так же как я, если бы сказал, что нужно отказаться от наставлений, ибо они излишни, и обратить все наше усердие на одни только основоположенья, давал бы наставленье, утверждая, будто о наставленьях незачем и думать! (61) В философии одно требует увещаний, другое, и к тому же многое, - доказательств: это то, что не лежит на поверхности и едва может быть обнаружено благодаря величайшему прилежанию и тонкости. Но если необходимы доказательства, необходимы и основоположенья, потому что в них истина подкреплена доводами. Есть вещи явные, есть темные. Явные - те, которые постигаются чувствами и памятью, темные - те, что им недоступны. Разум же не довольствуется очевидным, большая и прекраснейшая его часть занята тайным. Тайное требует доказательства, - но без основоположений доказывать нельзя; значит, основоположенья необходимы. (62) Что делает воззрение всеобщим, то же самое делает его и совершенным: это - твердая убежденность, и если без нее все в душе плавает, то необходимы основоположенья, дающие душам непоколебимость суждений. (63) Наконец, если мы поучаем кого-нибудь

honestum'. Iustum autem honestumque decretorum nostrorum continet ratio; ergo haec necessaria est, sine qua nec illa sunt.	относиться к другу как к самому себе, верить, что враг может стать другом, стараться первому внушить любовь, а во втором утишить ненависть, мы прибавляем: "Это справедливо и честно". Но в честности и справедливости и заключается смысл наших основоположений; значит, они необходимы, если ни той, ни другой без них нет.
[64] Sed utrumque iungamus; namque et sine radice inutiles rami sunt et ipsae radices iis quae genuere adiuvantur. Quantum utilitatis manus habeant nescire nulli licet, aperte iuvant: cor illud, quo manus vivunt, ex quo impetum sumunt, quo moventur, latet. Idem dicere de praeceptis possum: aperta sunt, decreta vero sapientiae in abdito. Sicut sanctiora sacrorum tantum initiati sciunt, ita in philosophia arcana illa admissis receptisque in sacra ostenduntur; at praecepta et alia eiusmodi profanis quoque nota sunt.	(64) Нужно сочетать основоположенья и наставленья: ведь и ветви без корня бесполезны, и корни получают помощь от того, что ими порождено. Чем полезны нам руки, нельзя не знать, - они помогают нам явно; а сердце, благодаря которому руки живут и действуют, которое приводит их в движение, - сердце прячется. То же самое могу сказать я и о -наставленьях: они на виду, тогда как основоположенья мудрости скрыты. Как величайшие святыни таинств известны только посвященным, так и в философии тайны ее священнодействий открыты только для взора избранных и допущенных, а наставленья и прочее в этом роде известно и непосвященным.
[65] Posidonius non tantum praeceptionem (nihil enim nos hoc verbo uti prohibet) sed etiam suasionem et consolationem et exhortationem necessariam iudicat; his adicit causarum inquisitionem, aetiologian quam quare nos dicere non audeamus, cum grammatici, custodes Latini sermonis, suo iure ita appellent, non video. Ait utilem futuram et descriptionem cuiusque virtutis; hanc Posidonius 'ethologian' vocat, quidam 'characterismon' appellant, signa cuiusque virtutis ac vitii et notas reddentem, quibus inter se similia discriminentur. [66] Haec res eandem vim habet quam praecipere; nam qui praecipit dicit 'illa facies si voles temperans esse', qui describit ait 'temperans est qui illa facit, qui illis abstinet'. Quaeris quid intersit? alter praecepta virtutis dat, alter exemplar. Descriptiones has	(65) Посидоний считает необходимым не только "наставительство" (воспользуемся его словом и мы), но и ободренье, утешенье, убежденье. К ним он прибавляет изыскание причин - этиологию (не вижу, почему бы и нам не сказать так, если грамматики, стражи латинского языка, употребляют это название). По его словам, полезно будет и описание каждой добродетели, его Посидоний именует "отологией", а другие - "характеристикой", так как оно выделяет приметы каждой добродетели и порока, по которым можно различить сходные между собою. (66) Суть у этого дела та же, что у наставлений. Ведь наставник говорит: "Делай так-то, если хочешь быть воздержным", - а описывающий: "Воздержан тот, кто делает то-то, а того-то гнушается". - Ты спросишь, в чем разница? - Один дает наставленья к добродетели, другой приводит образец. Должен признаться,

et, ut publicanorum utar verbo, iconismos ex usu esse confiteor: proponamus laudanda, invenietur imitator. [67] Putas utile dari tibi argumenta per quae intellegas nobilem equum, ne fallaris empturus, ne operam perdas in ignavo? Quanto hoc utilius est excellentis animi notas nosse, quas ex alio in se transferre permittitur.	что такие описания и (воспользуюсь словечком откупщиков) "образчики" небесполезны: предложим достойный хвалы пример, - найдется и подражатель. (67) Разве, по-твоему, бесполезно назвать приметы, по которым ты узнаешь благородного коня, чтобы не ошибиться при покупке и не тратить труда, объезжая ленивого? Так насколько полезнее знать признаки величия духа, которые можно перенять у другого!
[68] Continuo pecoris generosi pullus in arvis altius ingreditur et mollia crura reponit; primus et ire viam et fluvios temptare minantis audet et ignoto sese committere ponti, nec vanos horret strepitus. Illi ardua cervix argutumque caput, brevis alvus obesaque terga, luxuriatque toris animosum pectus . . . . . . Tum, si qua sonum procul arma dederunt, stare loco nescit, micat auribus et tremit artus, conlectumque premens volvit sub naribus ignem.	(68) *Прежде всего, на лугу племенных кровен жеребенок Шествует выше других и мягко ноги сгибает. Первым бежит по дороге, в поток бросается бурный, И не боится шаги мосту неизвестному вверить. Шумов пустых не пугается он; горда его шея, Морда точеная, круп налитой и подтянуто брюхо, Великолепная грудь мускулиста. .. ... Едва прогремит издалека оружье, Ржет и, наполнясь огнем, ноздрями его выдыхает.*
[69] Dum aliud agit, Vergilius noster descripsit virum fortem: ego certe non aliam imaginem magno viro dederim. Si mihi M. Cato exprimendus [sit] inter fragores bellorum civilium inpavidus et primus incessens admotos iam exercitus Alpibus civilique se bello ferens obvium, non alium illi adsignaverim vultum, non alium habitum. [70] Altius certe nemo ingredi potuit quam qui simul contra Caesarem Pompeiumque se sustulit et aliis Caesareanas opes, aliis Pompeianas [tibi] foventibus utrumque provocavit ostenditque aliquas esse et rei publicae partes. Nam parum est in Catone dicere	(69) Хоть наш Вергилий ведет речь о другом, описал он отважного мужа: я бы иного изображения великого мужа и не дал. Пусть мне надо было бы нарисовать Катона, бестрепетного среди грохота гражданских распрей, первым нападающего на придвинувшиеся уже к Альпам отряды, идущего навстречу гражданской войне: я не приписал бы ему ни иного выраженья лица, ни иной осанки. (70) Никто не мог шествовать выше того, кто поднялся и против Цезаря, и против Помпея, и когда одни становились приверженцами цезарианских сил, другие - помпеянских, бросал вызов и тем и другим, доказав, что и у республики остались сторонники. Разве что о Катоне мало будет сказать:
'nec vanos horret strepitus'.	Шумов пустых не пугается он...
Quidni? cum veros vicinosque non horreat, cum contra decem legiones et Gallica auxilia et mixta barbarica arma civilibus vocem liberam mittat et rem publicam hortetur ne pro	Почему? Да потому что он не пугался и подлинного близкого шума, когда поднял свободный голос против десяти легионов и галльских вспомогательных отрядов и варварских сил,

libertate decidat, sed omnia experiatur, honestius in servitutem casura quam itura. [71] Quantum in illo vigoris ac spiritus, quantum in publica trepidatione fiduciaest! Scit se unum esse de cuius statu non agatur; non enim quaeri an liber Cato, sed an inter liberos sit: inde periculorum gladiorumque contemptus. Libet admirantem invictam constantiam viri inter publicas ruinas non labantis dicere	перемешанных с римскими, когда убеждал республику не терять мужества и на все решиться ради свободы, ибо честнее ей пропасть, чем пойти в рабство! (71) Сколько в нем силы духа, сколько уверенности среди общего трепета! Ведь ему понятно: он единственный, о чьей свободе речь не идет; вопрос не в том, быть ли Катону свободным, а в том, жить ли ему среди свободных. Оттого и презренье к мечам и угрозам. Восхищаясь необоримой стойкостью мужа, не дрогнувшего среди общего крушенья, нельзя не сказать:
'luxuriatque toris animosum pectus'.	Великолепная грудь!
[72] Proderit non tantum quales esse soleant boni viri dicere formamque eorum et liniamenta deducere sed quales fuerint narrare et exponere, Catonis illud ultimum ac fortissimum vulnus per quod libertas emisit animam, Laeli sapientiam et cum suo Scipione concordiam, alterius Catonis domi forisque egregia facta, Tuberonis ligneos lectos, cum in publicum sterneret, haedinasque pro stragulis pelles et ante ipsius Iovis cellam adposita conviviis vasa fictilia. Quid aliud paupertatem in Capitolio consecrare? Ut nullum aliud factum eius habeam quo illum Catonibus inseram, hoc parum credimus? censura fuit illa, non cena. [73] O quam ignorant homines cupidi gloriae quid illa sit aut quemadmodum petenda! Illo die populus Romanus multorum supellectilem spectavit, unius miratus est. Omnium illorum aurum argentumque fractum est et [in] milliens conflatum, at omnibus saeculis Tuberonis fictilia durabunt. Vale.	(72) Полезно не только говорить, какими бывают мужи добра, и нарисовать их облик и черты, но и рассказывать, какими они были, и показать последнюю, самую отважную рану Катона, через которую свобода испустила дух, показать мудрость Лелия и его единодушие со Сципионом, прекрасные деянья другого Катона дома и на войне, Тубероновы деревянные козлы на пиру, что он дал народу 18, и козьи шкуры вместо покрывал, и перед святилищем Юпитера - выставленную для пирующих глиняную посуду. Что сделал Туберон, как не освятил бедность на Капитолии? Пусть я не знал бы других его деяний, позволяющих поставить его в ряд с Катонами, - неужели мы не поверили бы одному этому? То был не пир, а суд над нравами. (73) О, насколько же люди, жадные до славы, не ведают, что она есть и как ее добиваться! В тот день римский народ видел утварь многих, но восхищен был утварью одного. Золото и серебро всех других было изломано и тысячекратно переплавлено, а Туберонова глина будет цела во все века. Будь здоров.

XCVI

[1] Tamen tu indignaris aliquid aut quereris et non intellegis nihil esse in istis mali nisi hoc unum quod indignaris	(1) А ты все-таки на что-то сердишься или жалуешься и не понимаешь, что во всем этом плохо одно: твое

et quereris? Si me interrogas, nihil puto viro miserum nisi aliquid esse in rerum natura quod putet miserum. Non feram me quo die aliquid ferre non potero. Male valeo: pars fati est. Familia decubuit, fenus offendit, domus crepuit, damna, vulnera, labores, metus incucurrerunt: solet fieri. Hoc parum est: debuit fieri. [2] Decernuntur ista, non accidunt. Si quid credis mihi, intimos adfectus meos tibi cum maxime detego: in omnibus quae adversa videntur et dura sic formatus sum: non pareo deo sed adsentior; ex animo illum, non quia necesse est, sequor. Nihil umquam mihi incidet quod tristis excipiam, quod malo vultu; nullum tributum invitus conferam. Omnia autem ad quae gemimus, quae expavescimus, tributa vitae sunt: horum, mi Lucili, nec speraveris immunitatem nec petieris. [3] Vesicae te dolor inquietavit, epistulae venerunt parum dulces, detrimenta continua -- propius accedam, de capite timuisti. Quid, tu nesciebas haec te optare cum optares senectutem? Omnia ista in longa vita sunt, quomodo in longa via et pulvis et lutum et pluvia. [4] 'Sed volebam vivere, carere tamen incommodis omnibus.' Tam effeminata vox virum dedecet. Videris quemadmodum hoc votum meum excipias; ego illud magno animo, non tantum bono facio: neque di neque deae faciant ut te fortuna in delicis habeat. [5] Ipse te interroga, si quis potestatem tibi deus faciat, utrum velis vivere in macello an in castris. Atqui vivere, Lucili, militare est. Itaque hi qui iactantur et per operosa atque ardua sursum ac deorsum eunt et expeditiones periculosissimas obeunt fortes viri sunt primoresque castrorum; isti quos putida quies aliis laborantibus molliter habet turturillae sunt, tuti contumeliae causa. Vale.	негодованье и жалобы. Если ты спросишь меня, то я думаю, что у человека нет никаких несчастий, кроме одного: если он хоть что-то в природе считает несчастьем. Я стану несносен самому себе в тот день, когда не смогу чего-нибудь вынести. Я хвораю? Такова доля человека! Перемерла челядь? задавили долги? стал оседать дом? мучат убытки, раны, труды, тревоги? Обычное дело! Мало того: неизбежное. (2) Все это предопределено, а не случайно. Если ты хоть немного мне веришь, я открою тебе самые сокровенные мои чувства: ко всему, что кажется враждебным и тягостным, я отношусь так: богу я не повинуюсь, а соглашаюсь с ним и следую за ним не по необходимости, а от всей души. Что бы со мной ни случилось, ничего я не приму с печальным или злым лицом. Нет налога, который я платил бы против воли. А все то, над чем мы стонем, чему ужасаемся, есть лишь налог на жизнь. Так что, мой Луцилий, и не надейся, и не старайся получить от него освобожденье. (3) Тебя беспокоила боль в мочевом пузыре, письма пришли не слишком приятные, одолели непрестанные убытки; подойду еще ближе: ты боялся за свою жизнь. Так разве ты, когда желал себе дожить до старости, не знал, что желаешь и всего этого? Это все неизбежно в долгой жизни, как в долгой дороге неизбежны и пыль, и грязь, и дожди. - (4) "Я хотел жить, но так, чтобы быть избавленным от всего неприятного". - Такие по-женски расслабленные речи мужу не пристали! Посмотри сам, как ты примешь такое мое пожелание, - а я произношу его не только от чистого сердца, но и с твердостью сердца: да избавят тебя все боги и богини от постоянных ласк фортуны! (5) Спроси сам себя: если бы кто из богов дал тебе власть выбирать, где захотел бы ты жить, в обжорном ряду или в лагере? А ведь жить, Луцилий, значит

	нести военную службу. И кто не знает покоя, кто идет вверх и вниз по трудным кручам, кто совершает опаснейшие вылазки, - те храбрые мужи, первые в стане, а те, кого нежит постыдный покой, покуда другие трудятся, - те голубки, позором избавленные от опасности. Будь здоров.

XCVII

[1] Erras, mi Lucili, si existimas nostri saeculi esse vitium luxuriam et neglegentiam boni moris et alia quae obiecit suis quisque temporibus: hominum sunt ista, non temporum. Nulla aetas vacavit a culpa; et si aestimare licentiam cuiusque saeculi incipias, pudet dicere, numquam apertius quam coram Catone peccatum est. [2] Credat aliquis pecuniam esse versatam in eo iudicio in quo reus erat P. Clodius ob id adulterium quod cum Caesaris uxore in operto commiserat, violatis religionibus eius sacrificii quod 'pro populo' fieri dicitur, sic summotis extra consaeptum omnibus viris ut picturae quoque masculorum animalium contegantur? Atqui dati iudicibus nummi sunt et, quod hac etiamnunc pactione turpius est, stupra insuper matronarum et adulescentulorum nobilium stilari loco exacta sunt.	(1) Ты ошибаешься, Луцилий, если думаешь, будто только наш век повинен в таких пороках, как страсть к роскоши, пренебрежение добрыми нравами и все прочее, в чем каждый упрекает свое столетье. Это свойства людей, а не времен: ни один век от вины не свободен. А если ты начнешь измерять распущенность каждого, то, стыдно сказать, никогда не грешили так открыто, как на глазах у Катона. (2) Некоторые думают, будто деньги были заплачены в том суде, где Клодий обвинялся в тайном блуде с женою Цезаря и в осквернении таинств жертвоприношения1, совершаемого, как принято говорить, от лица народа, видеть которое всякому мужчине возбраняется так строго, что даже нарисованных животных-самцов чем-нибудь прикрывают. Верно, судьи получили и деньги, но вдобавок (и это куда позорнее денежной сделки!) - возможность поблудить на закуску с замужними женщинами и подростками из знатных семей.
[3] Minus crimine quam absolutione peccatum est: adulterii reus adulteria divisit nec ante fuit de salute securus quam similes sui iudices suos reddidit. Haec in eo iudicio facta sunt in quo, si nihil aliud, Cato testimonium dixerat. Ipsa ponam verba Ciceronis, quia res fidem excedit. [Ciceronis epistvlarum ad Atticvm liber primvs]	(3) В самом преступленье было меньше греха, чем в его оправдании. Обвиненный в прелюбодеянье поделился тем, в чем был обвинен, и перестал беспокоиться о своем благополучии, лишь когда уподобил себе своих судей. И это в суде, где сам Катон если и не заседал, то давал показания! Я приведу слова Цицерона, так как поверить в это невозможно:
[4] 'Accersivit ad se, promisit,	(4) "Он пригласил к себе, пообещал,

intercessit, dedit. Iam vero (o di boni, rem perditam!) etiam noctes certarum mulierum atque adulescentulorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.' [5] Non vacat de pretio queri, plus in accessionibus fuit. 'Vis severi illius uxorem? dabo illam. Vis divitis huius? tibi praestabo concubitum. Adulterium nisi feceris, damna. Illa formonsa quam desideras veniet. Illius tibi noctem promitto nec differo; intra comperendinationem fides promissi mei extabit.' Plus est distribuere adulteria quam facere; hoc vero matribus familiae denuntiare est. [6] Hi iudices Clodiani a senatu petierant praesidium, quod non erat nisi damnaturis necessarium, et inpetraverant; itaque eleganter illis Catulus absoluto reo	поручился, роздал. Вот уж, благие боги, гнусное дело! Как самую дорогую мзду кое-кто из судей получил ночи с некоторыми женщинами и свиданья с некоторыми подростками из знатных семей". - (5) Не ко времени сетовать из-за денег, когда главное надбавка! - "Хочешь жену этого сурового мужа? Получай! Хочешь супругу того богача? И ее доставлю тебе в постель! Не захочешь блудить - считай меня виновным. И та красавица, которую ты хочешь, придет к тебе, и ночь с этим я обещаю тебе безотлагательно: обещанье будет выполнено еще до срока вынесения приговора". - Раздаривать прелюбо деянья хуже, чем совершать их: ведь не по доброй воле шли на них матери семейств. (6) Эти Клодиевы судьи требовали от сената охраны, необходимой им только в случае обвинительного приговора, - и получили ее. А Катул остроумно сказал им на это, после оправдания подсудимого:
'quid vos' inquit 'praesidium a nobis petebatis? an ne nummi vobis eriperentur?' Inter hos tamen iocos inpune tulit ante iudicium adulter, in iudicio leno, qui damnationem peius effugit quam meruit. [7] Quicquam fuisse corruptius illis moribus credis quibus libido non sacris inhiberi, non iudicis poterat, quibus in ea ipsa quaestione quae extra ordinem senatusconsulto exercebatur plus quam quaerebatur admissum est? Quaerebatur an post adulterium aliquis posset tutus esse: apparuit sine adulterio tutum esse non posse.	"Зачем вы добиваетесь охраны? Чтобы у вас деньги не отняли?" Но среди этих шуточек ушел безнаказанно тот, кто до суда был блудодеем, на суде сводником, кто от наказанья избавился еще гнуснее, чем заслужил его. (7) Бывают ли, по-твоему, нравы развращеннее, если ни священно-действо, ни суд - не преграда для похоти, если на чрезвычайном следствии, устроенном по постановлению сената, совершается преступленье тяжелее расследуемого? Расследовали, может ли кто остаться цел после прелюбодеянья; выяснили, что без прелюбодеянья нельзя остаться целым.
[8] Hoc inter Pompeium et Caesarem, inter Ciceronem Catonemque commissum est, Catonem inquam illum quo sedente populus negatur permisisse sibi postulare Florales iocos nudandarum meretricum, si credis spectasse tunc severius homines quam iudicasse. Et fient et facta sunt ista, et	(8) И это совершалось рядом с Помпеем и Цезарем, рядом с Цицероном и Катоном, - тем Катоном, в чьем присутствии народ не позволил себе даже потребовать обычной на Флоралии забавы: чтобы шлюхи сбросили платье3. Или, по-твоему, люди на зрелищах были тогда строже,

licentia urbium aliquando disciplina metuque, numquam sponte considet. [9] Non est itaque quod credas nos plurimum libidini permisisse, legibus minimum; longe enim frugalior haec iuventus est quam illa, cum reus adulterium apud iudices negaret, iudices apud reum confiterentur, cum stuprum committeretur rei iudicandae causa, cum Clodius, isdem vitiis gratiosus quibus nocens, conciliaturas exerceret in ipsa causae dictione. Credat hoc quisquam? qui damnabatur uno adulterio absolutus est multis.	чем в суде? Такие дела и делаются и делались, и распущенность в городах временами шла на убыль благодаря строгости и страху, но никогда - сама по себе. (9) Поэтому напрасно ты думаешь, что лишь теперь похоти дано больше всего воли, а законам - меньше всего. Нынче молодежь куда скромнее, чем когда обвиняемый отпирался перед судьями, отрицая прелюбодеянье, а судьи перед обвиняемым сознавались в нем, когда блудили по причине предстоящего суда, когда Клодий, угождая теми же пороками, в которых провинился, сводничал во время самого слушанья дела. Кто поверит, что ожидавший приговора за одно прелюбодеянье откупился многими!
[10] Omne tempus Clodios, non omne Catones feret. Ad deteriora faciles sumus, quia nec dux potest nec comes deesse, et res ipsa etiam sine duce, sine comite procedit. Non pronum est tantum ad vitia sed praeceps, et, quod plerosque inemendabiles facit, omnium aliarum artium peccata artificibus pudori sunt offenduntque deerrantem, vitae peccata delectant. [11] Non gaudet navigio gubernator everso, non gaudet aegro medicus elato, non gaudet orator si patroni culpa reus cecidit, at contra omnibus crimen suum voluptati est: laetatur ille adulterio in quod inritatus est ipsa difficultate; laetatur ille circumscriptione furtoque, nec ante illi culpa quam culpae fortuna displicuit. Id prava consuetudine evenit. [12] Alioquin, ut scias subesse animis etiam in pessima abductis boni sensum nec ignorari turpe sed neglegi, omnes peccata dissimulant et, quamvis feliciter cesserint, fructu illorum utuntur, ipsa subducunt. At bona conscientia prodire vult et conspici: ipsas nequitia tenebras timet. [13] Eleganter itaque ab Epicuro dictum puto: 'potest nocenti contingere ut lateat, latendi fides non potest', aut si hoc modo melius hunc explicari posse iudicas sensum: 'ideo non prodest	(10) Всякий век рождает Клодиев, не всякий - Катонов. Мы падки на все скверное, потому что тут непременно найдутся и вожатый и спутник, да и без вожатого, без спутника дело пойдет: дорога к порокам ведет не под уклон, а под откос. И вот что многих делает неисправимыми: во всех искусствах для тех, кто ими занимается, погрешности постыдны и для сделавшего промах вредны, а в жизни грехи сладки. (11) Не радуется кормчий, если корабль перевернется; не радуется оратор, если по вине защитника подсудимый проиграет дело; не радуется врач, когда хоронят больного; а вот преступленье против себя для всех приятно. Тот радуется прелюбодеянью, на которое раззадорила его трудность дела; этот радуется обману и краже; и никто не разочаруется в злых делах, пока не разочаруется в их удаче. Все это происходит от дурной привычки. (12) Можешь убедиться сам. что в душах, даже далеко зашедших во зле, остается ощущенье добра, и они не то что не ведают позора, но пренебрегают им: ведь все прячут свои грехи и, пусть даже все сойдет счастливо, пользуются плодами, а само дело скрывают. Только чистая

latere peccantibus quia latendi etiam si felicitatem habent, fiduciam non habent'. Ita est, tuta scelera esse possunt, [secura esse non possunt]. [14] Hoc ego repugnare sectae nostrae si sic expediatur non iudico. Quare? quia prima illa et maxima peccantium est poena peccasse, nec ullum scelus, licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur ac vindicet, inpunitum est, quoniam sceleris in scelere supplicium est. Sed nihilominus et hae illam secundae poenae premunt ac sequuntur, timere semper et expavescere et securitati diffidere. Quare ego hoc supplicio nequitiam liberem? quare non semper illam in suspenso relinquam? [15] Illic dissentiamus cum Epicuro ubi dicit nihil iustum esse natura et crimina vitanda esse quia vitari metus non posse: hic consentiamus, mala facinora conscientia flagellari et plurimum illi tormentorum esse eo quod perpetua illam sollicitudo urget ac verberat, quod sponsoribus securitatis suae non potest credere. Hoc enim ipsum argumentum est, Epicure, natura nos a scelere abhorrere, quod nulli non etiam inter tuta timor est. [16] Multos fortuna liberat poena, metu neminem. Quare nisi quia infixa nobis eius rei aversatio est quam natura damnavit? Ideo numquam fides latendi fit etiam latentibus quia coarguit illos conscientia et ipsos sibi ostendit. Proprium autem est nocentium trepidare. Male de nobis actum erat, quod multa scelera legem et vindicem effugiunt et scripta supplicia, nisi illa naturalia et gravia de praesentibus solverent et in locum patientiae timor cederet. Vale.	совесть хочет выйти и встать на виду; злонравью и во тьме страшно. (13) По-моему, остроумно сказал Эпикур: "Может случиться, что злодей скроется, но чтоб он был в этом уверен, быть не может". Или же, если. по-твоему, так можно сделать понятнее смысл сказанного: провинившемуся мало пользы скрыться, потому что у него, даже если будет в этом удача, уверенности в удаче не будет. Так оно и есть! Злодеянья могут быть безнаказанны, но не безмятежны. (14) Если так истолковать эти слова, они, я думаю, не противоречат нашему ученью. Почему? Потому что первое и наибольшее наказанье за грех - в самом грехе, и ни одно злодейство, пусть даже фортуна осыплет его своими дарами, пусть охраняет его и опекает, не бывает безнаказанным, так как кара за злодейство - в нем самом. Но и другие кары преследуют его и настигают: постоянный страх, боязнь всего, неверие в свою безопасность. С чего бы мне освобождать злонравие от этой кары? Почему не оставить его в постоянной тревоге? (15) Нам не следует соглашаться с Эпикуром, когда он говорит, что нет справедливого по природе, и преступлений нужно избегать, так как нельзя избежать страха. Но с ним следует согласиться в том, что злые дела бичует совесть, что величайшая пытка для злодея - вечно терзающее и мучащее его беспокойство, не позволяющее поверить поручителям его безопасности. Но ведь если никто и в безопасности не может не бояться, - это и есть, Эпикур, доказательство того, что именно природа заставляет нас отшатываться от преступлений. Многих фортуна освободила от кары, но никого - от страха. (16) Почему так? Не потому ли, что в нас вложено отвращенье ко всему осуждаемому природой? Из-за того даже скрывшийся не верит в возможность

	скрываться, что его уличает и обличает перед самим собою совесть. Плохо было бы наше дело, если бы многие злодеяния ускользали от мстящего закона и предписанной кары - и не приходилось бы тотчас же за них платиться тяжким наказаньем, налагаемым природой, которая заменяет пытку страхом. Будь здоров.

XCVIII

[1] Numquam credideris felicem quemquam ex felicitate suspensum. Fragilibus innititur qui adventicio laetus est: exibit gaudium quod intravit. At illud ex se ortum fidele firmumque est et crescit et ad extremum usque prosequitur: cetera quorum admiratio est vulgo in diem bona sunt. 'Quid ergo? non usui ac voluptati esse possunt?' Quis negat? sed ita si illa ex nobis pendent, non ex illis nos. [2] Omnia quae fortuna intuetur ita fructifera ac iucunda fiunt si qui habet illa se quoque habet nec in rerum suarum potestate est. Errant enim, Lucili, qui aut boni aliquid nobis aut mali iudicant tribuere fortunam: materiam dat bonorum ac malorum et initia rerum apud nos in malum bonumve exiturarum. Valentior enim omni fortuna animus est et in utramque partem ipse res suas ducit beataeque ac miserae vitae sibi causa est. [3] Malus omnia in malum vertit, etiam quae cum specie optimi venerant: rectus atque integer corrigit prava fortunae et dura atque aspera ferendi scientia mollit, idemque et secunda grate excipit modesteque et adversa constanter ac fortiter. Qui licet prudens sit, licet exacto faciat cuncta iudicio, licet nihil supra vires suas temptet, non continget illi bonum illud integrum et extra minas positum nisi certus adversus incerta est. [4] Sive alios observare volueris (liberius enim inter aliena iudicium est) sive te ipsum favore seposito, et senties hoc et	(1) Никогда не считай счастливцем того, кто зависит от счастья! Если он радуется пришедшему извне, то выбирает хрупкую опору: пришлая радость уйдет. Только рожденное из самого себя надежно и прочно, оно растет и остается с нами до конца; а прочее, чем восхищается толпа, - это благо на день. - Так что же, невозможно ни пользоваться им, ни наслаждаться? Можно, кто спорит? - но так, чтобы оно зависело от нас, а не мы от него. (2) Все причастное фортуне и плодоносно, и приятно, если владеющий им владеет и собою, не попав под власть своего достоянья. Поэтому, Луцилий, ошибаются полагающие, будто фортуна может послать нам хоть что-нибудь хорошее или дурное: от нее - только поводы ко благу или ко злу, начала тех вещей, которым мы сами даем хороший или дурной исход. Ведь душа сильнее фортуны: это она ведет все туда или сюда, она делает свою жизнь блаженной или несчастной. (3) Душа дурная все оборачивает к худшему, даже то, что при ходит под видом наилучшего. Душа прямая и чуждая порчи исправляет зловредность фортуны и знанием смягчает с трудом переносимые тяготы; все приятное она встречает скромно и с благодарностью, все неприятное - мужественно и со стойкостью. Пусть человек будет разумным, пусть все делает по зрелом размышленье, пусть не берется ни за что непосильное. - не получит он этого полного, избавленного от всех угроз блага, если не будет заведомо спокоен перед неведомым. (4)

confiteberis, nihil ex his optabilibus et caris utile esse nisi te contra levitatem casus rerumque casum sequentium instruxeris, nisi illud frequenter et sine querella inter singula damna dixeris:	Взгляни пристально хоть "а других (ведь о чужом мы судим свободнее), хоть на себя, отбросив пристрастие, - и ты почувствуешь и признаешь: ни одна из этих желанных и высоко ценимых вещей не будет на пользу, если ты не вооружишься против непостоянства случая и всего того, что от случая зависит, если среди утрат не будешь повторять часто и не сетуя:
dis aliter visum est.	"Боги иначе судили"'.
[5] Immo mehercules, ut carmen fortius ac iustius petam quo animum tuum magis fulcias, hoc dicito quotiens aliquid aliter quam cogitabas evenerit: 'di melius'. Sic composito nihil accidet. Sic autem componetur si quid humanarum rerum varietas possit cogitaverit antequam senserit, si et liberos et coniugem et patrimonium sic habuerit tamquam non utique semper habiturus et tamquam non futurus ob hoc miserior si habere desierit. [6] Calamitosus est animus futuri anxius et ante miserias miser, qui sollicitus est ut ea quibus delectatur ad extremum usque permaneant; nullo enim tempore conquiescet et expectatione venturi praesentia, quibus frui poterat, amittet. In aequo est autem amissae rei [dolor] et timor amittendae. [7] Nec ideo praecipio tibi neglegentiam. Tu vero metuenda declina; quidquid consilio prospici potest prospice; quodcumque laesurum est multo ante quam accidat speculare et averte. In hoc ipsum tibi plurimum conferet fiducia et ad tolerandum omne obfirmata mens. Potest fortunam cavere qui potest ferre; certe in tranquillo non tumultuatur. Nihil est nec miserius nec stultius quam praetimere: quae ista dementia est malum suum antecedere? [8] Denique, ut breviter includam quod sentio et istos satagios ac sibi molestos describam tibi, tam intemperantes in ipsis miseriis sunt quam ante illas. Plus dolet quam necesse est qui ante dolet quam	(5) Или даже - чтобы мне сделать этот стих еще мужественнее и справедливее, чтобы ты мог лучше поддержать им душу, - тверди каждый раз, когда что-нибудь произойдет вопреки твоим ожиданьям: "Боги лучше судили". Кто так настроен, с тем ничего не случится. А настроится так только тот, кто задумается об изменчивости человеческих дел прежде, чем почувствует ее силу, кто, имея и детей, и жену, и богатство, знает, что все это не будет непременно и всегда при нем, и не станет несчастным, если перестанет ими владеть. (6) Всегда в смятении душа, что тревожится за будущее, и до всех несчастий несчастен тот, кто заботится, чтобы все, чем он наслаждается, до конца осталось при нем. Ни на час он не будет спокоен и в ожидании будущего потеряет нынешнее, чем мог бы наслаждаться. Ведь что жалеть о потерянной вещи 2, что бояться ее потерять одно и то же.Это не значит, что я проповедую тебе беспечность. (7) Что страшно, то старайся отклонить; что рассудок может предвидеть, то старайся предвидеть; что грозит тебе ударом, старайся заметить и предотвратить,прежде чем оно случится. В этом тебе немало поможет спокойная уверенность и дух, закаленный и ко всему выносливый. Тот может оградить себя против фортуны, кто способен перенести все, что она пошлет; во всяком случае спокойный дух ей не привести в смятение. Есть ли что более жалкое и глупое, чем бояться заранее? Что за безумье - предвосхищать собственные несчастья?

necesse est; eadem enim infirmitate dolorem non aestimat qua non expectat; eadem intemperantia fingit sibi perpetuam felicitatem suam, fingit crescere debere quaecumque contigerunt, non tantum durare, et oblitus huius petauri quo humana iactantur sibi uni fortuitorum constantiam spondet. [9] Egregie itaque videtur mihi Metrodorus dixisse in ea epistula qua sororem amisso optimae indolis filio adloquitur: 'mortale est omne mortalium bonum'. De his loquitur bonis ad quae concurritur; nam illud verum bonum non moritur, certum est sempiternumque, sapientia et virtus; hoc unum contingit inmortale mortalibus. [10] Ceterum tam inprobi sunt tamque obliti quo eant, quo illos singuli dies trudant, ut mirentur aliquid ipsos amittere, amissuri uno die omnia. Quidquid est cui dominus inscriberis apud te est, tuum non est; nihil firmum infirmo, nihil fragili aeternum et invictum est. Tam necesse est perire quam perdere et hoc ipsum, si intellegimus, solacium est. Aequo animo perde: pereundum est.	(8) Я хочу подытожить вкратце то, что думаю, и описать тебе людей, что сами себе не дают покоя, сами себе в тягость: они так же нестойки в беде, как и до нее. Кто страдает раньше, чем нужно, тот страдает больше, чем нужно. Одна и та же слабость не дает ему ни правильно оценить боль, ни ждать ее. Одно и то же незнанье меры велит ему воображать свое счастье вечным, а свое достоянье не только не убывающим. но и все возрастающим, и сулить себе неизменность всех случайных преимуществ, забыв о том маховом колесе, которое переворачивает все человеческое. (9) Потому-то кажутся мне замечательными слова Метродора в том письме, где он обращается к сестре, потерявшей сына - юношу высокого дарования: "Всякое благо смертных смертно!" Он говорит о тех благах, которые всех манят, потому что подлинные блага - мудрость и добродетель - не умирают, они неизменны и постоянны. В уделе смертного только они бессмертны. (10) Впрочем, люди так бесстыдны, до того забывают, куда они идут, куда влечет их каждый день, что, обреченные однажды потерять все, удивляются всякой потере. То, на чем ты пишешься хозяином, при тебе, но не твое: кто сам непрочен, у того нет ничего прочного, кто сам хрупок, у того нет ничего вечного и непобедимого. Гибнуть и терять одинаково неизбежно, и, поняв это, мы найдем утешенье и спокойно будем терять теряемое неизбежно.
[11] Quid ergo adversus has amissiones auxili invenimus? hoc, ut memoria teneamus amissa nec cum ipsis fructum excidere patiamur quem ex illis percepimus. Habere eripitur, habuisse numquam. Peringratus est qui, cum amisit, pro accepto nihil debet. Rem nobis eripit casus, usum fructumque apud nos relinquit, quem nos iniquitate desiderii perdidimus.	(11) Но в чем же нам найти помощь против этих потерь? В том, чтобы хранить утраченное в памяти, не допускать, чтобы вместе с ним канул и тот плод, который оно нам принесло. Чем мы владеем, то можно отнять; чем мы владели, того не отнимешь. Верх неблагодарности - не чувствовать себя обязанным за то, что однажды получил, хотя потом и утратил. Случай отнимает вещь, но оставляет плоды обладанья ею, которые мы теряем сами, вопреки справедливости сожалея об отнятом.

[12] Dic tibi ex istis quae terribilia videntur nihil est invictum'. Singula vicere iam multi, ignem Mucius, crucem Regulus, venenum Socrates, exilium Rutilius, mortem ferro adactam Cato: et nos vincamus aliquid. [13] Rursus ista quae ut speciosa et felicia trahunt vulgum a multis et saepe contempta sunt. Fabricius divitias imperator reiecit, censor notavit; Tubero paupertatem et se dignam et Capitolio iudicavit, cum fictilibus in publica cena usus ostendit debere iis hominem esse contentum quibus di etiamnunc uterentur. Honores reppulit pater Sextius, qui ita natus ut rem publicam deberet capessere, latum clavum divo Iulio dante non recepit; intellegebat enim quod dari posset et eripi posse. Nos quoque aliquid et ipsi faciamus animose; simus inter exempla. [14] Quare defecimus? quare desperamus? Quidquid fieri potuit potest, nos modo purgemus animum sequamurque naturam, a qua aberranti cupiendum timendumque est et fortuitis serviendum. Licet reverti in viam, licet in integrum restitui: restituamur, ut possimus dolores quocumque modo corpus invaserint perferre et fortunae dicere 'cum viro tibi negotium est: quaere quem vincas'.	(12) Скажи себе: "Из того, что кажется страшным, все можно одолеть. Многие побеждали что-нибудь одно: Муций - огонь, Регул - крест, Сократ яд, Рутилий - ссылку, Катон - смерть от меча; и мы что-нибудь да победим! (13) Опять-таки многие презрели то, что видимостью счастья манит толпу. Фабриций3, будучи полководцем, отверг богатства, будучи цензором, осудил их. Туберон счел бедность достойной и себя, и Капитолия, когда, расставив на всенародном пиру глиняную посуду, показал, как человек должен довольствоваться тем, что и богам годится. Отец Секстий отказался от почетных должностей: рожденный, чтобы править государством, он не принял от божественного Юлия тоги с широкой каймой, ибо понимал: все, что дано, может быть отнято. Так поступим и мы хоть в чем-нибудь мужественно! Попадем и мы в число примеров! (14) Отчего мы слабеем? Отчего теряем надежду? Что могло случиться прежде, то может и сейчас. Только очистим душу и будем следовать природе, потому что отступивший от нее обречен желаньям, страху и рабству у вещей случайных. Можно еще вернуться на правильный путь, можно все восстановить. Сделаем это, чтобы переносить боль, когда она охватит тело, и сказать фортуне: ты имеешь дело с мужчиной; хочешь победить - поищи другого! 4"
[15] * * * His sermonibus et his similibus lenitur illa vis ulceris, quam opto mehercules mitigari et aut sanari aut stare et cum ipso senescere. Sed securus de illo sum: de nostro damno agitur, quibus senex egregius eripitur. Nam ipse vitae plenus est, cui adici nihil desiderat sua causa sed eorum quibus utilis est. [16] Liberaliter facit quod vivit. Alius iam hos cruciatus finisset: hic tam turpe putat mortem fugere quam ad mortem confugere. 'Quid ergo? non si suadebit res exibit?' Quidni exeat, si nemo iam uti eo poterit, si nihil aliud	(15) Такими или подобными речами утишается боль язвы, - хоть я и желаю ему, чтобы она облегчилась, или была излечена, или хотя бы осталась такою же и старела с ним. Впрочем, за него я спокоен; это нам грозит урон, у нас будет отнят замечательный старик. Сам он уже сыт жизнью, а если и желает ее продленья, то не ради себя, а ради тех, кому он полезен. Так что, оставаясь жить, он являет свою щедрость. (16) Другой бы положил конец этим мукам, а он считает одинаково постыдным бежать и от смерти, и от жизни. - "Так что же, если обстоятельства его убедят,

quam dolori operam dabit? [17] Hoc est, mi Lucili, philosophiam in opere discere et ad verum exerceri, videre quid homo prudens animi habeat contra mortem, contra dolorem, cum illa accedat, hic premat; quid faciendum sit a faciente discendum est. [18] Adhuc argumentis actum est an posset aliqui dolori resistere, an mors magnos quoque animos admota summittere. Quid opus est verbis? in rem praesentem eamus: nec mors illum contra dolorem facit fortiorem nec dolor contra mortem. Contra utrumque sibi fidit nec spe mortis patienter dolet nec taedio doloris libenter moritur: hunc fert, illam expectat. Vale.	неужели он не уйдет?" - А почему ему не уйти, если никто уже не сможет прибегнуть к нему? если ему не о чем будет заботиться, кроме своей боли? (17) Вот что значит, Луцилий, учиться философии у жизни, упражняться в ней, видя перед собою истинный пример: разумного человека, его мужество перед лицом подступающей смерти, среди гнетущих болей. Кто делает, как должно, у того и учись, как должно делать. До сих пор мы приводили доводы: может ли кто-нибудь противиться боли, сломит ли приближающаяся смерть даже великие души. (18) Но к чему слова? Взглянем воочию! Ему не смерть дает мужество сопротивляться боли и не боль - сопротивляться смерти. Он противится и той, и другой, полагаясь только на себя. Он страдает терпеливо не в надежде смерти и с охотой умирает не потому, что ему невтерпеж страданья. Страданья он терпит, смерти ждет. Будь здоров.

XCIX

[1] Epistulam quam scripsi Marullo cum filium parvulum amisisset et diceretur molliter ferre misi tibi, in qua non sum solitum morem secutus nec putavi leniter illum debere tractari, cum obiurgatione esset quam solacio dignior. Adflicto enim et magnum vulnus male ferenti paulisper cedendum est; exsatiet se aut certe primum impetum effundat:	(1) Я посылаю тебе письмо, которое написал Маруллу, когда он потерял младенца-сына и, по слухам, обнаружил при этом слабость. В письме я отступил от своего обыкновенья и не счел нужным мягко говорить с тем, кто заслуживает скорее порицанья, чем утешенья. Удрученному и тяжко .раненному, если он плохо переносит боль, нужно дать немного воли: пусть пресытится или, по крайней мере, даст выход первому порыву.
[2] hi qui sibi lugere sumpserunt protinus castigentur et discant quasdam etiam lacrimarum ineptias esse.	А те, кто нарочно взялись горевать, должны быть немедленно наказаны: пусть знают, что и слезы можно лить по-глупому.
'Solacia expectas? convicia accipe. Tam molliter tu fers mortem filii? quid faceres si amicum perdidisses? Decessit filius incertae spei, parvulus; pusillum temporis perit. [3] Causas	(2) Ты ждешь утешений? Так получай упреки! Вот какую слабость ты обнаружил, когда умер сын! А что бы ты делал, потеряв друга? Умер сын, чье будущее неясно, совсем

doloris conquirimus et de fortuna etiam inique queri volumus, quasi non sit iustas querendi causas praebitura: at mehercules satis mihi iam videbaris animi habere etiam adversus solida mala, nedum ad istas umbras malorum quibus ingemescunt homines moris causa. Quod damnorum omnium maximum est, si amicum perdidisses, danda opera erat ut magis gauderes quod habueras quam maereres quod amiseras. [4] Sed plerique non conputant quanta perceperint, quantum gavisi sint. Hoc habet inter reliqua mali dolor iste: non supervacuus tantum sed ingratus est. Ergo quod habuisti talem amicum, perit opera? Tot annis, tanta coniunctione vitae, tam familiari studiorum societate nil actum est? Cum amico effers amicitiam? Et quid doles amisisse, si habuisse non prodest? Mihi crede, magna pars ex iis quos amavimus, licet ipsos casus abstulerit, apud nos manet; nostrum est quod praeterit tempus nec quicquam est loco tutiore quam quod fuit. [5] Ingrati adversus percepta spe futuri sumus, quasi non quod futurum est, si modo successerit nobis, cito in praeterita transiturum sit. Anguste fructus rerum determinat qui tantum praesentibus laetus est: et futura et praeterita delectant, haec expectatione, illa memoria, sed alterum pendet et non fieri potest, alterum non potest non fuisse. Quis ergo furor est certissimo excidere? Adquiescamus iis quae iam hausimus, si modo non perforato animo hauriebamus et transmittente quidquid acceperat.	крохотный; загублен самый короткий век. (3) Мы ищем причин для страданья и хотим сетовать на судьбу даже неоправданно, когда она не дает нам повода к справедливым жалобам. А ведь мне уже, клянусь, казалось, что тебе хватит мужества противостоять и большим, а не то что этим призрачным бедам, от которых люди стонут только по обычаю. Даже потеряв друга - а это для нас самый тяжкий урон! - ты должен заставить себя больше радоваться тому, что у тебя был друг, чем горевать об утрате. (4) Но большинство людей не считает, сколько им было дано, сколько они успели порадоваться. И в этом, помимо прочего, дурная сторона такого горя: оно не только неуместно, но и неблагодарно. Значит, был у тебя друг, - и все пропало даром? Столько лет общей жизни и единодушного товарищества во всех занятиях ничего не дали? Вместе с другом ты хоронишь и дружбу? Что же ты горюешь, потеряв его, если тебе мало пользы от того, что он был? Поверь мне: пусть случай отнимет тех, кого мы любили, - немалая часть их существа остается с нами. То время, что прошло, наше; что было, то теперь в самом надежном месте. (5) Располагая на будущее, мы не ведаем благодарности за уже полученное, - как будто будущее, если только оно наступит, не перейдет очень скоро в прошлое. Кто радуется только настоящему, тот слишком сужает пределы обладанья всеми вещами, нет, и прошлое, и будущее тешат нас, одно - ожиданием, чей исход, однако, неведом, ибо оно может не сбыться, другое - воспоминанием, которого не может не остаться. Что" за безумие - упускать самое надежное? Успокоимся на том, что мы уже успели зачерпнуть, - если только мы не будем черпать дырявой душой, из которой все выливается.
[6] 'Innumerabilia sunt exempla eorum qui liberos iuvenes sine lacrimis extulerint, qui in senatum aut in	(6) Есть бесчисленные примеры того, как люди без слез хоронили детей, умерших молодыми, как шли от костра

aliquod publicum officium a rogo redierint et statim aliud egerint. Nec inmerito; nam primum supervacuum est dolere si nihil dolendo proficias; deinde iniquum est queri de eo quod uni accidit, omnibus restat; deinde desiderii stulta conquestio est, ubi minimum interest inter amissum et desiderantem. Eo itaque aequiore animo esse debemus quod quos amisimus sequimur. [7] Respice celeritatem rapidissimi temporis, cogita brevitatem huius spatii per quod citatissimi currimus, observa hunc comitatum generis humani eodem tendentis, minimis intervallis distinctum etiam ubi maxima videntur: quem putas perisse praemissus est. Quid autem dementius quam, cum idem tibi iter emetiendum sit, flere eum qui antecessit? [8] Flet aliquis factum quod non ignoravit futurum? Aut si mortem in homine non cogitavit, sibi inposuit. Flet aliquis factum quod aiebat non posse non fieri? quisquis aliquem queritur mortuum esse, queritur hominem fuisse. Omnis eadem condicio devinxit: cui nasci contigit mori restat. [9] Intervallis distinguimur, exitu aequamur. Hoc quod inter primum diem et ultimum iacet varium incertumque est: si molestias aestimes, etiam puero longum, si velocitatem, etiam seni angustum. Nihil non lubricum et fallax et omni tempestate mobilius; iactantur cuncta et in contrarium transeunt iubente fortuna, et in tanta volutatione rerum humanarum nihil cuiquam nisi mors certum est; tamen de eo queruntur omnes in quo uno nemo decipitur.	в сенат или возвращались к другой общественной обязанности, как сразу принимались за дела. И ненапрасно: ведь, во-первых, скорбеть излишне, если скорбью ничему не поможешь, и во-вторых, несправедливо сетовать на то, что с одним случилось, остальных ожидает. И еще, глупо вопить в тоске, если разрыв между тоскующим и утраченным ничтожен: мы должны быть спокойнее хотя бы потому, что сами идем вслед за теми, кого потеряли. (7) Взгляни" как скоротечно время, подумай, как коротко ристалище, по которому мы бежим так быстро; посмотри на весь человеческий род, единым сонмом,. с самыми малыми промежутками, - хоть порой они и кажутся большими, - поспешающий к одному концу; тот, кого ты считаешь погибшим, только предшествовал тебе. Так есть ли большее безумие, чем оплакивать того, кто раньше прошел дорогу, которую и тебе предстоит измерить? Разве плачут над тем, про что известно заранее, что оно случится? А кто не думал о предстоящей каждому человеку смерти, тот обманывал себя. (8) Разве плачут над тем, о чем сами говорили: оно произойдет непременно? Сетующий на чью-нибудь смерть сетует на то, что умерший был человеком. Все мы связаны общим уделом: кто родился, тому предстоит умереть. (9) Сроки разные, исход один. Расстоянье между первым и последним днем изменчиво и неведомо; если мерить его тяготами пути, оно велико даже у ребенка, если скоростью - коротко даже у старца. Все ненадежно и обманчиво, все изменчиво как погода. Все несется стремглав и, по веленью фортуны, превращается в нечто противоположное, и в таком коловращении человеческих дел нет ничего заранее известного, кроме смерти. И однако все жалуются на то единственное, в чем никто еще не обманулся.

[10] '"Sed puer decessit." Nondum dico melius agi cum eo qui [cito] vita defungitur: ad eum transeamus qui consenuit: quantulo vincit infantem! Propone temporis profundi vastitatem et universum conplectere, deinde hoc quod aetatem vocamus humanam compara immenso: videbis quam exiguum sit quod optamus, quod extendimus. [11] Ex hoc quantum lacrimae, quantum sollicitudines occupant? quantum mors antequam veniat optata, quantum valetudo, quantum timor? quantum tenent aut rudes aut inutiles anni? dimidium ex hoc edormitur. Adice labores, luctus, pericula, et intelleges etiam in longissima vita minimum esse quod vivitur. [12] Sed quis tibi concedit non melius se habere eum cui cito reverti licet, cui ante lassitudinem peractum est iter? Vita nec bonum nec malum est: boni ac mali locus est. Ita nihil ille perdidit nisi aleam in damnum certiorem. Potuit evadere modestus et prudens, potuit sub cura tua in meliora formari, sed, quod iustius timetur, potuit fieri pluribus similis. [13] Aspice illos iuvenes quos ex nobilissimis domibus in harenam luxuria proiecit; aspice illos qui suam alienamque libidinem exercent mutuo inpudici, quorum nullus sine ebrietate, nullus sine aliquo insigni flagitio dies exit: plus timeri quam sperari potuisse manifestum erit. Non debes itaque causas doloris accersere nec levia incommoda indignando cumulare. [14] Non hortor ut nitaris et surgas; non tam male de te iudico ut tibi adversus hoc totam putem virtutem advocandam. Non est dolor iste sed morsus: tu illum dolorem facis. Sine dubio multum philosophia profecit, si puerum nutrici adhuc quam patri notiorem animo forti desideras.	- "Но он умер ребенком!" - Не буду говорить о том, что отжившему свое лучше, перейду к другому: намного ли состарившийся взял верх над младенцем? (10) Представь себе безграничность глубин времени и охвати мыслью весь мир, потом сравни с этой безмерностью то, что именуется человеческим веком, - и ты увидишь, как ничтожен отрезок, которого мы желаем, который стремимся продлить. А сколько занимают в нем слезы тревоги? (11) Сколько занимает смерть, желанная прежде, чем придет? Сколько занимает нездоровье, сколько страх, сколько годы младенчества и годы, прожитые в невежестве и без пользы? Половину срока мы спим. Прибавь еще труды, скорби, опасности, - и ты поймешь, что за самый долгий век времени жить остается очень мало. (12) Кто же согласится с тобою, что не лучше тому, кому позволено скоро вернуться и закончить путь еще до усталости? Жизнь есть не благо и не зло, а только вместилище блага и зла. Так что твой сын ничего не потерял, кроме жребия, ко торый верней выпал бы не в его пользу. Он мог бы стать человеком скромным и разумным, возможно, твоя забота создала бы из него и что-нибудь получше, но также (и опасаться этого есть больше причин) мог он сделаться подобным большинству. (13) Взгляни на юношей, которых мотовство вытолкнуло из знатных домов на арену; взгляни на тех дважды бесстыдных, что и сами развратничают, и служат чужому разврату, и у которых ни дня не проходит без пьянства, ни дня без какой-нибудь крупной мерзости, - и тебе станет ясно, что опасаться тут можно скорее, чем надеяться. Так что нечего тебе выискивать поводы для скорби и негодованьем раздувать мелкие неприятности. (14) Я не увещаю тебя собраться с силами и выпрямиться: ведь я не столь плохого о тебе мнения, чтобы думать, будто

	против такого случая тебе нужно призвать всю твою доблесть. Знай, это не боль, а укол, - боль из него делаешь ты сам. Велики, без сомненья, успехи философии, если твой мужественный дух тоскует по мальчике, покуда более знакомом кормилице, нежели отцу!
[15] 'Quid? nunc ego duritiam suadeo et in funere ipso rigere vultum volo et animum ne contrahi quidem patior? Minime. Inhumanitas est ista, non virtus, funera suorum isdem oculis quibus ipsos videre nec commoveri ad primam familiarium divulsionem. Puta autem me vetare: quaedam sunt sui iuris; excidunt etiam retinentibus lacrimae et animum profusae levant. [16] Quid ergo est? permittamus illis cadere, non imperemus; fluat quantum adfectus eiecerit, non quantum poscet imitatio. Nihil vero maerori adiciamus nec illum ad alienum augeamus exemplum. Plus ostentatio doloris exigit quam dolor: quotus quisque sibi tristis est? Clarius cum audiuntur gemunt, et taciti quietique dum secretum est, cum aliquos videre, in fletus novos excitantur; tunc capiti suo manus ingerunt (quod potuerant facere nullo prohibente liberius), tunc mortem comprecantur sibi, tunc lectulo devolvuntur: sine spectatore cessat dolor. [17] Sequitur nos, ut in aliis rebus, ita in hac quoque hoc vitium, ad plurium exempla componi nec quid oporteat sed quid soleat aspicere. A natura discedimus, populo nos damus nullius rei bono auctori et in hac re sicut in his omnibus inconstantissimo. Videt aliquem fortem in luctu suo, impium vocat et efferatum; videt aliquem conlabentem et corpori adfusum, effeminatum ait et enervem. [18] Omnia itaque ad rationem revocanda sunt. Stultius vero nihil est quam famam captare tristitiae et lacrimas adprobare, quas iudico sapienti viro alias permissas cadere, alias vi sua latas. Dicam quid intersit. Cum primus nos nuntius acerbi funeris perculit, cum tenemus corpus e	(15) Неужели я призываю тебя к бесчувственности, требую, чтобы во время похорон ты не изменился в лице, не допускаю, чтобы у тебя сжалось сердце? Нет, конечно! Ведь это не доблесть, а бесчеловечность - смотреть на похороны близких таким же взглядом, каким смотрел на них самих, ничего не чувствовать, когда их впервые отрывают от тебя. Но представь даже, что я все это запрещаю; есть вещи, от нас не зависящие, порой слезы льются, как их ни сдерживай, и, пролившись, облегчают душу. (16) Что из этого следует? Позволим им течь, но не будем им приказывать; пусть льются столько, сколько требует чувство, а не подражанье. Не будем ничего прибавлять к нашей скорби и преувеличивать ее по чужому примеру. Горе напоказ требует больше, чем просто горе: много ли есть горюющих для самих себя? Люди стонут более внятно, когда их слышат, и, спокойные и молчаливые в одиночестве, снова разражаются слезами, едва завидят кого-нибудь. Тут-то они и тянутся рвать на себе волосы, хотя свободнее могли бы сделать это, когда никто не мешает, тут-то и зовут смерть, тут-то и скатываются с постели. Без зрителя горе затихает. (17) И здесь, как и во всем, не покидает нас один порок: прилаживаться к примеру большинства, смотреть, не что должно, а что принято. Мы удаляемся от природы и предаемся толпе, от которой ничего хорошего исходить не может, которая и тут, как во всем прочем, непостоянна. Увидит она человека мужественного в своей скорби - и зовет его безбожным я

complexu nostro in ignem transiturum, lacrimas naturalis necessitas exprimit et spiritus ictu doloris inpulsus quemadmodum totum corpus quatit, ita oculos, quibus adiacentem umorem perpremit et expellit. [19] Hae lacrimae per elisionem cadunt nolentibus nobis: aliae sunt quibus exitum damus cum memoria eorum quos amisimus retractatur, et inest quiddam dulce tristitiae cum occurrunt sermones eorum iucundi, conversatio hilaris, officiosa pietas; tunc oculi velut in gaudio relaxantur. His indulgemus, illis vincimur. [20] Non est itaque quod lacrimas propter circumstantem adsidentemque aut contineas aut exprimas: nec cessant nec fluunt umquam tam turpiter quam finguntur: eant sua sponte. Ire autem possunt placidis atque compositis; saepe salva sapientis auctoritate fluxerunt tanto temperamento ut illis nec humanitas nec dignitas deesset. [21] Licet, inquam, naturae obsequi gravitate servata. Vidi ego in funere suorum verendos, in quorum ore amor eminebat remota omni lugentium scaena; nihil erat nisi quod veris dabatur adfectibus. Est aliquis et dolendi decor; hic sapienti servandus est et quemadmodum in ceteris rebus, ita etiam in lacrimis aliquid sat est: inprudentium ut gaudia sic dolores exundavere.	диким, увидит другого, бессильно прильнувшего к мертвому телу, - и зовет его безвольным и хилым. (18) Потому-то и надо все делать по разуму. Нет ничего глупее, чем печалиться для славы и плакать ради общего одобрения. По-моему, мудрый муж плачет, либо когда сам дает волю слезам, либо когда они льются по своей воле. Я скажу, в чем тут разница. Когда "ас поразит первая весть о горестной кончине, когда мы держим тело, которое из наших объятий перейдет на костер, - слезы исторгает природная необходимость, и дух, под ударом скорби, сотрясает вместе со всем телом также и глаза, силой заставляя пролиться находящуюся близ них влагу. (19) Эти исторгнутые слезы текут вопреки нам. Но бывают слезы, которым мы сами даем выход, - например, возвращаясь памятью к тем, кого мы потеряли, и есть нечто сладостное в печали, когда нам вновь приходят на ум их отрадные речи, их веселая беседа, их преданная любовь; тогда глаза увлажняются, словно от радости. Этим слезам мы не противимся, а те первые побеждают нас. (20) Так что нельзя ни удерживать, ни выдавливать из себя слезы ради стоящих и сидящих вокруг: и плакать, и перестать куда менее позорно, чем притворяться. Пусть слезы текут сами собой: ведь и люди спокойные и сдержанные их могут пролить. Часто они текли, не умаляя почтенности мудреца, с такой пристойностью, что была в них полная мера и человечности, и достоинства. Можно, повторяю, повиноваться природе, не теряя степенности. (21) Я видел почтенных людей, хоронивших своих близких: вся любовь была написана у них на лице, но в их скорби не было лицедейства, - ничего, кроме подлинных чувств, которым они дали выход. И в скорби есть приличья, - их-то и следует соблюдать мудрецу. И как во всем, так и тут наступает миг, когда плакать довольно. И радость, и горе

	льются через край только у неразумных.
[22] 'Aequo animo excipe necessaria. Quid incredibile, quid novum evenit? quam multis cum maxime funus locatur, quam multis vitalia emuntur, quam multi post luctum tuum lugent! Quotiens cogitaveris puerum fuisse, cogita et hominem, cui nihil certi promittitur, quem fortuna non utique perducit ad senectutem: unde visum est dimittit. [23] Ceterum frequenter de illo loquere et memoriam eius quantum potes celebra; quae ad te saepius revertetur si erit sine acerbitate ventura; nemo enim libenter tristi conversatur, nedum tristitiae. Si quos sermones eius, si quos quamvis parvoli iocos cum voluptate audieras, saepius repete; potuisse illum implere spes tuas, quas paterna mente conceperas, audacter adfirma. [24] Oblivisci quidem suorum ac memoriam cum corporibus efferre et effusissime flere, meminisse parcissime, inhumani animi est. Sic aves, sic ferae suos diligunt, quarum [contria] concitatus [actus] est amor et paene rabidus, sed cum amissis totus extinguitur. Hoc prudentem virum non decet: meminisse perseveret, lugere desinat.	(22) Неизбежное нужно принимать равнодушно. Разве случилось нечто невероятное, невиданное? Скольким людям сейчас нанимают служителей для похорон! Скольким покупают смертный убор! Сколько людей будут горевать после тебя! Едва ты подумаешь, что он был еще ребенком, думай и о том, что он был человеком, - а человеку ничего не обещано наверняка, и фортуна не должна непременно довести его до старости, но вправе отпустить, где ей угодно. (23) А в остальном то и дело говори о нем, торжественно чти, насколько можешь, его память, - ведь воспоминанья станут приходить к тебе тем чаще, чем меньше в них будет горечи. К печальному обращаются неохотно, а тем более к самой печали. Если ты наслаждался его речами, его шутками, пусть еще детскими, чаще повторяй их, смело утверждай, что сын оправдал бы надежды, питаемые в отцовской душе. (24) Бесчеловечно забывать близких, хоронить вместе с прахом память о них, щедро лить слезы, а вспоминать скупо. Так любят своих детенышей звери, своих птенцов птицы: их любовь неистова, порой до бешенства, но утрата гасит ее. Такое не пристало разумному человеку: пусть его память будет долгой, скорбь короткой.
[25] 'Illud nullo modo probo quod ait Metrodorus, esse aliquam cognatam tristitiae voluptatem, hanc esse captandam in eiusmodi tempore. Ipsa Metrodori verba subscripsi. Metrodoron epistolon pros ten adelphen. estin gar tis hedone lupe suggenes, hen chre thereuein kata touton ton kairon. [26] De quibus non dubito quid sis sensurus; quid enim est turpius quam captare in ipso luctu voluptatem, immo per luctum, et inter lacrimas quoque quod iuvet quaerere? Hi sunt qui nobis obiciunt nimium rigorem et infamant praecepta nostra	(25) Я никак не одобряю утверждения Метродора, будто и в печали есть некое связанное с нею наслаждение; его-то и нужно ловить в такое время. Я выписал сами слова Метродора1. (26) Я не сомневаюсь, что ты подумаешь о них. Есть ли что постыднее, чем ловить наслаждение даже в скорби, получать его от самой скорби, искать среди слез хоть чего-нибудь приятного? Так вот кто упрекает нас в чрезмерной суровости, бесчестит наши наставления именем "жестоких" - потому только, что мы велим либо не допускать скорби в душу, либо быстрей

duritiae, quod dicamus dolorem aut admittendum in animum non esse aut cito expellendum. Utrum tandem est aut incredibilius aut inhumanius, non sentire amisso amico dolorem an voluptatem in ipso dolore aucupari? [27] Nos quod praecipimus honestum est: cum aliquid lacrimarum adfectus effuderit et, ut ita dicam, despumaverit, non esse tradendum animum dolori. Quid, tu dicis miscendam ipsi dolori voluptatem? sic consolamur crustulo pueros, sic infantium fletum infuso lacte conpescimus. Ne illo quidem tempore quo filius ardet aut amicus expirat cessare pateris voluptatem, sed ipsum vis titillare maerorem? Utrum honestius dolor ab animo summovetur an voluptas ad dolorem quoque admittitur? "Admittitur" dico? Captatur, et quidem ex ipso. [28] "Est aliqua" inquit "voluptas cognata tristitiae." Istuc nobis licet dicere, vobis quidem non licet. Unum bonum nostis, voluptatem, unum malum, dolorem: quae potest inter bonum et malum esse cognatio? Sed puta esse: nunc potissimum eruitur? Et ipsum dolorem scrutamur, an aliquid habeat iucundum circa se et voluptarium? [29] Quaedam remedia aliis partibus corporis salutaria velut foeda et indecora adhiberi aliis nequeunt, et quod aliubi prodesset sine damno verecundiae, id fit inhonestum loco vulneris: non te pudet luctum voluptate sanare? Severius ista plaga curanda est. Illud potius admone, nullum mali sensum ad eum qui perit pervenire; nam si pervenit, non perit. [30] Nulla, inquam, res eum laedit qui nullus est: vivit si laeditur. Utrum putas illi male esse quod nullus est an quod est adhuc aliquis? Atqui nec ex eo potest ei tormentum esse quod non est (quis enim nullius sensus est?) nec ex eo quod est; effugit enim maximum mortis incommodum, non esse. [31] Illud quoque dicamus ei qui deflet ac desiderat in aetate prima raptum: omnes, quantum ad brevitatem aevi, si	изгонять ее. Но что невероятнее, что бесчеловечнее: не чувствовать скорби, потерявши друга, или в самой же скорби ловить наслажденье? (27) То, чему поучаем мы, честно: когда чувство изольется слезами и, так сказать, перекипит, не следует отдавать душу скорби. А ты что говоришь? Надо и к скорби примешать наслаждение! Так мы утешаем детей печеньем, так унимаем плач младенцев, налив им молока. Ты не допускаешь, чтобы наслажденье прекращалось даже на то время, пока горит на костре сын или друг испускает дух, ты хочешь, чтобы сама печаль тебя тешила. Что же честнее: устранять скорбь из души или соединять наслаждение со скорбью? Да что соединять! Ловить, ловить его в самой же скорби! - (28) "Есть некое наслаждение, неотделимое от печали". Это нам позволительно говорить так, а не вам. Вы знаете одно лишь благо - наслажденье, и одно лишь зло - скорбь. Как благо и зло могут быть неотделимы? Но считай, что могут; значит, теперь-то самое время рыться в своей боли и искать, есть ли близ нее что-нибудь приятное и услаждающее? (29) Есть лекарства, для одних частей тела целебные, но не применимые для других по своей мерзости и непристойности; то, что где-нибудь принесло бы пользу без вреда для стыдливости, не годится для раны в другом месте. И не стыдно тебе лечить горе наслажденьем? Для этой язвы нужны более суровые меры. Лучше напомни, что погибший ничего плохого уже не чувствует, а если чувствует, то он не погиб. (30) Ничто не задевает того, кто стал ничем; а если задевает, значит, он жив. По-твоему, ему плохо от того, что он стал ничем? Или от того, что он еще существует? Небытие не причиняет муки: что может чувствовать тот, кого уже нет? Но и быть не мучительно: кто существует, тот ушел от самой большой беды, приносимой смертью, -

universo compares, et iuvenes et senes, in aequo sumus. Minus enim ad nos ex aetate omni venit quam quod minimum esse quis dixerit, quoniam quidem minimum aliqua pars est: hoc quod vivimus proximum nihilo est; et tamen, o dementiam nostram, late disponitur.	небытия. (31) И еще вот что скажем тому, кто оплакивает похищенного в раннем возрасте и тоскует по нем: что до краткости века, то если сравнить его со вселенной, мы все равны, - и юноши, и старцы. Что достается нам от века всей вселенной, того нельзя даже назвать малой долей: ведь самая малая доля есть некая доля, а срок нашей жизни близок к ничто, и однако (таково наше безумие!) люди стремятся раздвинуть его.
[32] 'Haec tibi scripsi, non tamquam expectaturus esses remedium a me tam serum (liquet enim mihi te locutum tecum quidquid lecturus es) sed ut castigarem exiguam illam moram qua a te recessisti, et in reliquum adhortarer contra fortunam tolleres animos et omnia eius tela non tamquam possent venire sed tamquam utique essent ventura prospiceres. Vale.'	(32) Я написал это тебе не потому, что ты-де ждешь от меня такого позднего лекарства: мне ясно, что ты сам говорил себе все, о чем прочтешь здесь. Но я хотел наказать тебя и за тот ничтожный срок, на который ты отошел от себя самого, а на будущее ободрить, чтобы ты воспрял духом и противился фортуне, предвидя, что все ее удары не только могут упасть на тебя, но упадут непременно. Будь здоров.

C

[1] Fabiani Papiri libros qui inscribuntur civilium legisse te cupidissime scribis, et non respondisse expectationi tuae; deinde oblitus de philosopho agi compositionem eius accusas. Puta esse quod dicis et effundi verba, non figi. Primum habet ista res suam gratiam et est decor proprius orationis leniter lapsae; multum enim interesse existimo utrum exciderit an fluxerit. [Adice] nunc quod in hoc quoque quod dicturus sum ingens differentia est: [2] Fabianus mihi non effundere videtur orationem sed fundere; adeo larga est et sine perturbatione, non sine cursu tamen veniens. Illud plane fatetur et praefert, non esse tractatam nec diu tortam. Sed ita, ut vis, esse credamus: mores ille, non verba composuit et animis scripsit ista, non auribus. [3] Praeterea ipso dicente non vacasset tibi partes intueri, adeo te summa rapuisset; et fere quae impetu placent minus	(1) Ты пишешь, что с жадностью читал книги Фабиана Папирия "О делах гражданских", но они обманули твои ожиданья; а потом, забыв, что речь идет о философе, обвиняешь его за плохой слог. - Пусть будет так, как ты считаешь, пусть он скорее изливает слова, чем ставит каждое на место. Во-первых, в этом есть своя прелесть, и медленно текущая речь по-своему прекрасна. Я думаю, большая разница, плавная она или прерывистая. Не меньшее различие, по-моему, и в том, о чем я сейчас скажу. (2) У Фабиана, по-моему, слова льются обильно', но не бурно: так его речь широка и, хотя не лишена стремительности, но нигде не бушует. Она прямо и откровенно сознается в том, что ее не обрабатывали и долго не обтачивали. Но пусть будет по-твоему; он-то, однако, старался совершенствовать нравы, а не выраженья, и писал для души, а не для ушей. (3) Во-вторых,

praestant ad manum relata; sed illud quoque multum est, primo aspectu oculos occupasse, etiam si contemplatio diligens inventura est quod arguat. [4] Si me interrogas, maior ille est qui iudicium abstulit quam qui meruit; et scio hunc tutiorem esse, scio audacius sibi de futuro promittere.	говори он сам, тебе некогда было бы обращать вниманье на частности, - так увлекло бы тебя целое; а то, что нравится сразу, почти всегда перестает казаться столь замечательным, когда возьмешь его в руки. Но ведь и это немало привлечь с первого взгляда, даже если тщательное рассмотренье найдет, к чему придраться. (4) Если ты спросишь меня, - по-моему, более велик тот, кто отнимает у нас саму способность оценивать, чем тот, кто заслуживает высочайшей оценки, хоть я и знаю, что второй рискует меньше, что он смелее может рассчитывать на будущее.
Oratio sollicita philosophum non decet: ubi tandem erit fortis et constans, ubi periculum sui faciet qui timet verbis? [5] Fabianus non erat neglegens in oratione sed securus. Itaque nihil invenies sordidum: electa verba sunt, non captata, nec huius saeculi more contra naturam suam posita et inversa, splendida tamen quamvis sumantur e medio. Sensus honestos et magnificos habes, non coactos in sententiam sed latius dictos. Videbimus quid parum recisum sit, quid parum structum, quid non huius recentis politurae: cum circumspexeris omnia, nullas videbis angustias inanis. [6] Desit sane varietas marmorum et concisura aquarum cubiculis interfluentium et pauperis cella et quidquid aliud luxuria non contenta decore simplici miscet: quod dici solet, domus recta est.	Чересчур тщательная речь не пристала философу. Где покажет себя смелым и стойким, где поставит себя под удар тот, кто боится за слова? (5) В речах Фабиана была не небрежность, а уверенность. В них ты не найдешь грязи: слова отобраны, а не выхвачены и не переставлены вопреки своей природе, по обычаю нашего века; они блестящи, хоть и берутся из тех, что под рукой, а мысли благородны и высоки, хоть и не сжаты в изреченье, а изложены пространно. Мы заметим и кое-что растянутое" и кое-что шероховатое, лишенное нынешнего лоска; но обыщи хоть все, - ты не увидишь ненужной сжатости. (6) Пусть не будет ни пестрого мрамора, ни множества желобов, по которым вода течет через спальню, ни комнаты бедняка, ни всего прочего, что нагромоздила жажда роскоши, недовольная простым убранством, - все равно дом, как говорится, будет "как следует".
Adice nunc quod de compositione non constat: quidam illam volunt esse ex horrido comptam, quidam usque eo aspera gaudent ut etiam quae mollius casus explicuit ex industria dissipent et clausulas abrumpant ne ad expectatum respondeant. [7] Lege Ciceronem: compositio eius una est, pedem curvat lenta et sine infamia mollis. At contra Pollionis Asinii salebrosa et exiliens et	Прибавь к этому, что о слоге нет единого мненья. Одни требуют, чтобы он был и растрепанным, и причесанным, другие так рады всякой шероховатости, что везде, где случайно речь получится глаже, они нарочно рассыпают слова и обрубают концовки, - лишь бы звучало неожиданно. (7) Почитай Цицерона: у него слог ровный, плавно

ubi minime expectes relictura. Denique omnia apud Ciceronem desinunt, apud Pollionem cadunt, exceptis paucissimis quae ad certum modum et ad unum exemplar adstricta sunt.	выступающий, изящный не в ущерб величавости. У Азиния Поллиона2, наоборот, - неровный, скачущий, обрывающийся на тех местах, где меньше всего ждешь. У Цицерона все завершается, у Поллиона летит стремглав, за изъятием немногих мест, построенных по заданной мере и единому образцу.
[8] Humilia praeterea tibi videri dicis omnia et parum erecta: quo vitio carere eum iudico. Non sunt enim illa humilia sed placida et ad animi tenorem quietum compositumque formata, nec depressa sed plana. Deest illis oratorius vigor stimulique quos quaeris et subiti ictus sententiarum; sed totum corpus, videris quam sit comptum, honestum est. Non habet oratio eius sed dabit dignitatem. [9] Adfer quem Fabiano possis praeponere. Dic Ciceronem, cuius libri ad philosophiam pertinentes paene totidem sunt quot Fabiani: cedam, sed non statim pusillum est si quid maximo minus est. Dic Asinium Pollionem: cedam, et respondeamus: in re tanta eminere est post duos esse. Nomina adhuc T. Livium; scripsit enim et dialogos, quos non magis philosophiae adnumerare possis quam historiae, et ex professo philosophiam continentis libros: huic quoque dabo locum. Vide tamen quam multos antecedat qui a tribus vincitur et tribus eloquentissimis.	(8) Еще ты говоришь, что все кажется тебе слишком обыденным, лишенным возвышенности; но я считаю его свободным от этого порока. Там нет ничего низменного, а есть спокойствие, под стать безмятежному, умиротворенному строю души, нет ничего плоского, а есть ровность. Ему не достает ораторской мощи, жалящей остроты, которой ты ищешь, внезапно поражающих изречений; но все тело (посмотри, как оно убрано!) - без изъяна. Достоинством своим его речь обязана не самой себе, а предмету. (9) Назови, кого можно предпочесть Фабиану. Укажи Цицерона, у которого книг по философии почти столько же, сколько у Фабиана, - и я соглашусь; но уступающий самому великому отнюдь еще не ничтожен. Укажи Азиния Поллиона, - я соглашусь и отвечу, что быть в таком деле третьим - значит быть незаурядным. Назови еще Тита Ливия: ведь и он писал диалоги, которые можно отнести столь же к философии, сколь и к истории, и книги откровенно философского содержания. Я и ему дам место; но взгляни, скольких оставил позади тот, кого победили только трое - трое самых красноречивых.
[10] Sed non praestat omnia: non est fortis oratio eius, quamvis elata sit; non est violenta nec torrens, quamvis effusa sit; non est perspicua sed pura. 'Desideres' inquis 'contra vitia aliquid aspere dici, contra pericula animose, contra fortunam superbe, contra ambitionem contumeliose. Volo luxuriam obiurgari, libidinem traduci, inpotentiam frangi. Sit aliquid oratorie acre, tragice grande, comice exile.' Vis	(10) Правда, не все у него замечательно. Его речь, хоть и возвышенная, лишена мужественности; она льется легко, но не безудержно, не стремительно; она не прозрачна, хотя и чиста. Ты, по твоим словам, хочешь, чтобы о пороках говорилось сурово, об опасностях - храбро, о фортуне свысока, а о честолюбии - презрительно. "Я хочу, чтобы роскошь была выругана, похоть

illum adsidere pusillae rei, verbis: ille rerum se magnitudini addixit, eloquentiam velut umbram non hoc agens trahit. [11] Non erunt sine dubio singula circumspecta nec in se collecta nec omne verbum excitabit ac punget, fateor; exibunt multa nec ferient et interdum otiosa praeterlabetur oratio, sed multum erit in omnibus lucis, sed ingens sine taedio spatium. Denique illud praestabit, ut liqueat tibi illum sensisse quae scripsit. Intelleges hoc actum ut tu scires quid illi placeret, non ut ille placeret tibi. Ad profectum omnia tendunt, ad bonam mentem: non quaeritur plausus.	выставлена на смех, честолюбие сломлено; поэтому речь пусть будет по-ораторски резкой, величавой, как у трагиков, тонкой, как у комиков". - Ты хочешь, чтобы он корпел над вещью ничтожной - над словами? Он посвятил себя великим предметам, а красноречие, словно тень, шло за ним, хоть он о нем и не старался. (11) Не каждая мелочь, без сомненья, будет у него тщательно взвешена, завершена, не каждое слово раззадорит и уколет, это так; многие, сделав выпад, промахнутся, и порою речь будет праздно течь мимо. Но во всем будет много света, и большие куски прочитываются без усталости. И ты поймешь: он стремился дать тебе понять, что ему нравится, а не понравиться тебе. Цель всего - способствовать успехам и благомыслию, а рукоплесканья ему не нужны.
[12] Talia esse scripta eius non dubito, etiam si magis reminiscor quam teneo haeretque mihi color eorum non ex recenti conversatione familiariter sed summatim, ut solet ex vetere notitia; cum audirem certe illum, talia mihi videbantur, non solida sed plena, quae adulescentem indolis bonae attollerent et ad imitationem sui evocarent sine desperatione vincendi, quae mihi adhortatio videtur efficacissima. Deterret enim qui imitandi cupiditatem fecit, spem abstulit. Ceterum verbis abundabat, sine commendatione partium singularum in universum magnificus. Vale.	(12) Я не сомневаюсь, что его сочинения таковы, хотя скорее припоминаю их, чем помню; у меня сохранился в памяти их цвет, но не так явственно, как после недавней встречи, а в общих чертах, как бывает с узнанным давно. По крайней мере, когда я его слушал, они казались мне хотя и немного рыхлыми, но богатыми, способными увлечь даровитого юношу и побудить к подражанию, не отнимая надежды на победу, - а это, по-моему, самое действительное ободрение, так как всякий, кто внушает желание, но отнимает надежду подражать себе, только отпугивает нас. Впрочем, слов у него в изобилии, и, хоть по отдельности не все части заслуживают похвалы, в целом он великолепен. Будь здоров.

CI

[1] Omnis dies, omnis hora quam nihil simus ostendit et aliquo argumentorecenti admonet fragilitatis oblitos; tum aeterna meditatos respicere cogitad mortem. Quid sibi istud principium velit quaeris?	(1) Каждый день, каждый час показывает нам, что мы - ничто. Все новые доказательства напоминают об этом людям, забывшим о своей бренности, и

Senecionem Cornelium,equitem Romanum splendidum et officiosum, noveras: ex tenui principio seipse promoverat et iam illi declivis erat cursus ad cetera; facilius enimcrescit dignitas quam incipit.	заставляют их от простирающихся на целую вечность замыслов обратиться взглядом к смерти. - Ты спрашиваешь, к чему такое начало? - Ведь ты знал Корнелия Сенециона, римского всадника, человека блестящего и услужливого; он пробился своими силами, начав с малого, и перед ним уже открыт был пологий путь к остальному.
[2] Pecunia quoque circa paupertatem plurimummorae habet; dum ex illa erepat haeret. Iam Senecio divitis inminebat,ad quas illum duae res ducebant efficacissimae, et quaerendi et custodiendiscientia, quarum vel altera locupletem facere potuisset.	(2) Ибо достоинство растет скорее, чем возникает. И деньги, едва вырвавшись из бедности, долго мешкают поблизости от нее. А Сенецион подошел вплотную к богатству, к которому вели его два способствующих успеху свойства: уменье приобретать и уменье беречь, - а из них и одно может сделать любого богачом
[3] Hic homo summaefrugalitatis, non minus patrimonii quam corporis diligens, cum me ex consuetudinemane vidisset, cum per totum diem amico graviter adfecto et sine spe iacentiusque in noctem adsedisset, cum hilaris cenasset, genere valetudinis praecipitiarreptus, angina, vix conpressum artatis faucibus spiritum traxit in lucem.Intra paucissimas ergo horas quam omnibus erat sani ac valentis officiisfunctus decessit.	(3) И вот этот человек, весьма воздержный и заботившийся о теле не меньше, чем об имуществе, утром по обыкновению побывал у меня. потом весь день до вечера просидел у постели безнадежно больного друга, потом весело поужинал, - а вечером захворал быстротечною болезнью - перепончатой жабой, которая сдавила ему горло так, что он дышал, да и то с трудом, только до рассвета. Так он и отошел, спустя несколько часов после того, как сделал все, что положено здоровому и крепкому.
[4] Ille qui et mari et terra pecuniam agitabat, quiad publica quoque nullum relinquens inexpertum genus quaestus accesserat,in ipso actu bene cedentium rerum, in ipso procurrentis pecuniae impeturaptus est. *Insere nunc,* *Meliboee, piros, pone* *[in] ordine vites.*	(4) Он, пускавший деньги в оборот по морю и по суше, он, не оставлявший без вниманья ни одного источника прибыли и уже подбиравшийся к откупам, был унесен из самой гущи ладившихся дел, в разгаре охоты за деньгами. *Груши теперь,* *Мелибей, прививай, рассаживай лозы!*
Quam stultum est aetatem disponere ne crastini quidem dominum! o	Как глупо строить расчеты на весь свой век, не владея даже

quantadementia est spes longas inchoantium: emam, aedificabo, credam, exigam,honores geram, tum deinde lassam et plenam senectutem in otium referam.	завтрашним днем! Какое безумство - сегодня надеяться на далекое будущее! - "Я куплю, я построю, я дам взаймы и стребую, я получу эти должности, - а потом, усталый и пресыщенный, проведу на покое старость".
[5] Omnia, mihi crede, etiam felicibus dubia sunt; nihil sibi quisquamde futuro debet promittere; id quoque quod tenetur per manus exit et ipsamquam premimus horam casus incidit. Volvitur tempus rata quidem lege, sedper obscurum: quid autem ad me an naturae certum sit quod mihi incertumest?	(5) Поверь мне, даже у счастливцев будущее неверно. Никто не должен ничего сулить себе: даже то, что мы держим, ускользает из рук, и вот этот час, уже пойманный нами, случай может оборвать. Время катится - по установленному закону, но темным путем; что мне до будущего природы, которое ясно, когда мое будущее неясно?
[6] Navigationes longas et pererratis litoribus alienis seros in patriamreditus proponimus, militiam et castrensium laborum tarda manipretia, procurationesofficiorumque per officia processus, cum interim ad latus mors est, quaequoniam numquam cogitatur nisi aliena, subinde nobis ingeruntur mortalitatisexempla non diutius quam dum miramur haesura.	(6) Мы рассчитываем, объездив чужие берега в долгом плаванье, много спустя вернуться на родину, рассчитываем на позднюю награду за военную службу и лагерные труды, на управленье провинцией, на восхожденье от должности к должности, - смерть же стоит рядом, а так как мы думаем о ней только по поводу чужой кончины, нам напоминают о том, что люди смертны, всё новыми примерами, хоть мы и будем помнить их, только пока они перед глазами.
[7] Quid autem stultius quammirari id ullo die factum quod omni potest fieri? Stat quidem terminusnobis ubi illum inexorabilis fatorum necessitas fixit, sed nemo scit nostrumquam prope versetur a termino; sic itaque formemus animum tamquam ad extremaventum sit. Nihil differamus; cotidie cum vita paria faciamus.	(7) Сегодня случилось то, что может случиться каждый день, - и есть ли что глупее, чем удивляться этому? Всем нам неумолимая неизбежность судеб поставила некий предел, но никто из нас не знает, близко ли он. Настроим же душу так, словно мы дошли до конца; не будем ничего откладывать, чтобы всякий день быть в расчете с жизнью.
[8] Maximumvitae vitium est quod inperfecta semper est, quod [in] aliquid ex illadiffertur. Qui cotidie vitae suae summam manum inposuit non indiget tempore;ex hac autem indigentia timor nascitur et cupiditas futuri exedens animum.Nihil est miserius dubitatione venientium quorsus	(8) Величайший изъян жизни - вечная ее незавершенность из-за нашей привычки откладывать со дня на день. Кто каждый вечер заканчивает дело своей жизни, тому время не нужно. Между тем нужда в нем родит страх и жажду

evadant; quantum sitillud quod restat aut quale sollicita mens inexplicabili formidine agitatur.	будущего, истачивающую душу. Нет ничего более жалкого, нежели сомненья в том, чем кончится наступающий день. Сколько бы и что бы нам ни предстояло, тревожный дух будет мучиться неизъяснимым страхом 2.
[9] Quo modo effugiemus hanc volutationem? Uno: si vita nostra non prominebit,si in se colligitur; ille enim ex futuro suspenditur cui inritum est praesens.Ubi vero quidquid mihi debui redditum est, ubi stabilita mens scit nihilinteresse inter diem et saeculum, quidquid deinceps dierum rerumque venturumest ex alto prospicit et cum multo risu seriem temporum cogitat. Quid enimvarietas mobilitasque casuum perturbabit, si certus sis adversus incerta?	(9) Как избежать этих треволнений? Нужно одно: чтобы наша жизнь не рвалась вперед, чтобы она была сосредоточена, - ибо у кого настоящее уходит впустую, тот и зависит от будущего. А когда я расквитался с са мим собой, когда спокойный дух знает, что день и век - одно и то же, тогда он смотрит свысока на все дни и дела, которые наступят, и с громким смехом думает о череде времен. Разве страшны изменчивость и непостоянство случая, если ты заведомо спокоен перед неведомым?
[10] Ideo propera, Lucili mi, vivere, et singulos dies singulas vitas puta.Qui hoc modo se aptavit, cui vita sua cotidie fuit tota, securus est: inspem viventibus proximum quodque tempus elabitur, subitque aviditas etmiserrimus ac miserrima omnia efficiens metus mortis. Inde illud Maecenatisturpissimum votum quo et debilitatem non recusat et deformitatem et novissimeacutam crucem, dummodo inter haec mala spiritus prorogetur:	(10) Так что спеши-ка жить, мой Луцилий, и каждый день считай за целую жизнь. Кто приладился жить так, для кого каждый вечер - конец жизни, тот не знает страха. Кто живет надеждой, тот упускает ближайшее время, - а тогда на него нападают жадность и жалкий, делающий жалким все вокруг страх смерти. Вот откуда взялась постыдная молитва Мецената, в которой он не отказывается ни от расслабленности, ни от уродства, ни даже от пытки - лишь бы среди этих бедствий ему продлили жизнь:
[11] debilem facito manu, *debilem pede coxo,* *tuber adstrue gibberum, lubricos quate dentes:* *vita dum superest, benest;* *hanc mihi, vel acuta* *si sedeam cruce, sustine.*	*(11) Пусть хоть руки отнимутся,* *Пусть отнимутся ноги,* *Спину пусть изувечит горб,* *Пусть шатаются зубы, Лишь бы жить, и отлично все!* *Даже если и вздернут* *На крест, - жизнь сохраните мне!*
[12] Quod miserrimum erat si incidisset optatur, et tamquam vita petitursupplici mora. Contemptissimum putarem si vivere vellet usque ad crucem:'tu vero' inquit 'me	(12) Он желает себе худшего, что только может случиться, и молит о продлении пытки, как о жизни! Я счел бы самым презренным

debilites licet, dum spiritus in corpore fracto etinutili maneat; depraves licet, dum monstroso et distorto temporis aliquidaccedat; suffigas licet et acutam sessuro crucem subdas': est tanti vulnussuum premere et patibulo pendere districtum, dum differat id quod est inmalis optimum, supplici finem? est tanti habere animam ut agam?	любого, кто хотел бы жить вплоть до пытки. А он говорит: отними у меня руки и ноги, лишь бы в расслабленном, бесполезном теле осталось дыханье; изувечь меня, но только прибавь чудовищному уроду хоть немного времени; вздерни меня на крест, заставь сесть на кол 3, - стоит зажать свою рану и висеть распятым, лишь бы оттянуть самое лучшее среди бедствий - конец муки; стоит сохранить душу, чтобы дольше с нею расставаться! Что пожелать такому, как не благосклонности богов?
[13] Quidhuic optes nisi deos faciles? quid sibi vult ista carminis effeminati turpitudo? quid timoris dementissimi pactio? quid tam foeda vitae mendicatio? Huicputes umquam recitasse Vergilium:	(13) Разве другого хочет позорная изнеженность этих стихов? Эта сделка с безумной трусостью? Это гнусное выклянчиванье жизни? Можно ли подумать, что ему когда-то Вергилий читал:
usque adeone mori miserum st?	*Так ли гибель страшна?*
Optat ultima malorum et quae pati gravissimum est extendi ac sustinericupit: qua mercede? scilicet vitae longioris. Quod autem vivere est diumori?	Он желает себе худших бедствий и жаждет того, что тяжелее всего вынести: чтобы они тянулись и не прекращались. Ради какой награды? Ради чуть более долгой жизни. Но разве долго умирать значит жить?
[14] Invenitur aliquis qui velit inter supplicia tabescere et periremembratim et totiens per stilicidia emittere animam quam semel exhalare?Invenitur qui velit adactus ad illud infelix lignum, iam debilis, iam pravuset in foedum scapularum ac pectoris tuber elisus, cui multae moriendi causaeetiam citra crucem fuerant, trahere animam tot tormenta tracturam? Neganunc magnum beneficium esse naturae quod necesse est mori.	(14) Неужто найдется такой, кто предпочтет хиреть в пытках, терять один за другим члены тела, расставаться с душою по капле вместо того, чтобы сразу испустить ее? Неужто хоть кто-нибудь, будучи приведен к позорному дереву и уже прежде расслабленный, уже изувеченный, со вспучившейся горбом спиной и грудью, еще до креста имевший тысячу причин умереть, захочет продлением пыток продлить жизнь? Вот и спорь теперь с тем, что неизбежность смерти - великое благодеянье природы!
[15] Multi peioraadhuc pacisci parati sunt: etiam amicum prodere, ut diutius vivant, etliberos ad stuprum manu sua tradere, ut contingat lucem videre tot	(15) Многие готовы вытерпеть и кое-что похуже, готовы предать друга, чтобы жить подольше, собственноручно отдать на

consciamscelerum. Excutienda vitae cupido est discendumque nihil interesse quandopatiaris quod quandoque patiendum est; quam bene vivas referre, non quamdiu; saepe autem in hoc esse bene, ne diu. Vale.	растление детей, чтобы только глядеть на свет - свидетель стольких злодеяний. Нужно избавиться от жажды жизни и заучить одно: безразлично, когда случится с тобою то, что все равно когда-нибудь случится. В жизни важно благо, а не долгий век; и нередко в том и благо, что он короток. Будь здоров.

CII

[1] Quomodo molestus est iucundum somnium videnti qui excitat (aufertenim voluptatem etiam si falsam, effectum tamen verae habentem) sic epistulatua mihi fecit iniuriam; revocavit enim me cogitationi aptae traditum etiturum, si licuisset, ulterius.	(1) Как тот, кто будит нас и прерывает приятное сновиденье, нам в тягость (ведь он отнимает наслаждение, хоть и мнимое, но по действию своему равное настоящему), так и твое письмо испортило мне настроенье, оторвав от самых подходящих для меня мыслей, которым я отдавался, готовый, если будет можно, пойти и дальше.
[2] Iuvabat de aeternitate animarum quaerere,immo mehercules credere; praebebam enim me facilem opinionibus magnorumvirorum rem gratissimam promittentium magis quam probantium. Dabam me speitantae, iam eram fastidio mihi, iam reliquias aetatis infractae contemnebamin immensum illud tempus et in possessionem omnis aevi transiturus, cumsubito experrectus sum epistula tua accepta et tam bellum somnium perdidi.Quod repetam, si te dimisero, et redimam.	(2) Я тешился изысканиями о бессмертии души и даже, клянусь, рад был верить в него. Да, я легко вверялся мнениям великих людей, скорее посуливших, чем доказавших эту желанную возможность. Вот я и предавался прекрасной надежде, и уже сам себе был несносен, и презирал уже остаток моей одряхлевшей жизни, готовясь перейти в бесконечное время и стать хозяином вечности, - и вдруг пришло твое письмо и разбудило меня, лишив красивого сновиденья. Впрочем, разделавшись с тобою, я снова его потребую и выкуплю.
[3] Negas me epistula prima totam quaestionem explicuisse in qua probareconabar id quod nostris placet, claritatem quae post mortem contingit bonumesse. Id enim me non solvisse quod opponitur nobis: 'nullum' inquiunt 'bonumex distantibus; hoc autem ex distantibus constat'.	(3) В начале письма ты утверждаешь, будто я не довел до ясности то рассужденье, где пытался доказать, что посмертное признанье есть благо, как утверждают наши. Я-де не опроверг возражения, гласящего, что не бывает блага из отдельных частей, признанье же именно таково.

[4] Quod interrogas,mi Lucili, eiusdem quaestionis est loci alterius, et ideo non id tantumsed alia quoque eodem pertinentia distuleram; quaedam enim, ut scis, moralibusrationalia inmixta sunt. Itaque illam partem rectam et ad mores pertinentemtractavi, numquid stultum sit ac supervacuum ultra extremum diem curastransmittere, an cadant bona nostra nobiscum nihilque sit eius qui nullusest, an ex eo quod, cum erit, sensuri non sumus, antequam sit aliquis fructuspercipi aut peti possit.	(4) То, о чем ты, Луцилий, спрашиваешь, относится к тому же рассужденью, но к другому разделу, потому я и оставил в стороне не только это, но и еще нечто, относящееся к нему же. Ты сам знаешь, что с вопросами нравственными перемешаны и вопросы, касающиеся мышления. Вот я и занялся той частью, которая прямо относится к нравам: не глупо ли и не излишне ли заботиться о том, что наступит после смертного часа? погибают ли наши блага вместе с нами? остается ли что-нибудь от того, кого уже нет? можно ли получить или стремиться получить какой-нибудь плод с еще не существующего и имеющего появиться тогда, когда мы его не почувствуем?
[5] Haec omnia ad mores spectant; itaque suo locoposita sunt. At quae a dialecticis contra hanc opinionem dicuntur segregandafuerunt et ideo seposita sunt. Nunc, quia omnia exigis, omnia quae dicuntpersequar, deinde singulis occurram.	(5) Все это касается нравов и, значит, было к месту. А все, что возражают диалектики, следовало отделить, - вот оно и было оставлено без вниманья. Но сейчас, раз уж ты требуешь, я не пропущу ни одного из их утверждений и выскажусь против каждого в отдельности.
[6] Nisi aliquid praedixero, intellegi non poterunt quae refellentur.Quid est quod praedicere velim? quaedam continua corpora esse, ut hominem;quaedam esse composita, ut navem, domum, omnia denique quorum diversaepartes iunctura in unum coactae sunt; quaedam ex distantibus, quorum adhucmembra separata sunt, tamquam exercitus, populus, senatus. Illi enim perquos ista corpora efficiuntur iure aut officio cohaerent, natura diductiet singuli sunt. Quid est quod etiamnunc praedicere velim?	(6) Без предисловий нельзя будет понять, что опровергается. Что же я хочу сказать предварительно? Есть тела цельные - например, человек; есть составные - например, корабль, или дом, словом, все, в чем разные части скреплены в единое целое; и есть слагающиеся из отдельных членов, существующих порознь, - например, войско, народ, сенат. Предметы, из которых слагаются такие тела, объединены правами или обязанно стями, но по природе не связаны и разобщены. Что же еще мне предварительно сказать?
[7] nullum bonumputamus esse quod ex distantibus constat; uno enim spiritu unum bonum contineriac regi debet, unum esse unius boni principale. Hoc si quando	(7) Мы думаем, что не бывает благ, состоящих из отдельных частей: единое благо должно охватываться и управляться единым духом, иметь

desideraverisper se probatur: interim ponendum fuit, quia in [nos] nostra tela mittuntur.	единый исток. Это, если тебе угодно, доказывается само собою, - но установить это следовало, так как в нас мечут наши же копья. -
[8] 'Dicitis' inquit 'nullum bonum ex distantibus esse; claritas autemista bonorum virorum secunda opinio est. Nam quomodo fama non est uniussermo nec infamia unius mala existimatio, sic nec claritas uni bono placuisse;consentire in hoc plures insignes et spectabiles viri debent, ut claritassit. Haec autem ex iudiciis plurium efficitur, id est distantium; ergonon est bonum.	(8) "Вы утверждаете, что не бывает блага из отдельных частей; но признанье есть благоприятное сужденье людей добра. Как не может быть молвою речь одного-единственного и поношеньем - дурное мнение одного-единственного, так и для признанья мало понравиться одному человеку добра. Для признанья потребно единодушие многих известных и почтенных мужей. Стало быть, признанье слагается из суждений множества лиц, то есть из отдельных частей, и, следовательно, не может быть благом.
[9] 'Claritas' inquit 'laus est a bonis bono reddita; laus oratio,vox est aliquid significans; vox est autem, licet virorum sit [bonorum,non] bonum. Nec enim quidquid vir bonus facit bonum est; nam et plauditet sibilat, sed nec plausum quisquam nec sibilum, licet omnia eius admireturet laudet, bonum dicit, non magis quam sternumentum aut tussim. Ergo claritasbonum non est.	(9) Признанье - это хвала, воздаваемая людьми добра человеку добра; хвала есть речь, речь есть звук, обозначающий нечто, или голос; а голос, пусть даже и самых лучших людей, не есть благо. Ведь не все, что делает человек добра, есть благо: он и рукоплещет, и свистит, но даже тот, кто всем в нем восхищается и все хвалит, не назовет благом ни рукоплесканья, ни свист, - так же, как чох или кашель. Значит, признанье не есть благо.
[10] 'Ad summam dicite nobis utrum laudantis an laudati bonum sit:si laudati bonum esse dicitis, tam ridiculam rem facitis quam si adfirmetismeum esse quod alius bene valeat. Sed laudare dignos honesta actio est;ita laudantis bonum est cuius actio est, non nostrum qui laudamur: atquihoc quaerebatur.'	(10) И главное, скажите-ка, для кого оно благо - для хвалящего или для хвалимого? Говорить, как вы, что оно благо для хвалимого, так же смешно, как утверждать, будто чужое крепкое здоровье - это мое здоровье. Но хвалить по заслугам есть деянье честное; значит, хвала есть благо для хвалящего, то есть совершающего деянье, а не для нас, хвалимых. Этого-то мы и доискивались".
[11] Respondebo nunc singulis cursim. Primum an sit aliquod ex distantibusbonum etiamnunc quaeritur et	(11) Теперь я кратко отвечу на все по отдельности. Во-первых, еще не установлено, нет ли благ из

pars utraque sententias habet. Deinde claritasdesiderat multa suffragia? potest et unius boni viri iudicio esse contenta:nos bonus bonos iudicat.	отдельных частей; оба ответа имеют сторонников. Во-вторых, признанье не нуждается во многих поданных за него голосах - довольно сужденья и одного человека добра; ведь и один человек добра признает нас равными себе. -
[12] 'Quid ergo?' inquit 'et fama erit unius hominisexistimatio et infamia unius malignus sermo? Gloriam quoque' inquit 'latiusfusam intellego; consensum enim multorum exigit.' Diversa horum condicioest et illius. Quare? quia si de me bene vir bonus sentit, eodem loco sumquo si omnes boni idem sentirent; omnes enim, si me cognoverint, idem sentient.Par illis idemque iudicium est, aeque vero inficiscitur. Dissidere nonpossunt; ita pro eo est ac si omnes idem sentiant, quia aliud sentire nonpossunt.	(12) "Так что же, значит, и молва это мнение одного человека, а поношенье - это злоречивость одного? Слава, по-моему, требует широкого распространенья и единодушия многих". Но одно дело молва или поношение, другое - признанье. Почему? Да если обо мне хорошо думает муж добра, это все равно, как если бы так же думали все мужи добра; да они и думали бы так же, если бы меня узнали. Все они судят одинаково, ибо равно основываются на истине и потому не могут разойтись. Вот и получается так, словно они все думают одно, ибо иначе думать ни один не может. -
[13] Ad gloriam aut famam non est satis unius opinio. Illic idempotest una sententia quod omnium, quia omnium, si perrogetur, una erit:hic diversa dissimilium iudicia sunt. Difficiles adsensus, dubia omniainvenies, levia, suspecta. Putas tu posse unam omnium esse sententiam?non est unius una sententia. Illic placet verum, veritatis una vis, unafacies est: apud hos falsa sunt quibus adsentiuntur. Numquam autem falsisconstantia est; variantur et dissident.	(13) "Для молвы или для славы мало мненья одного-единственного". - Но тут приговор одного равноценен общему, - потому что он будет одинаков у всех, если их опросить; а там у несхожих людей различны и суждения, несходны чувства, и все - сомнительно, легковесно, подозрительно. Ты думаешь, они могут судить все одинаково? Даже один судит по-разному! Человек добра держится правды, а у правды одна суть, один облик; все прочие согласны между собою только в вещах ложных, которые не бывают постоянны, но изменчивы и противоречивы. -
[14] 'Sed laus' inquit 'nihil aliud quam vox est, vox autem bonum nonest.' Cum dicunt claritatem esse laudem bonorum a bonis redditam, non advocem referunt sed ad sententiam. Licet enim vir bonus taceat sed aliquemiudicet dignum laude esse, laudatus est.	(14) "Но хвала - это только голос, а голос не может быть благом". - Однако, говоря, что признанье есть хвала, воздаваемая добрыми добрым, они сами имеют в виду не голос, а суждение. Пусть муж добра молчит, но кого он считает

	достойным хвалы, тот ее получил.
[15] Praeterea aliud est laus,aliud laudatio, haec et vocem exigit; itaque nemo dicit laudem funebremsed laudationem, cuius officium oratione constat. Cum dicimus aliquem laudedignum, non verba illi benigna hominum sed iudicia promittimus. Ergo lausetiam taciti est bene sentientis ac bonum virum apud se laudantis.	(15) И потом, хвала - это одно, а восхваленье - другое: для него-то и нужен голос. Потому говорят не "надгробная хвала", а только "восхваление", что выполняющий эту обязанность должен держать речь. Утверждая, что такой-то заслуживает хвалы, мы сулим ему не благожелательные разговоры, а мнения. Значит, хвала - это и невысказанное одобренье того, кто про себя хвалит человека добра.
[16]Deinde, ut dixi, ad animum refertur laus, non ad verba, quae conceptamlaudem egerunt et in notitiam plurium emittunt. Laudat qui laudandum esseiudicat. Cum tragicus ille apud nos ait magnificum esse 'laudari a laudatoviro', laude digno ait. Et cum aeque antiquus poeta ait 'laus alit artis',non laudationem dicit, quae corrumpit artes; nihil enim aeque et eloquentiamet omne aliud studium auribus deditum vitiavit quam popularis adsensio.	(16) Далее, как я сказал, источник хвалы - душа, а слова только обнаруживают выношенную в душе хвалу и доводят ее до сведенья многих. Хвалит тот, кто считает хвалу уместной. Когда знаменитый наш трагический поэт говорит, что превосходно, когда "нас хвалит достохвальный муж", он имеет в виду мужа, достойного хвалы. И когда столь же древний поэт говорит: "Хвала питает искусства", он имеет в виду не восхваленье; оно развращает искусства, и ничто так не испортило и красноречье, и прочие из них, которые обращаются к слуху, как всенародное одобрение.
[17] Fama vocem utique desiderat, claritas potest etiam citra vocem contingerecontenta iudicio; plena est non tantum inter tacentis sed etiam inter reclamantis.Quid intersit inter claritatem et gloriam dicam: gloria multorum iudicisconstat, claritas bonorum.	(17) Молва непременно требует слов в полный голос, признанье - нет: оно может довольствоваться невысказанным сужденьем и быть полным не только среди молчанья, но и среди порицающих криков. Я объясню, в чем разница между признанием и славой: слава слагается из суждений многих, а признанье одних только добрых. -
[18] 'Cuius' inquit 'bonum est claritas, id est laus bono a bonis reddita?utrum laudati an laudantis?' Utriusque. Meum, qui laudor; quia natura meamantem omnium genuit, et bene fecisse gaudeo et gratos me invenisse virtutuminterpretes laetor. Hoc plurium bonum est quod grati sunt, sed et meum;ita enim animo compositus sum ut aliorum bonum meum	(18) "Для кого признанье, или хвала, воздаваемая добрыми добрым, есть благо: для хвалящих или для хвалимых?" - Для обоих: и для меня, которого хвалят, потому что природа наделила меня любовью ко всем, и я радуюсь правильности моих поступков, и счастлив, что нашлись благодарные

iudicem, utique eorumquibus ipse sum boni causa.	истолкователи моих добродетелей. Их благодарность - благо для многих, но и для меня тоже. Ведь строй моей души таков, что я считаю чужое благо своим, особенно если я сам - источник блага для них.
[19] Est istud laudantium bonum; virtute enimgeritur; omnis autem virtutis actio bonum est. Hoc contingere illis nonpotuisset nisi ego talis essem. Itaque utriusque bonum est merito laudari,tam mehercules quam bene iudicasse iudicantis bonum est et eius secundumquem iudicatum est. Numquid dubitas quin iustitia et habentis bonum sitet autem sit eius cui debitum solvit? Merentem laudare iustitia est; ergoutriusque bonum est.	(19) Но признанье благо и для хвалящих: его направляет добродетель, а всякое ее деяние есть благо. Оно бы им не досталось, не будь я таким. Значит, заслуженная хвала - благо для обоих, - точно так же, клянусь, как судить благосклонно - благо и для того, кто судит, и для того, в чью пользу его сужденье. Неужели ты сомневаешься, что справедливость - благо и для того, кто ею обладает, и для того, кому она воздает должное? А ведь хвалить по заслугам - справедливо; значит, такая хвала - благо для обоих.
[20] Cavillatoribus istis abunde responderimus. Sed non debet hoc nobisesse propositum, arguta disserere et philosophiam in has angustias ex suamaiestate detrahere: quanto satius est ire aperta via et recta quam sibiipsum flexus disponere quos cum magna molestia debeas relegere? Neque enimquicquam aliud istae disputationes sunt quam inter se perite captantiumlusus.	(20) Мы щедро ответили на все эти умствования. Но не это должно быть нашей целью - хитро рассуждать и низводить философию с вершин ее величия в такие теснины. Не лучше ли идти прямой и открытой дорогой, чем по доброй воле петлять и с трудом выбираться из этой путаницы? Ведь все эти прения - просто игра для тех, кто старается половчее поймать друг друга.
[21] Dic potius quam naturale sit in immensum mentem suam extendere.Magna et generosa res est humanus animus; nullos sibi poni nisi communeset cum deo terminos patitur. Primum humilem non accipit patriam, Ephesumaut Alexandriam aut si quod est etiamnunc frequentius accolis laetiusvetectis solum: patria est illi quodcumque suprema et universa circuitu suocingit, hoc omne convexum intra quod iacent maria cum terris, intra quodaer humanis divina secernens etiam coniungit, in quo disposita tot numinain actus suos excubant.	(21) Лучше скажи о том, что согласно природе наш дух должен стремиться в бескрайнюю ширь, ибо душа человека - вещь великая и благородная и не допускает, чтобы ей ставили иные, нежели богам, пределы. Во-первых, она не согласна, чтобы родиной ее были ничтожный Эфес или тесная Александрия или другое место, еще обильней населенное и гуще застроенное. Ее граница - все то, что опоясывается последним и всеобъемлющим кругом, внутри которого лежат земли и моря, внутри которого воздух соединяет и

	вместе разделяет божественное и человеческое, внутри которого расставлено по местам столько божеств, чтобы каждое делало свое дело.
[22] Deinde artam aetatem sibi dari non sinit:'omnes' inquit 'anni mei sunt; nullum saeculum magnis ingeniis clusum est,nullum non cogitationi pervium tempus. Cum venerit dies ille qui mixtumhoc divini humanique secernat, corpus hic ubi inveni relinquam, ipse mediis reddam. Nec nunc sine illis sum, sed gravi terrenoque detineor.'	(22) Во-вторых, она не принимает отпущенного ей короткого срока: "Мне принадлежат, - говорит она, - все годы, ни один век не заперт для великого ума, и все времена доступны мысли. Когда придет последний день и разделит божественное и человеческое, перемешанные сейчас, я оставлю это тело там, где нашла его, а сама вернусь к богам. Я и теперь не чужда им, хоть и держит меня тяжкая земная темница".
[23]Per has mortalis aevi moras illi meliori vitae longiorique proluditur.Quemadmodum decem mensibus tenet nos maternus uterus et praeparat non sibised illi loco in quem videmur emitti iam idonei spiritum trahere et inaperto durare, sic per hoc spatium quod ab infantia patet in senectutemin alium maturescimus partum. Alia origo nos expectat, alius rerum status.	(23) Этот медлительный смертный век только пролог к лучшей и долгой жизни. Как девять месяцев прячет нас материнская утроба, приготовляя, однако, жить не в ней, а в другом месте, куда мы выходим, по-видимости способные уже и дышать и существовать без прежней оболочки, так за весь срок, что простирается от младенчества до старости, мы зреем для нового рождения. Нас ждет новое появленье на свет и новый порядок вещей. А без такого промежутка нам не выдержать неба.
[24] Nondum caelum nisi ex intervallo pati possumus. Proinde intrepidushoram illam decretoriam prospice: non est animo suprema, sed corpori. Quidquidcirca te iacet rerum tamquam hospitalis loci sarcinas specta: transeundumest. Excutit redeuntem natura sicut intrantem.	(24) Так не страшись, прозревая впереди этот решительный час: он последний не для души, а для тела. Сколько ни есть вокруг вещей, ты должен видеть в них поклажу на постоялом дворе, где ты задержался мимоездом.
[25] Non licet plus efferrequam intuleris, immo etiam ex eo quod ad vitam adtulisti pars magna ponendaest: detrahetur tibi haec circumiecta, novissimum velamentum tui, cutis;detrahetur caro et suffusus sanguis discurrensque per totum; detrahenturossa nervique, firmamenta fluidorum ac labentium.	(25) Природа обыскивает нас при выходе, как при входе. Нельзя вынести больше, чем принес; да и немалую часть того, что ты взял с собою в жизнь, придется оставить. Ты сбросишь верхний из одевающих тебя покровов - кожу, ты лишишься плоти и разливающейся по всему телу крови, лишишься костей и

	жил, скрепляющих все текучее и непрочное.
[26] Dies iste quem tamquamextremum reformidas aeterni natalis est. Depone onus: quid cunctaris, tamquamnon prius quoque relicto in quo latebas corpore exieris? Haeres, reluctaris:tum quoque magno nisu matris expulsus es. Gemis, ploras: et hoc ipsum flerenascentis est, sed tunc debebat ignosci: rudis et inperitus omnium veneras.Ex maternorum viscerum calido mollique fomento emissum adflavit aura liberior,deinde offendit durae manus tactus, tenerque adhuc et nullius rei gnarusobstipuisti inter ignota:	(26) Тот день, которого ты боишься как последнего, будет днем рождения к вечной жизни. Сбрось груз! Что ты медлишь, как будто уже однажды не покинул прятавшего тебя тела? Ты мешкаешь, упираешься, - но и тогда тебя вытолкнуло величайшее усилие матери. Ты стонешь, плачешь; плакать дело новорожденного, но тогда тебя можно было простить: ты появился неразумным и ничего не ведающим, тебя, едва покинувшего мягкое тепло материнской утробы, овеял вольный воздух, а потом испугало грубое прикосновение жестких рук, и ты, нежный, ничего не понимающий, оторопел перед неведомым.
[27] nunc tibi non est novum separari ab eo cuiusante pars fueris; aequo animo membra iam supervacua dimitte et istuc corpusinhabitatum diu pone. Scindetur, obruetur, abolebitur: quid contristaris?ita solet fieri: pereunt semper velamenta nascentium. Quid ista sic diligisquasi tua? Istis opertus es: veniet qui te revellat dies et ex contuberniofoedi atque olidi ventris educat.	(27) Теперь для тебя уже не внове отделяться от того, частью чего ты был; так равнодушно расставайся с ненужными уже членами и сбрасывай это давно обжитое тело. Его рассекут, закопают, уничтожат. А ты что печалишься? Это дело обычное! Ведь оболочка новорожденных чаще всего гибнет. Зачем ты любишь как свое то, что тебя одевает? Придет день, который сдернет покровы и выведет тебя на свет из мерзкой зловонной утробы.
[28] Huic nunc quoque tu quantum potessub[duc te] voluptatique nisi quae * * * necessariisque cohaerebitalienus iam hinc altius aliquid sublimiusque meditare: aliquando naturaetibi arcana retegentur, discutietur ista caligo et lux undique clara percutiet.Imaginare tecum quantus ille sit fulgor tot sideribus inter se lumen miscentibus.Nulla serenum umbra turbabit; aequaliter splendebit omne caeli latus: dieset nox aeris infimi vices sunt. Tunc in tenebris vixisse te dices cum totamlucem et totus aspexeris, quam nunc per angustissimas oculorum vias obscureintueris, et tamen admiraris illam iam procul: quid tibi videbitur divinalux	(28) И теперь взлети отсюда, насколько можешь; привязывайся к самым дорогим и близким не больше, чем чужой человек3; уже здесь помышляй о более высоком и величавом. Когда-нибудь перед тобою откроются тайны природы, рассеется этот туман и отовсюду ударит в глаза яркий свет. Представь себе, каково будет это сиянье, в котором сольется блеск бессчетных звезд. Ни одна тень не омрачит ясности, каждая сторона не бес будет сверкать одинаково ослепительно, - ведь чередованье дня и ночи есть удел нижнего

cum illam suo loco videris?	воздуха. И вот, когда ты всем существом воспримешь весь этот свет, который теперь смутно доходит слишком тесными для него путями зрения и все же издали восхищает тебя, - тогда ты скажешь, что прожил жизнь в темноте. Чем покажется тебе божественный свет, когда ты его увидишь в его области?
[29] Haec cogitatio nihil sordidum animosubsidere sinit, nihil humile, nihil crudele. Deos rerum omnium esse testesait; illis nos adprobari, illis in futurum parari iubet et aeternitatemproponere. Quam qui mente concepit nullos horret exercitus, non terreturtuba, nullis ad timorem minis agitur.	(29) Мысль о нем не допускает, чтобы в душе угнездились грязь, и низость, и жестокость. Она твердит, что боги - свидетели всех наших дел, приказывает искать их одобрения, готовиться к будущей встрече с ними, видеть перед собою вечность. А тот, кто постиг ее разумом, не устрашится никакого войска, не испугается трубы, не побоится ничьих угроз.
[30] Quidni non timeat qui mori sperat?is quoque qui animum tamdiu iudicat manere quamdiu retinetur corporis vinculo,solutum statim spargi, id agit ut etiam post mortem utilis esse possit.Quamvis enim ipse ereptus sit oculis, tamen	(30) Да и откуда страх у того, кто надеется умереть? Ведь и утверждающий, будто душа существует лишь до тех пор, покуда удерживается в оковах плоти, а отделившись, тотчас рассеивается, все же старается 4 и после смерти быть полезным. Пусть он сам исчезнет с глаз, однако
multa viri virtus animo multusque recursat gentis honos.	Мужество мужа в душе вспоминают и древнюю славу Рода его...6
Cogita quantum nobis exempla bona prosint: scies magnorum virorum non minuspraesentiam esse utilem quam memoriam. Vale.	Подумай сам, до чего нам полезны добрые примеры, - и ты поймешь, что память о великих людях не менее благотворна, чем их присутствие. Будь здоров.

CIII

[1] Quid ista circumspicis quae tibi possunt fortasse evenire sed possuntet non evenire? Incendium dico, ruinam, alia quae nobis incidunt, non insidiantur:illa potius vide, illa [vide] vita [illa] quae nos observant, quae captant.Rari sunt casus, etiamsi graves, naufragium facere, vehiculo everti: abhomine homini cotidianum periculum. Adversus hoc te expedi, hoc	(1) Зачем ты опасаешься беды, что может произойти с. тобою, а может и не произойти? Я имею в виду пожар, обвал дома и прочее, что на нас обрушивается, но не подстерегает нас. Лучше смотри и старайся избежать того, что следит за нами и хочет поймать. Потерпеть крушение, упасть с повозки - все это случаи тяжкие, но редкие; а вот человек

intentisoculis intuere; nullum est malum frequentius, nullum pertinacius, nullumblandius.	человеку грозит ежедневно. Против этой опасности снаряжайся, ее выслеживай внимательным взглядом: нет беды чаще, нет упорней, нет вкрадчивей.
[2] Tempestas minatur antequam surgat, crepant aedificia antequamcorruant, praenuntiat fumus incendium: subita est ex homine pernicies [est],et eo diligentius tegitur quo propius accedit. Erras si istorum tibi quioccurrunt vultibus credis: hominum effigies habent, animos ferarum, nisiquod illarum perniciosus est primus incursus: quos transiere non quaerunt.Numquam enim illas ad nocendum nisi necessitas incitat; [hae] aut fameaut timore coguntur ad pugnam: homini perdere hominem libet.	(2) Буря, прежде чем разразиться, грозит нам, здания, прежде чем рухнуть, дают трещину, дым предупреждает о пожаре, - гибель от руки человека внезапна и чем ближе подступает, тем усерднее прячется. Ты заблуждаешься, если веришь лицам встречных: обличье у них человеческое, душа звериная; или нет, со зверьми только первое столкновение опасно, а кого они минуют, тех не ищут больше, потому что только необходимость толкает их чинить вред. Зверей заставляет нападать или голод, или страх, а человеку погубить человека приятно.
[3] Tu tamenita cogita quod ex homine periculum sit ut cogites quod sit hominis officium;alterum intuere ne laedaris, alterum ne laedas. Commodis omnium laeteris,movearis incommodis, et memineris quae praestare debeas, quae cavere.	(3) Думай, однако, о грозящей от человека опасности так, чтобы не забывать и о долге человека. На одного гляди, чтоб он тебе не повредил, на другого - чтобы ему не повредить. Радуйся чужим удачам, огорчайся неудачам, помни, что ты должен дать другим и чего остерегаться.
[4]Sic vivendo quid consequaris? non te ne noceant, sed ne fallant. Quantumpotes autem in philosophiam recede: illa te sinu suo proteget, in huiussacrario eris aut tutus aut tutior. Non arietant inter se nisi in eademambulantes via.	(4) Чего ты достигнешь, живя так? Повредить тебе смогут все равно, а вот обмануть не смогут. Укройся, насколько сможешь, в философии: она тебя спрячет в объятиях, в ее святилище ты будешь или в полной, или в большей безопасности. Сталкиваются только те, кто гуляет по одной дороге.
[5] Ipsam autem philosophiam non debebis iactare; multisfuit periculi causa insolenter tractata et contumaciter: tibi vitia detrahat,non aliis exprobret. Non abhorreat a publicis moribus nec hoc agat ut quidquidnon facit damnare videatur. Licet sapere sine pompa, sine invidia. Vale.	(5) Однако и самой философией нельзя похваляться: для многих, кто хвастался ею и кичился, она стала причиной опасности. Пусть она избавит от пороков тебя, а не обличает чужие пороки; пусть не чурается общепринятых обычаев; пусть постарается не внушать мненья, будто она осуждает то, от чего воздерживается. Можно быть мудрым, и не выставляясь напоказ,

	не вызывая неприязни. Будь здоров.

CIV

[1] In Nomentanum meum fugi -- quid putas? urbem? immo febrem et quidemsubrepentem; iam manum mihi iniecerat. Medicus initia esse dicebat motisvenis et incertis et naturalem turbantibus modum. Protinus itaque pararivehiculum iussi; Paulina mea retinente exire perseveravi. Illud mihi inore erat domini mei Gallionis, qui cum in Achaia febrem habere coepisset,protinus navem escendit clamitans non corporis esse sed loci morbum.	(1) Я убежал к себе в Номентанскую усадьбу, - от чего, по-твоему? От города? - Нет, от лихорадки, - той, что подкрадывается исподволь. Она уже наложила на меня руку, но я сразу велел закладывать повозку, хоть Паулина1 меня и удерживала. Врач говорил, что это только начало, потому что биение жил неспокойно и неровно, его обычная мера нарушена. Я настаивал на отъезде. На устах у меня были слова господина моего Галлиона2, который, захворав лихорадкой в Ахайе, тотчас поднялся на корабль, восклицая, что болезнь обитает не у него в теле, а в тамошней местности.
[2]Hoc ego Paulinae meae dixi, quae mihi valetudinem meam commendat. Nam cumsciam spiritum illius in meo verti, incipio, ut illi consulam, mihi consulere.Et cum me fortiorem senectus ad multa reddiderit, hoc beneficium aetatisamitto; venit enim mihi in mentem in hoc sene et adulescentem esse cuiparcitur. Itaque quoniam ego ab illa non inpetro ut me fortius amet, [ame] inpetrat illa ut me diligentius amem.	(2) Это я и сказал Паулине, ради которой мне приходится думать о здоровье. Зная, что ее жизнь стала едина с моею, я начинаю щадить себя, так как щажу ее, и, хотя старость сделала меня во многом храбрее, я теряю это преимущество моего возраста. Мне приходит на ум, что моя старость вобрала в себя чужую молодость, которую нужно беречь. И так как я не добиваюсь от Паулины, чтобы она была мужественней в любви ко мне, то она добивается, чтобы я был прилежнее в любви к себе.
[3] Indulgendum est enim honestisadfectibus; et interdum, etiam si premunt causae, spiritus in honorem suorumvel cum tormento revocandus et in ipso ore retinendus est, cum bono virovivendum sit non quamdiu iuvat sed quamdiu oportet: ille qui non uxorem,non amicum tanti putat ut diutius in vita commoretur, qui perseverabitmori, delicatus est. Hoc quoque imperet sibi animus, ubi utilitas suorumexigit, nec tantum si vult mori, sed si coepit, intermittat et [se]suis commodet.	(3) Ведь высоким чувствам нужно идти навстречу, и порой, вопреки напору обстоятельств, во имя близких возвращаться к жизни даже и с мукой, зубами удерживая вылетающий дух; ведь человеку добра нужно жить, сколько велит долг, а не сколько приятно. Кто ни жены, ни друга не ценит настолько, чтобы ради них продлить себе жизнь и не упорствовать в намеренье умереть, тот просто избалован. Если польза близких

	требует, душа может даже приказать себе положить конец не только желанью смерти, но и самой смерти, когда она началась, - только бы угодить близким.
[4] Ingentis animi est aliena causa ad vitam reverti, quodmagni viri saepe fecerunt; sed hoc quoque summae humanitatis existimo,senectutem suam, cuius maximus fructus est securior sui tutela et vitaeusus animosior, attentius [curare], si scias alicui id tuorum esse dulce,utile, optabile.	(4) Вернуться к жизни ради других признак наибольшего величия души, и величайшие мужи часто так поступали. Но и то, по-моему, свидетельствует о высочайшей человечности, что ты оберегаешь свою старость, величайшее благодеянье которой - возможность беспечнее относиться к себе и смелее пользоваться жизнью, и заботишься о ней, зная, что кому-нибудь из твоих юна мила, полезна и дорога.
[5] Habet praeterea in se non mediocre ista res gaudiumet mercedem; quid enim iucundius quam uxori tam carum esse ut propter hoctibi carior fias? Potest itaque Paulina mea non tantum suum mihi timoreminputare sed etiam meum.	(5) И за это нам достается в награду немалая радость: разве не самое отрадное когда жена так тебя любит, что ты сам начинаешь любить себя больше? И выходит, что Паулина может поставить мне в заслугу не только страх за нее, но и за меня самого.
[6] Quaeris ergo quomodo mihi consilium profectionis cesserit? Ut primumgravitatem urbis excessi et illum odorem culinarum fumantium quae motaequidquid pestiferi vaporis sorbuerunt cum pulvere effundunt, protinus mutatamvaletudinem sensi. Quantum deinde adiectum putas viribus postquam vineasattigi? in pascuum emissus cibum meum invasi. Repetivi ergo iam me; nonpermansit marcor ille corporis dubii et male cogitantis. Incipio toto animostudere.	(6) Но ты спрашиваешь, чем кончился мой замысел уехать? Едва я выбрался из давящего города, от запаха дымящихся кухонь, которые, едва их затопят, изрыгают вместе с пылью все таившиеся в них ядовитые пары, как тотчас самочувствие мое изменилось. А как ты думаешь, сколько сил прибавилось у меня, когда я добрался до виноградников? Выпущенный на пастбище, я накинулся на мой корм. Я снова нашел самого себя: не осталось слабости в ненадежном, замышлявшем дурное теле, я опять всей душой предался занятиям.
[7] Non multum ad hoc locus confert nisi se sibi praestat animus,qui secretum in occupationibus mediis si volet habebit: at ille qui regioneseligit et otium captat ubique quo distringatur inveniet. Nam Socraten querenticuidam quod nihil sibi peregrinationes profuissent respondisse	(7) Но место мало поможет в этом, если душа не будет принадлежать сама себе, - а она, если захочет, найдет способ уединиться даже в гуще дел. Напротив, кто выбирает то ту, то эту местность в погоне за досугом, всюду найдет отвлеченья.

ferunt,'non inmerito hoc tibi evenit; tecum enim peregrinabaris'.	Рассказывают, еще Сократ, когда кто-то жаловался на то, что не получил пользы от путешествий, ответил: "И недаром: ведь ты путешествовал с тобою!"
[8] O quam benecum quibusdam ageretur, si a se aberrarent! Nunc premunt se ipsi, sollicitant,corrumpunt, territant. Quid prodest mare traicere et urbes mutare? si visista quibus urgueris effugere, non aliubi sis oportet sed alius. Puta venissete Athenas, puta Rhodon; elige arbitrio tuo civitatem: quid ad rem pertinetquos illa mores habeat? tuos adferes.	(8) Как хорошо было бы некоторым уехать подальше от себя! А не то они сами себя теребят, портят, пугают. Что пользы пересекать моря и менять города? Если хочешь бежать от того, что не дает тебе покоя, другим должно быть не место а ты. Представь себе, что ты приехал в Афины, приехал на Родос; выбирай какую угодно страну; разве важно, какие в ней нравы? Ведь твои-то нравы - с тобою!
[9] Divitias iudicabis bonum: torquebitte paupertas, quod est miserrimum, falsa. Quamvis enim multum possideas,tamen, quia aliquis plus habet, tanto tibi videris defici quanto vinceris.Honores iudicabis bonum: male te habebit ille consul factus, ille etiamrefectus; invidebis quotiens aliquem in fastis saepius legeris. Tantuserit ambitionis furor ut nemo tibi post te videatur si aliquis ante tefuerit.	(9) Ты считаешь богатства благом; стало быть, тебе будет мучительна бедность и - самое печальное! - бедность мнимая: ведь ты, хоть имеешь много, будешь воображать, будто тебе не хватает ровно столько, яа сколько превзошел тебя имеющий больше. Ты считаешь благом почести: так тебе будет плохо от того, что такой-то стал консулом, а такой-то - даже во второй раз; ты будешь завидовать всякому, чье имя чаще попадается в годовых списках3. И честолюбие настолько лишит тебя разума, что при виде одного обогнавшего ты забудешь обо всех, кого оставил позади.
[10] Maximum malum iudicabis mortem, cum [in] illa nihil sitmali nisi quod ante ipsam est, timeri. Exterrebunt te non tantum periculased suspiciones; vanis semper agitaberis. Quid enim proderit	(10) Ты считаешь смерть величайшим злом, хотя если есть в ней что-то плохое, как только одно: ее боятся раньше, чем она приходит. Тебя будут пугать не то что опасности, а подозрения, ты постоянно будешь мучиться пустыми страхами. Что пользы, если
evasisse tot urbes Argolicas mediosque fugam tenuisse per hostis?	*Путь меж врагов позади, позади твердыни аргивян?*
Ipsa pax timores sumministrabit; ne tutis quidem habebitur fides consternatasemel mente, quae ubi consuetudinem pavoris inprovidi fecit, etiam ad tutelamsalutis	Даже мир даст тебе поводы бояться; однажды пав духом, ты и самой безопасности не будешь верить. Привыкшая к слепому страху душа

suae inhabilis est. Non enim vitat sed fugit; magis autem periculispatemus aversi.	неспособна будет заботиться о собственном спасенье: она ие избегает, а убегает, а опасности легче ударить нас сзади.
[11] Gravissimum iudicabis malum aliquem ex his quos amabisamittere, cum interim hoc tam ineptum erit quam flere quod arboribus amoeniset domum tuam ornantibus decidant folia. Quidquid te delectat aeque vide+ut videres+: dum virent, utere. Alium alio die casus excutiet, sed quemadmodumfrondium iactura facilis est quia renascuntur, sic istorum quos amas quosqueoblectamenta vitae putas esse damnum, quia reparantur etiam si non renascuntur.	(11) Самым тяжким злом ты считаешь потерю любимых, - а это так же глупо, как оплакивать листья, падающие с красивых и украшающих твой дом деревьев. На все, что тебе приятно, смотри так же, как смотришь на эти листья, покуда они зелены5. Тот или этот день непременно отнимет у тебя того или этого; но и утрата тек, кого ты любишь, кого считаешь усладой своей жизни, не тягостней паденья листьев: снова родятся листья, снова появятся близкие, хоть прежние вновь и не родятся. -
[12] 'Sed non erunt idem.' Ne tu quidem idem eris. Omnis dies, omnis horate mutat; sed in aliis rapina facilius apparet, hic latet, quia non exaperto fit. Alii auferuntur, at ipsi nobis furto subducimur. Horum nihilcogitabis nec remedia vulneribus oppones, sed ipse tibi seres sollicitudinumcausas alia sperando, alia desperando? Si sapis, alterum alteri misce:nec speraveris sine desperatione nec desperaveris sine spe.	(12) "Вот именно, не прежние!" - Так и ты не будешь прежним! Всякий день, всякий час ты меняешься, - но что похищено у других, то явно, а украдкой похищенного у нас мы не видим. Других у нас отнимают, а самих себя мы теряем незаметно. Об этом ты не думаешь и не ищешь лекарства для ран, - напротив, ты сам сеешь причины для треволнений, на то надеясь, в этом отчаиваясь. Но разумный всегда примешивает к надеждам долю отчаянья, к отчаянью - долю надежды.
[13] Quid per se peregrinatio prodesse cuiquam potuit? Non voluptatesilla temperavit, non cupiditates refrenavit, non iras repressit, non indomitosamoris impetus fregit, nulla denique animo mala eduxit. Non iudicium dedit,non discussit errorem, sed ut puerum ignota mirantem ad breve tempus rerumaliqua novitate detinuit.	(13) Чем может помочь странствие само по себе? Оно не умерит страсти к наслажденьям, не обуздает алчности, не утишит гневливости, не отразит неукротимого натиска любви, не избавит душу от других зол, не прояснит суждений, заблуждений не рассеет, - разве что на короткое время займет тебя новизной, как мальчика, который дивится невиданному.
[14] Ceterum inconstantiam mentis, quae maximeaegra est, lacessit, mobiliorem levioremque reddit ipsa iactatio.	(14) В остальном же езда только усиливает непостоянство духа, когда он нездоров, делает его еще

Itaquequae petierant cupidissime loca cupidius deserunt et avium modo transvolantcitiusque quam venerant abeunt.	легкомысленней и беспокойней. Те, кто жадно стремился в иные места, покидают их еще более жадно, перелетают как птицы, уезжают быстрей, чем приехали.
[15] Peregrinatio notitiam dabit gentium,novas tibi montium formas ostendet, invisitata spatia camporum et inriguasperennibus aquis valles; alicuius fluminis [singularem ponet] sub observationenaturam, sive ut Nilus aestivo incremento tumet, sive ut Tigris eripiturex oculis et acto per occulta cursu integrae magnitudinis redditur, siveut Maeander, poetarum omnium exercitatio et ludus, implicatur crebris anfractibuset saepe in vicinum alveo suo admotus, antequam sibi influat, flectitur:ceterum neque meliorem faciet neque saniorem.	(15) Путешествие даст тебе узнать другие племена, покажет горы необычайных очертаний, исхоженные пространства равнин, орошенные неиссякаемыми водами долины, или, если ты понаблюдаешь, природу какой-нибудь реки, которая либо набухает от летнего паводка, как Нил, либо, как Тигр, скрывается из виду, а потом" такая же полноводная, появляется из тайников, через которые текла; либо, как Меандр - предмет упражнений и игры для всех поэтов, - вьется частыми излучинами, близко подступает к собственному руслу и опять поворачивает, не успевши влиться в себя самое. Но путешествие не сделает тебя ни лучше, ни здоровее.
[16] Inter studia versandumest et inter auctores sapientiae ut quaesita discamus, nondum inventa quaeramus;sic eximendus animus ex miserrima servitute in libertatem adseritur. Quamdiuquidem nescieris quid fugiendum, quid petendum, quid necessarium, quidsupervacuum, quid iustum, quid iniustum, quid honestum, quid inhonestumsit, non erit hoc peregrinari sed errare.	(16) В ученых занятиях, в общении с чиноначальниками мудрости должны мы проводить время, чтобы усвоить исследованное, исследовать неоткрытое. Так нуждающаяся в искуплении душа отпускается на свободу из жалкого рабства. А пока ты не знаешь, от чего бежать, к чему стремиться, что необходимо, что не нужно, что справедливо и что честно, будешь ты не путешествовать, а блуждать.
[17] Nullam tibi opem feret istediscursus; peregrinaris enim cum adfectibus tuis et mala te tua sequuntur.Utinam quidem sequerentur! Longius abessent: nunc fers illa, non ducis.Itaque ubique te premunt et paribus incommodis urunt. Medicina aegro, nonregio quaerenda est.	(17) Никакой пользы не даст тебе эта езда: ты ведь будешь путешествовать вместе со своими страстями, и твои беды от тебя не отстанут. Если бы только не отстали? Тогда они были бы еще далеко: а так они не с тобою, а в тебе и, значит, везде будут томить тебя и мучить одинаковыми неприятностями. Больному следует искать не новых мест, а лекарства.
[18] Fregit aliquis crus aut extorsit articulum: nonvehiculum navemque	(18) Человек сломал бедро, подвернул сустав: не в повозку и не

conscendit, sed advocat medicum ut fracta pars iungatur,ut luxata in locum reponatur. Quid ergo? animum tot locis fractum et extortumcredis locorum mutatione posse sanari? Maius est istud malum quam ut gestationecuretur.	на корабль должен он садиться, но позвать врача, чтобы тот срастил сломанную кость, вправил вывих. Так неужели, по-твоему, можно вылечить переменою мест душу, сломанную и вывихнутую во многих местах? Слишком силен этот недуг" чтобы лечить его прогулками в носилках.
[19] Peregrinatio non facit medicum, non oratorem; nulla ars locodiscitur: quid ergo? sapientia, ars omnium maxima, in itinere colligitur?Nullum est, mihi crede, iter quod te extra cupiditates, extra iras, extrametus sistat; aut si quod esset, agmine facto gens illuc humana pergeret.Tamdiu ista urguebunt mala macerabuntque per terras ac maria vagum quamdiumalorum gestaveris causas.	(19) Путешествие никого не сделает ни врачом, ни оратором; местность не учит никакому искусству; так неужели мудрости, которая превыше всего, можно набраться по дороге? Поверь мне, нет дороги, которая уведет тебя прочь от влечений" от гнева, от страха, - а будь такая дорога, весь род человеческий пустился бы по ней сомкнутым строем. Все эти недуги будут томить тебя и иссушать в странствиях по морям и по суше, пока ты будешь носить в себе их причины.
[20] Fugam tibi non prodesse miraris? tecumsunt quae fugis. Te igitur emenda, onera tibi detrahe et [emenda] desideriaintra salutarem modum contine; omnem ex animo erade nequitiam. Si vis peregrinationeshabere iucundas, comitem tuum sana. Haerebit tibi avaritia quamdiu avarosordidoque convixeris; haerebit tumor quamdiu superbo conversaberis; numquamsaevitiam in tortoris contubernio pones; incendent libidines tuas adulterorumsodalicia.	(20) Ты удивляешься, что бегство тебе не помогло? Но все, от чего ты бежишь, с тобою. Значит, исправься сам! Сбрось с себя бремя, удерживай желания в неких пределах, выскобли из души всякую порчу! Если хочешь приятно путешествовать, вылечи твоего спутника! Будешь жить вместе со скупым и алчным, - жадность пристанет к тебе; будешь общаться со спесивцем, - к тебе перейдет чванство; в дружбе с палачом ты не избавишься от жестокости; возьми в товарищи развратника - распалится и твоя похоть.
[21] Si velis vitiis exui, longe a vitiorum exemplis recedendumest. Avarus, corruptor, saevus, fraudulentus, multum nocituri si propea te fuissent, intra te sunt. Ad meliores transi: cum Catonibus vive, cumLaelio, cum Tuberone. Quod si convivere etiam Graecis iuvat, cum Socrate,cum Zenone versare: alter te docebit mori si necesse erit, alter antequamnecesse erit.	(21) Хочешь освободиться от пороков - сторонись порочных примеров. Скупец, развратитель, жестокий, коварный, - все, что повредили бы тебе, будь они близко, - в тебе самом. Уйди от них к лучшим, живи с Катонами, с Лелием, с Тубероном, а если тебе по душе греки - побудь с Сократом, с Зеноном. Один научит тебя умереть, когда это необходимо, другой -

	раньше, чем будет необходимо6.
[22] Vive cum Chrysippo, cum Posidonio: hi tibi tradent humanorumdivinorumque notitiam, hi iubebunt in opere esse nec tantum scite loquiet in oblectationem audientium verba iactare, sed animum indurare et adversusminas erigere. Unus est enim huius vitae fluctuantis et turbidae portuseventura contemnere, stare fidenter ac paratum tela fortunae adverso pectoreexcipere, non latitantem nec tergiversantem.	(22) Живи с Хрисиппом, с Посидонием. Они передадут тебе знание божественного и человеческого, они прикажут быть деятельным и не только красно говорить, сыпля словами для удовольствия слушателей, но и закалять душу и быть твердыми против угроз. В этой бурной, как море, жизни есть одна пристань: презирать будущие превратности, стоять надежно и открыто, грудью встречать удары судьбы, не прячась и не виляя.
[23] Magnanimos nos naturaproduxit, et ut quibusdam animalibus ferum dedit, quibusdam subdolum, quibusdampavidum, ita nobis gloriosum et excelsum spiritum quaerentem ubi honestissime,non ubi tutissime vivat, simillimum mundo, quem quantum mortalium passibuslicet sequitur aemulaturque; profert se, laudari et aspici credit.	(23) Природа произвела нас на свет высокими душой и, подобно тому как одних животных она наделила свирепостью, других - хитростью, третьих - трусостью, так нам она дала дух славный и божественный, ищущий, как жить честнее, а не как безопасней, подобный вселенной, - ибо с нею он состязается, за ней следует, насколько это возможно человеческому шагу. Он жаждет отличиться и верит, что его заметят и похвалят.
[24][Dominus] omnium est, supra omnia est;itaque nulli se rei summittat,nihil illi videatur grave, nihil quod virum incurvet.	(24) Он - господин всего, он над всем и, значит, ничему не покоряется. Ничто не кажется ему ни тяжким, ни способным согнуть мужа.
Terribiles visu formae, Letumque Labosque:	*Гибель и тягостный труд - ужасные видом обличья;*
minime quidem, si quis rectis oculis intueri illa possit et tenebras perrumpere;multa per noctem habita terrori dies vertit ad risum.	вовсе нет, если кто сможет посмотреть на них прямо и пробиться взглядом сквозь тьму. Многое, что ночью представляется ужасным, день делает смехотворным.
Terribiles visu formae, Letumque Labosque:	*Гибель и тягостный труд - ужасные видом обличья.*
egregie Vergilius noster non re dixit terribiles esse sed visu, id estvideri, non esse.	Наш Вергилий сказал превосходно: они ужасны не на самом деле, а только видом, то есть кажутся такими, а казаться - не значит быть.
[25] Quid, inquam, in istis est tam formidabile quamfama vulgavit? quid est,	(25) Так ли они, повторяю, страшны, как гласит молва? И скажи,

obsecro te, Lucili, cur timeat laborem vir, mortemhomo? Totiens mihi occurrunt isti qui non putant fieri posse quidquid facerenon possunt, et aiunt nos loqui maiora quam quae humana natura sustineat.	Луцилий, молю: с чего мужу бояться труда, человеку - смерти? Сколько раз попадались мне считающие невозможным все, чего сами они не могут, и говорящие, будто мы требуем больше, чем выдерживает человеческая природа.
[26] At quanto ego de illis melius existimo! ipsi quoque haec possunt facere,sed nolunt. Denique quem umquam ista destituere temptantem? cui non facilioraapparuere in actu? Non quia difficilia sunt non audemus, sed quia non audemusdifficilia sunt.	(26) Насколько же лучше я думаю о них! Ведь и они многое могут, да не хотят. А кому из тех, кто пытался, изменял успех? Разве, когда возьмешься, все не оказывается легче? Мы не потому не осмеливаемся, что трудно, - трудно оттого, что мы не осмеливаемся.
[27] Si tamen exemplum desideratis, accipite Socraten, perpessiciumsenem, per omnia aspera iactatum, invictum tamen et paupertate, quam gravioremilli domestica onera faciebant, et laboribus, quos militares quoque pertulit.Quibus ille domi exercitus, sive uxorem eius moribus feram, lingua petulantem,sive liberos indociles et matri quam patri similiores +sivere+ aut in bellofuit aut in tyrannide aut in libertate bellis ac tyrannis saeviore.	(27) Если вам нужен пример, возьмите Сократа, старца необычайной выносливости, прошедшего через все невзгоды, но не побежденного ни бедностью, еще более гнетущей из-за домашнего бремени, ни тяготами, которые он нес и на войне, и дома должен был сносить, - вспомни хоть его жену с ее свирепым нравом и дерзким языком, хоть тупых к ученью детей, больше похожих на мать, чем на отца. И почти всю его жизнь была то война, то тирания, то свобода более жестокая, чем война и власть тиранов.
[28]Viginti et septem annis pugnatum est; post finita arma triginta tyrannisnoxae dedita est civitas, ex quibus plerique inimici erant. Novissime damnatioest sub gravissimis nominibus impleta: obiecta est et religionum violatioet iuventutis corruptela, quam inmittere in deos, in patres, in rem publicamdictus est. Post haec carcer et venenum. Haec usque eo animum Socratisnon moverant ut ne vultum quidem moverint. [O] illam mirabilem laudemet singularem! usque ad extremum nec hilariorem quisquam nec tristioremSocraten vidit; aequalis fuit in tanta inaequalitate fortunae.	(28) Двадцать семь лет шли битвы8; закончились бои - государство предано было зловредности тридцати тиранов, большинство из которых были ему врагами. И наконец - приговор по самым тяжким статьям: ему ставили в вину и святотатство, и развращение юношества, которое он, мол, натравливал на богов, на родителей, на государство; а после этого - темница и яд. Но все это настолько не изменило его души, что он даже в лице не изменился. Вот удивительное и редкое свойство! А Сократ сохранил его до последнего часа: никто не видел его ни веселее, ни печальнее, - он был постоянно ровен среди постоянных

	преследований фортуны.
[29] Vis alterum exemplum? accipe hunc M. Catonem recentiorem, cumquo et infestius fortuna egit et pertinacius. Cui cum omnibus locis obstitisset,novissime et in morte, ostendit tamen virum fortem posse invita fortunavivere, invita mori. Tota illi aetas aut in armis est exacta civilibusaut +intacta+ concipiente iam civile bellum; et hunc licet dicas non minusquam Socraten +inseruisse dixisse+ nisi forte Cn. Pompeium et Caesaremet Crassum putas libertatis socios fuisse.	(29) Хочешь другой пример? Возьми того Катона, что жил недавно, которого фортуна гнала с еще большей враждебностью и упорством. Во всем она ставила ему преграды, даже под самый конец не давала умереть, а он доказал, что мужественный может и жить, и умереть против воли фортуны. Вся его жизнь прошла или в пору гражданских войн, или в ту, что была уже чревата гражданской войною. И о нем, ничуть не меньше, чем о Сократе, можно сказать, что он жил под игом рабства 9, если только ты не считаешь Гнея Помпея, и Цезаря, и Красса сторонниками свободы.
[30] Nemo mutatum Catonem totiensmutata re publica vidit; eundem se in omni statu praestitit, in praetura,in repulsa, in accusatione, in provincia, in contione, in exercitu, inmorte. Denique in illa rei publicae trepidatione, cum illinc Caesar essetdecem legionibus pugnacissimis subnixus, totis exterarum gentium praesidiis,hinc Cn. Pompeius, satis unus adversus omnia, cum alii ad Caesarem inclinarent,alii ad Pompeium, solus Cato fecit aliquas et rei publicae partes.	(30) Никто не видел, чтобы Катон менялся при всех переменах в государстве: он явил себя одинаковым во всем - в преторской должности и при провале на выборах, при обвиненье и в провинции, на сходке народа, в войсках, в смерти. Наконец, когда трепетало все государство, когда по одну сторону был Цезарь, поддержанный десятью легионами и таким же многочисленным прикрытием из иноземных племен, по другую - Помпеи, который один стоил всех этих сил, когда эти склонялись к Цезарю, те - к Помпею, - один лишь Катон составлял партию приверженцев республики.
[31]Si animo conplecti volueris illius imaginem temporis, videbis illinc plebemet omnem erectum ad res novas vulgum, hinc optumates et equestrem ordinem,quidquid erat in civitate sancti et electi, duos in medio relictos, rempublicam et Catonem. Miraberis, inquam, cum animadverteris	(31) Если ты захочешь охватить в душе картину того времени, то по одну сторону ты увидишь плебеев и чернь, готовую устроить переворот, по другую - оптиматов и всадническое сословие и все, что было в городе почтенного и отборного; а посреди осталось двое - Катон и республика. Ты удивился бы, увидав, что
Atriden Priamumque et saevom ambobus Achillen;	*Здесь и Атрид, и Приам, и Ахилл, обоим ужасный,*

utrumque enim inprobat, utrumque exarmat.	ибо он обоих порицает, обоих разоружает.
[32] Hanc fert de utroque sententiam:ait se, si Caesar vicerit, moriturum, si Pompeius, exulaturum. Quid habebatquod timeret qui ipse sibi et victo et victori constituerat quae constitutaesse ab hostibus iratissimis poterant? Perit itaque ex decreto suo.	(32) Вот какой приговор выносит Катон обоим: "Если победит Цезарь, я умру; если Помпеи - отправлюсь в изгнанье". Чего было ему бояться, если он сам себе - и побежденному, и победителю - назначил то, что мог бы назначить .разгневанный противник? Он и погиб по собственному приговору.
[33]Vides posse homines laborem pati: per medias Africae solitudines pedesduxit exercitum. Vides posse tolerari sitim: in collibus arentibus sineullis inpedimentis victi exercitus reliquias trahens inopiam umoris loricatustulit et, quotiens aquae fuerat occasio, novissimus bibit. Vides honoremet notam posse contemni: eodem quo repulsus est die in comitio pila lusit.Vides posse non timeri potentiam superiorum: et Pompeium et Caesarem, quorumnemo alterum offendere audebat nisi ut alterum demereretur, simul provocavit.Vides tam mortem posse contemni quam exilium: et exilium sibi indixit etmortem et interim bellum.	(33) Ты видишь, что люди могут переносить тяготы: через пустыни Африки он пешком провел свое войско. Видишь, что можно терпеть и жажду: увлекая за собой по иссохшим холмам остатки побежденного войска, безо всякой поклажи, он выносил недостаток влаги, а когда случалась вода, пил последним н. Видишь, что можно презреть и почет и бесчестье: в самый день своего провала он играл на площади собраний в мяч. Видишь, что можно не бояться могущества вышестоящих: он бросал вызов сразу и Цезарю, и Помпею, меж тем как остальные если и осмеливались задевать одного, то лишь в угоду другому. Видишь, что можно презреть и смерть, и изгнанье: он сам себе назначил и изгнанье, и смерть, а до того - войну.
[34] Possumus itaque adversus ista tantum habereanimi, libeat modo subducere iugo collum. In primis autem respuendae voluptates:enervant et effeminant et multum petunt, multum autem a fortuna petendumest. Deinde spernendae opes: auctoramenta sunt servitutum. Aurum et argentumet quidquid aliud felices domos onerat relinquatur: non potest gratis constarelibertas. Hanc si magno aestimas, omnia parvo aestimanda sunt. Vale.	(34) Значит, мы можем набраться довольно мужества, чтобы всему .этому противостоять, - лишь бы нам захотелось высвободить шею из ярма. Прежде всего надо отвергнуть наслаждения: они ослабляют, изнеживают и многого требуют, - потому-то многого приходится требовать от фортуны. Потом надо презреть богатства: они - залог рабства. Так отступимся от золота, от серебра и всего, чем отягощены счастливые дома: свободы не добыть задаром. А если ты высоко ее ценишь, то все остальное придется ценить ни во что. Будь здоров.

CV

[1] Quae observanda tibi sint ut tutior vivas dicam. Tu tamen sic audiascenseo ista praecepta quomodo si tibi praeciperem qua ratione bonam valetudinemin Ardeatino tuereris. Considera quae sint quae hominem in perniciem hominisinstigent: invenies spem, invidiam, odium, metum, contemptum.	(1) Я скажу, за чем тебе надобно следить, чтобы жить безопасней. А ты, полагаю, выслушаешь мои наставления так, словно я поучаю тебя, как сохранить здоровье на Ардеатинском поле1. Посмотри сам, что подстрекает человека губить другого, - и ты увидишь надежду, зависть, ненависть, страх, презренье.
[2] Ex omnibusistis adeo levissimum est contemptus ut multi in illo remedii causa delituerint.Quem quis contemnit, calcat sine dubio sed transit; nemo homini contemptopertinaciter, nemo diligenter nocet; etiam in acie iacens praeteritur,cum stante pugnatur.	(2) Из всего названного самое легкое - это презренье: многие даже прятались в нем ради самозащиты. Кого презирают, того, конечно, топчут, но мимоходом. Никто не станет вредить презираемому усердно и с упорством. Даже в бою лежачего минуют, сражаются с тем, кто на ногах.
[3] Spem inproborum vitabis si nihil habueris quod cupiditatem alienamet inprobam inritet, si nihil insigne possederis; concupiscuntur enim etiam+pars innotarum sunt sic raro+. Invidiam effugies si te non ingesserisoculis, si bona tua non iactaveris, si scieris in sinu gaudere. Odium autest ex offensa (hoc vitabis neminem lacessendo) aut gratuitum, a quo tesensus communis tuebitur. Fuit hoc multis periculosum: quidam odium habueruntnec inimicum.	(3) Для надежды ты не подашь бесчестным повода, если у тебя не будет ничего, способного распалить чужую бесчестную алчность, ничего примечательного. Ведь желают заполучить как раз примечательное и редкое, пусть оно и мало2. Зависти ты избежишь, "ели не будешь попадаться на глаза, не будешь похваляться своими благами, научишься радоваться про себя.
[4] Illud, ne timearis, praestabit tibi et fortunae mediocritaset ingeni lenitas: eum esse te homines sciant quem offendere sine periculopossint; reconciliatio tua et facilis sit et certa. Timeri autem tam domimolestum est quam foris, tam a servis quam a liberis: nulli non ad nocendumsatis virium est. Adice nunc quod qui timetur timet: nemo potuit terribilisesse secure.	(4) Ненависть порождается либо обидами, - но ее ты не навлечешь, если никого не будешь затрагивать, - либо родится беспричинно, - но от нее тебя убережет здравый смысл. Для многих ненависть бывала опасна: ведь иные вызывали ее, хотя и не имели врагов. Бояться тебя не будут, если твоя удачливость будет умеренной, а нрав кротким. Пусть же люди знают, что тебя задеть не опасно и помириться с тобою можно наверняка и без труда. А если тебя боятся, и дома, и вне его, и рабы, и свободные, это тебе же самому плохо: ведь повредить под силу всякому. Прибавь еще одно: кого

	боятся, тот и сам боится, кто ужасен другим, тому неведома безопасность.
[5] Contemptus superest, cuius modum in sua potestate habetqui illum sibi adiunxit, qui contemnitur quia voluit, non quia debuit.Huius incommodum et artes bonae discutiunt et amicitiae eorum qui apudaliquem potentem potentes sunt, quibus adplicari expediet, non inplicari,ne pluris remedium quam periculum constet.	(5) Остается еще презренье; мера его - в твоей власти, если ты сам принял его на себя, если такова твоя воля, а не неизбежность. Избавиться от этой неприятности тебе помогут или свободные искусства, или дружба с людьми, имеющими власть и влияние у власть имущих. Впрочем, к ним нужно приближаться, но не сближаться тесно, чтобы лекарство не обошлось нам дороже болезни.
[6] Nihil tamen aeque proderit quam quiescere et minimum cum aliisloqui, plurimum secum. Est quaedam dulcedo sermonis quae inrepit et eblandituret non aliter quam ebrietas aut amor secreta producit. Nemo quod audierittacebit, nemo quantum audierit loquetur; qui rem non tacuerit non tacebitauctorem. Habet unusquisque aliquem cui tantum credat quantum ipsi creditumest; ut garrulitatem suam custodiat et contentus sit unius auribus, populumfaciet; sic quod modo secretum erat rumor est.	(6) А самым полезным будет не суетиться и поменьше разговаривать с другими, побольше с собою. Есть в беседе некая сладость, вкрадчивая и соблазнительная, и она-то не иначе, чем любовь или опьянение, заставляет выдавать тайны. А кто услышит, тот не промолчит, кто не промолчит, тот скажет больше, чем слышал, да и о говорившем не умолчит. У всякого есть человек, которому доверяют столько же, сколько ему самому доверено. Пусть первый даже не даст воли своей болтливости, пусть довольствуется одним слушателем, - их получится целый город, и то, что недавно было тайной, делается общим толком.
[7] Securitatis magna portio est nihil inique facere: confusam vitamet perturbatam inpotentes agunt; tantum metuunt quantum nocent, nec ullotempore vacant. Trepidant enim cum fecerunt, haerent; conscientia aliudagere non patitur ac subinde respondere ad se cogit. Dat poenas quisquisexpectat; quisquis autem meruit expectat.	(7) Еще немалый залог безопасности - не поступать несправедливо" Кто над собою не властен, у тех жизнь полна смуты и тревоги, от которых они никогда не свободны. Чем больше они навредят, тем больше боятся" трепещут, сделав зло, и не могут ничего другого делать, удерживаемые совестью, принуждающей их держать перед нею ответ. Кто ждет наказанья, тот наказан, а кто заслужил его, тот ждет непременно.
[8] Tutum aliqua res in malaconscientia praestat, nulla securum; putat enim se, etiam si non deprenditur,posse deprendi, et inter somnos movetur et, quotiens alicuius scelus loquitur,de suo cogitat;	(8) Когда совесть нечиста, можно остаться безнаказанным, а уверенным нельзя. Даже не пойманный думает, что его вот-вот поймают, он ворочается во сне, и

non satis illi oblitteratum videtur, non satis tectum.Nocens habuit aliquando latendi fortunam, numquam fiduciam. Vale.	едва заговорят о каком-нибудь злодействе, вспоминает о своем: оно кажется ему плохо скрытым, плохо запрятанным. Преступник может удачно схорониться, но полагаться на свою удачу не может. Будь здоров.

CVI

[1] Tardius rescribo ad epistulas tuas, non quia districtus occupationibussum. Hanc excusationem cave audias: vaco, et omnes vacant qui volunt. Neminemres sequuntur: ipsi illas amplexantur et argumentum esse felicitatis occupationemputant. Quid ergo fuit quare non protinus rescriberem? id de quo quaerebasveniebat in contextum operis mei;	(1) Я не так скоро отвечаю на твои письма не потому, что так уж обременен делами: этих оправданий можешь не слушать, ведь свободен и я, и все, - если мы только пожелаем. Дела за нами не гонятся, - люди сами держатся за них и считают занятость признаком счастья. Так почему же я сразу не написал тебе? То, о чем ты спрашивал, составляет часть моего труда.
[2] scis enim me moralem philosophiamvelle conplecti et omnes ad eam pertinentis quaestiones explicare. Itaquedubitavi utrum differrem te donec suus isti rei veniret locus, an ius tibiextra ordinem dicerem: humanius visum est tam longe venientem non detinere.	(2) Ведь ты знаешь, что я в нем хочу охватить всю нравственную философию и объяснить все относящиеся к ней вопросы. Вот я и колебался, отложить ли мне тебя или рассмотреть твое дело прежде, чем до него в своем месте дойдет очередь; и мне показалось, что человечнее будет не задерживать пришедшего из такой дали.
[3] Itaque et hoc ex illa serie rerum cohaerentium excerpam et, si quaerunt eiusmodi, non quaerenti tibi ultro mittam. Quae sint haec interrogas? Quae scire magis iuvat quam prodest, sicuthoc de quo quaeris: bonum an corpus sit?	(3) По тому я и этот предмет изыму из ряда связанных с ним и, если будет еще что-нибудь подобное, пошлю тебе по своей воле, без просьбы. Ты спросишь, что я имею в виду. - Все, о чем скорей приятно, чем полезно, знать; вроде того, про что ты задаешь вопросы: телесно ли благо?
[4] Bonum facit; prodest enim;quod facit corpus est. Bonum agitat animum et quodam modo format et continet,quae [ergo] propria sunt corporis. Quae corporis bona sunt corpora sunt;ergo et quae animi sunt; nam et hoc corpus est.	(4) Благо приносит пользу, то есть действует; а что действует, то телесно. Благо движет душу, в некотором роде лепит ее и удерживает, - а все это свойства тела. Телесные блага сами телесны, - а значит, и душевные блага тоже, потому что и душа есть тело.
[5] Bonum hominis necesseest corpus sit, cum ipse sit corporalis. Mentior, nisi et	(5) Благо человека не может не быть телом, потому что он сам телесен. Я

quae alunt illumet quae valetudinem eius vel custodiunt vel restituunt corpora sunt; ergoet bonum eius corpus est. Non puto te dubitaturum an adfectus corpora sint(ut aliud quoque de quo non quaeris infulciam), tamquam ira, amor, tristitia,nisi dubitas an vultum nobis mutent, an frontem adstringant, an faciemdiffundant, an ruborem evocent, an fugent sanguinem. Quid ergo? tam manifestasnotas corporis credis inprimi nisi a corpore?	солгу, если не признаю, что все питающее тело или поддерживающее либо восстанавливающее его здоровье - телесно; значит, и благо человека есть тело. Я думаю, ты не сомневаешься, что страсти - такие как гнев, любовь, грусть, - суть тела (мне хочется присовокупить и то, о чем ты не спрашиваешь); а если сомневаешься, погляди, меняемся ли мы от них в лице, хмурим ли лоб и распускаем ли морщины, краснеем ли и чувствуем ли, как кровь отливает от щек. Что же, по-твоему, может оставить столь явные телесные признаки, кроме тела?
[6] Si adfectus corpora sunt,et morbi animorum, ut avaritia, crudelitas, indurata vitia et in statuminemendabilem adducta; ergo et malitia et species eius omnes, malignitas,invidia, superbia;	(6) А если страсти суть тела, то и душевные недуги тоже, - такие как скупость, жестокость, все закоренелые и уже неисправимые пороки; а значит, и злоба со всеми ее разновидностями - коварством, завистью, спесью - тоже;
[7] ergo et bona, primum quia contraria istis sunt,deinde quia eadem tibi indicia praestabunt. An non vides quantum oculisdet vigorem fortitudo? quantam intentionem prudentia? quantam modestiamet quietem reverentia? quantam serenitatem laetitia? quantum rigorem severitas?quantam remissionem lenitas? Corpora ergo sunt quae colorem habitumquecorporum mutant, quae in illis regnum suum exercent. Omnes autem quas rettulivirtutes bona sunt, et quidquid ex illis est.	(7) а значит, и блага тоже, во-первых, потому что они противоположны порокам, и, во-вторых, потому что явят тебе те же приметы. Неужели ты не видел, какую силу придает взгляду храбрость? какую остроту - разумность? какую кротость и покой - благочестье? какую безмятежность веселье? какую непреклонность - строгость? какую невозмутимость - правдивость? Значит, все это - тела: от них меняется и цвет кожи, и состоянье тела, над которым они и властвуют. Все названные мною добродетели суть блага, как и все, что они дают.
[8] Numquid est dubium anid quo quid tangi potest corpus sit?	(8) Как усомниться вот в чем: все, что может к чему-либо прикоснуться, есть тело?
Tangere enim et tangi nisi corpus nulla potest res, ut ait Lucretius.Omnia autem ista quae dixi non mutarent corpus nisi tangerent; ergo corporasunt.	Тело лишь может касаться и тела лишь можно коснуться, так сказал Лукреций 1. А от всего названного мною наше тело не менялось бы, если бы не испытало прикосновений; значит, все это телесно.
[9] Etiam nunc cui tanta vis est ut	(9) Опять-таки, все, в чем достаточно

inpellat et cogat et retineatet inhibeat corpus est. Quid ergo? non timor retinet? non audacia inpellit?non fortitudo inmittit et impetum dat? non moderatio refrenat ac revocat?non gaudium extollit? non tristitia deducit?	силы, чтобы толкать вперед, принуждать, удерживать, приказывать, есть тело. Но разве страх не удерживает? Разве дерзость не толкает вперед? Разве храбрость не придает сил и не движет нами? воздержность не обуздывает и не отзывает вспять? радость не поднимает? грусть не давит?
[10] Denique quidquid facimusaut malitiae aut virtutis gerimus imperio: quod imperat corpori corpusest, quod vim corpori adfert, corpus. Bonum corporis corporale est, bonumhominis et corporis bonum est; itaque corporale est.	(10) Наконец, что бы мы ни делали, мы поступаем так по веленью либо злонравия, либо добродетели; а что повелевает телом, то и само есть тело, что дает телу силы, то тоже тело. Благо человека есть и благо его тела; значит, оно телесно.
[11] Quoniam, ut voluisti, morem gessi tibi, nunc ipse dicam mihi quoddicturum esse te video: latrunculis ludimus. In supervacuis subtilitasteritur: non faciunt bonos ista sed doctos.	(11) Ну что ж, в чем ты хотел, в том я тебе угодил; а сейчас я скажу себе, что ты скажешь на это (я воочию вижу тебя): мы играем в разбойники 2; тратим время на ненужные тонкости, от которых становятся не лучше, а только ученее.
[12] Apertior res est sapere,immo simplicior: paucis [satis] est ad mentem bonam uti litteris, sednos ut cetera in supervacuum diffundimus, ita philosophiam ipsam. Quemadmodumomnium rerum, sic litterarum quoque intemperantia laboramus: non vitaesed scholae discimus. Vale.	(12) Мудрость и яснее, и проще, для благомыслия довольно прочесть немного. Но и философию, как все остальное, мы загромождаем ненужностями. В чтении, как и во всем, мы страдаем неумеренностью; и учимся для школы, а не для жизни. Будь здоров.

CVII

[14] Necesse est ex hac quaestione argumenti causa in alteram transeam.Quaeritur enim an deliberaturus sit sapiens, an in consilium aliquem advocaturus.Quod facere illi necessarium est cum ad haec civilia et domestica venituret, ut ita dicam, mortalia; in his sic illi opus est alieno consilio quomodomedico, quomodo gubernatori, quomodo advocato et litis ordinatori. Proderitergo sapiens aliquando sapienti; suadebit enim. Sed in illis quoque magnisac divinis, ut diximus, communiter honesta tractando et animos cogitationesquemiscendo utilis erit.	(14) Но сам предмет наш требует перейти от этого вопроса к другому. Спрашивают, станет ли мудрец обсуждать свои дела, призовет ли он кого-нибудь на совет. - Без этого ему не обойтись, едва только доходит до дел гражданских, домашних, так сказать, смертных. Тут чужой совет нужен ему так же, как бывает нужен врач, кормчий, ходатай, посредник в тяжбе. Значит, мудрец порой принесет пользу мудрецу и тем, что убедит его. Но пригодится он и в делах великих и божественных, - тем, что будет, как мы говорили, заодно с другом

	стремиться к честности, сольется с ним душою и помыслами.
[15] Praeterea secundum naturam est et amicos conplectiet amicorum auctu ut suo proprioque laetari; nam nisi hoc fecerimus, nevirtus quidem nobis permanebit, quae exercendo sensu valet. Virtus autemsuadet praesentia bene conlocare, in futurum consulere, deliberare et intendereanimum: facilius intendet explicabitque qui aliquem sibi adsumpserit. Quaeretitaque aut perfectum virum aut proficientem vicinumque perfecto. Proderitautem ille perfectus, si consilium communi prudentia iuverit.	(15) И потом, льнуть к друзьям, радоваться их поступкам, как своим собственным, - это согласно с природой. А не будь этого, мы лишились бы и добродетели, которая сильна повседневным упражнением. Добродетель же учит нас не тратить впустую настоящего, заранее думать о будущем, советоваться с другими и не расслабляться душою, - а не расслабляться и дать ей развернуться во всю ширь нам легче, имея кого-нибудь рядом. Значит, нам нужен друг или совершенный, или стремящийся и близкий к совершенству. Совершенный принесет пользу, коль скоро общим разумением легче найти решенье.
[16] Aiunthomines plus in alieno negotio videre +initio+. Hoc illis evenit quos amorsui excaecat quibusque dispectum utilitatis timor in periculis excutit:incipiet sapere securior et extra metum positus. Sed nihilominus quaedamsunt quae etiam sapientes in alio quam in se diligentius vident. Praetereaillud dulcissimum et honestissimum 'idem velle atque idem nolle' sapienssapienti praestabit; egregium opus pari iugo ducet.	(16) Говорят, человек зорче в чужих делах, чем в своих; это бывает с такими, кого ослепляет себялюбие, у кого страх отнимает способность разглядеть свою пользу. А в безопасности, не страшась ничего, эти люди становятся здравомыслящими. Но есть вещи, на которые даже мудрецы глядят пристальней, когда дело касается других. И потом мудрый дарит мудрому такую отрадную и благородную вещь, как единство желании; а в единой упряжке можно создать самый прекрасный труд.
[17] Persolvi quod exegeras, quamquam in ordine rerum erat quas moralisphilosophiae voluminibus conplectimur. Cogita quod soleo frequenter tibidicere, in istis nos nihil aliud quam acumen exercere. Totiens enim illorevertor: quid ista me res iuvat? fortiorem fac me, iustiorem, temperantiorem.Nondum exerceri vacat: adhuc medico mihi opus est.	(17) Я выполнил все, чего ты требовал, хоть оно и входило по порядку в число вопросов, которые я собираюсь охватить в книгах о нравственной философии. Помни и о том, о чем я часто твержу тебе: все это - упражненья для нашего остроумия, и только. Я то и дело возвращаюсь к одному: а чем мне это поможет? стану ли я от этого мужественней, справедливей, воздержней? Мне пока еще не до упражнений: во враче я нуждаюсь.

[18] Quid me poscisscientiam inutilem? Magna promisisti: exhibe fidem. Dicebas intrepidumfore etiam si circa me gladii micarent, etiam si mucro tangeret iugulum;dicebas securum fore etiam si circa me flagrarent incendia, etiam si subitusturbo toto navem meam mari raperet: hanc mihi praesta curam, ut voluptatem,ut gloriam contemnam. Postea docebis inplicta solvere, ambigua distinguere,obscura perspicere: nunc doce quod necesse est. Vale.	(18) Зачем же ты учишь меня тому, что знать бесполезно? Наобещал ты много, а то, что я вижу, ничтожно '. Ты говорил, что я не затрепещу, даже если вокруг меня засверкают мечи, если острие прикоснется к горлу; говорил, что я останусь безмятежен, даже если вокруг меня запылают пожары, если внезапный вихрь подхватит мой корабль и будет бросать его по всему морю. Дай же мне презирать наслажденье, презирать славу; потом ты научишь меня распутывать запутанные узлы, разбираться в двусмысленных утвержденьях, проникать взглядом в темноту, а сейчас учи необходимому. Будь здоров.

CX

[1] Ex Nomentano meo te saluto et iubeo habere mentem bonam, hoc est propitios deos omnis, quos habet placatos et faventes quisquis sibi se propitiavit. Sepone in praesentia quae quibusdam placent, unicuique nostrum paedagogum dari deum, non quidem ordinarium, sed hunc inferioris notae ex eorum numero quos Ovidius ait 'de plebe deos'. Ita tamen hoc seponas volo ut memineris maiores nostros qui crediderunt Stoicos fuisse; singulis enim et Genium et Iunonem dederunt.	(1) Шлю тебе привет из моей Номентанской усадьбы и желаю благомыслия, то есть милости всех богов, которые всегда расположены и благосклонны к тому, кто сам к себе благосклонен. По нынешним временам тебе нужно отказаться от мысли, столь любезной некоторым, - будто каждому дан в воспитатели бог, пусть даже не сановитый, а второразрядный, из числа тех, о ком Овидий говорит; "бессмертные низкого званья"). Но я хочу, чтобы, отказываясь от этого заблужденья, ты помнил одно: наши предки, верившие в него, были истинные стоики, - ведь они каждому давали либо гения, либо Юнону2.
[2] Postea videbimus an tantum dis vacet ut privatorum negotia procurent: interim illud scito, sive adsignati sumus sive neglecti et fortunae dati, nulli te posse inprecari quicquam gravius quam si inprecatus fueris ut se habeat iratum. Sed non est quare cuiquam quem poena putaveris dignum optes ut infestos deos habeat: habet, inquam, etiam si videtur eorum favore produci.	(2) Позже мы посмотрим, есть ли у богов время быть управителями частных дел; а покуда знай: приписаны ли мы к богам или брошены ими и отданы фортуне3, - ты никого не сможешь проклясть страшнее, чем пожелав ему быть в гневе на себя самого. Нет причины накликать на того, кого ты считаешь достойным кары, вражду богов: они и так враждебны ему, даже если он, по-видимому, преуспевает через их покровительство.

[3] Adhibe diligentiam tuam et intuere quid sint res nostrae, non quid vocentur, et scies plura mala contingere nobis quam accidere. Quotiens enim felicitatis et causa et initium fuit quod calamitas vocabatur! quotiens magna gratulatione excepta res gradum sibi struxit in praeceps et aliquem iam eminentem adlevavit etiamnunc, tamquam adhuc ibi staret unde tuto cadunt!	(3) Присмотрись пристальней, что такое наши дела действительно, а не по названию, и ты узнаешь, что большая часть бед - это удачи, а не беды. Как часто становилась причиной и началом счастья так называемая "невзгода"? Как часто встреченное общими поздравлениями событие строит лишнюю ступень над пропастью и поднимает высоко вознесенного еще выше, как будто оттуда, где он стоял, падать безопасно?
[4] Sed ipsum illud cadere non habet in se mali quicquam si exitum spectes, ultra quem natura neminem deiecit. Prope est rerum omnium terminus, prope est, inquam, et illud unde felix eicitur et illud unde infelix emittitur: nos utraque extendimus et longa spe ac metu facimus. Sed, si sapis, omnia humana condicione metire; simul et quod gaudes et quod times contrahe. Est autem tanti nihil diu gaudere ne quid diu timeas.	(4) Но и в самом падении нет никакого зла, надо только разглядеть предел, ниже которого природа никого не сбрасывала. Исход всех дел, повторяю, близок, - одинаково близок и от того места, откуда изгоняется счастливец, и от того, откуда выходит на волю несчастный. Мы сами увеличиваем расстоянье и удлиняем путь страхом и надеждой. Если ты умен, мерь все мерой человеческого удела, не преувеличивай поводов ни для радости, ни для страха. Чтобы сократить время боязни, стоит сократить и время радости.
[5] Sed quare istuc malum adstringo? Non est quod quicquam timendum putes: vana sunt ista quae nos movent, quae attonitos habent. Nemo nostrum quid veri esset excussit, sed metum alter alteri tradidit; nemo ausus est ad id quo perturbabatur accedere et naturam ac bonum timoris sui nosse. Itaque res falsa et inanis habet adhuc fidem quia non coarguitur.	(5) Но почему я только убавляю это зло? Ничего вообще ты не должен считать страшным! Все, что волнует нас и ошеломляет, - пустое дело. Никто из нас не разобрался, где истина, и все заражают друг друга страхом. Никто не отважился подойти ближе к источнику своего смятения и узнать его природу, понять, нет ли в нем блага. Потому-то и верят поныне пустому заблужденью, что оно не изобличено.
[6] Tanti putemus oculos intendere: iam apparebit quam brevia, quam incerta, quam tuta timeantur. Talis est animorum nostrorum confusio qualis Lucretio visa est:	(6) Так поймем же, до чего важно вглядеться внимательнее, - и станет очевидно, как кратковременны, как шатки, как безопасны причины нашей боязни. В душе у нас и теперь та же путаница, какую видел Лукреций:
nam veluti pueri trepidant atque omnia caecis *in tenebris metuunt, ita nos in luce timemus.*	*Ибо как в мрачных потемках дрожат и пугаются дети,* *Так же и мы среди белого дня опасаемся часто.*

Quid ergo? non omni puero stultiores sumus qui in luce timemus?	Так что же, разве мы и впрямь не глупее любого ребенка, если страшимся при свете?
[7] Sed falsum est, Lucreti, non timemus in luce: omnia nobis fecimus tenebras. Nihil videmus, nec quid noceat nec quid expediat; tota vita incursitamus nec ob hoc resistimus aut circumspectius pedem ponimus. Vides autem quam sit furiosa res in tenebris impetus. At mehercules id agimus ut longius revocandi simus, et cum ignoremus quo feramur, velociter tamen illo quo intendimus perseveramus.	(7) Нет, Лукреций, это неверно, мы страшимся не при свете, а сами разливаем вокруг тьму и не видим, что нам во вред и что - на пользу; всю жизнь мы проводим в бегах и от этого не можем ни остановиться, ни посмотреть, куда ставим ногу. Вот видишь, какое безумье этот безудержный бег в темноте. А мы, клянусь, только о том и стараемся, чтобы нас отозвали попозже, и хоть сами не знаем, куда несемся, упорно продолжаем мчаться тем же путем.
[8] Sed lucescere, si velimus, potest. Uno autem modo potest, si quis hanc humanorum divinorumque notitiam [scientia] acceperit, si illa se non perfuderit sed infecerit, si eadem, quamvis sciat, retractaverit et ad se saepe rettulerit, si quaesierit quae sint bona, quae mala, quibus hoc falso sit nomen adscriptum, si quaesierit de honestis et turpibus, de providentia.	(8) Но ведь может и посветлеть, если мы захотим! Есть только один способ: усвоить знание всего божественного и человеческого, не только окунуться в него, но и впитать, почаще повторять усвоенное и все относить к себе, исследовать, что благо, что зло, а чему эти имена напрасно приписаны, исследовать, что есть честное, что есть постыдное, что есть провиденье.
[9] Nec intra haec humani ingenii sagacitas sistitur: prospicere et ultra mundum libet, quo feratur, unde surrexerit, in quem exitum tanta rerum velocitas properet. Ab hac divina contemplatione abductum animum in sordida et humilia pertraximus, ut avaritiae serviret, ut relicto mundo terminisque eius et dominis cuncta versantibus terram rimaretur et quaereret quid ex illa mali effoderet, non contentus oblatis.	(9) Но пытливость человеческого ума не останавливается в этих пределах: ему хочется заглянуть и дальше вселенной, понять, куда она несется, откуда возникла, к какому исходу мчит все вещи их необычайная скорость. Мы же оторвали душу от этого божественного созерцания и низвели ее до низменной убогости, чтобы она стала рабыней алчности, чтобы, покинув мир и его предельные области и движущих все властителей, рылась в земле, искала, что бы еще выкопать на горе нам, не довольствующимся лежащим перед глазами.
[10] Quidquid nobis bono futurum erat deus et parens noster in proximo posuit; non expectavit inquisitionem nostram et ultro dedit: nocitura altissime pressit. Nihil nisi de nobis queri possumus: ea quibus periremus nolente rerum natura et abscondente protulimus. Addiximus animum voluptati, cui indulgere initium omnium	(10) Все, что нам на благо, наш бог и родитель поместил у нас под рукой и дал по доброй воле, не ожидая наших поисков, а все вредное спрятал поглубже. Нам не на кого жаловаться, кроме как на себя: все гибельное для нас мы сами вытащили на свет, вопреки воле скрывшей его природы. Мы обрекли душу наслаждениям, - а

malorum est, tradidimus ambitioni et famae, ceteris aeque vanis et inanibus.	потворство им есть начало всех зол; мы предали ее честолюбию и молве и другим столь же пустым видимостям.
[11] Quid ergo nunc te hortor ut facias? nihil novi -- nec enim novis malis remedia quaeruntur - sed hoc primum, ut tecum ipse dispicias quid sit necessarium, quid supervacuum. Necessaria tibi ubique occurrent: supervacua et semper et toto animo quaerenda sunt.	(11) Что же мне посоветовать тебе? Что ты должен делать? Ничего нового: ведь не от новых болезней нужны нам лекарства. Прежде всего ты сам для себя должен разобраться, что необходимо и что излишне. Необходимое ты легко найдешь повсюду; лишнее нужно всегда искать, тратя всю душу.
[12] Non est autem quod te nimis laudes si contempseris aureos lectos et gemmeam supellectilem; quae est enim virtus supervacua contemnere? Tunc te admirare cum contempseris necessaria. Non magnam rem facis quod vivere sine regio apparatu potes, quod non desideras milliarios apros nec linguas phoenicopterorum et alia portenta luxuriae iam tota animalia fastidientis et certa membra ex singulis eligentis: tunc te admirabor si contempseris etiam sordidum panem, si tibi persuaseris herbam, ubi necesse est, non pecori tantum sed homini nasci, si scieris cacumina arborum explementum esse ventris in quem sic pretiosa congerimus tamquam recepta servantem. Sine fastidio implendus est; quid enim ad rem pertinet quid accipiat, perditurus quidquid acceperit?	(12) Далее, тебе не за что будет так уж себя хвалить, если ты презришь золотые ложа и посуду в самоцветах. Велика ли добродетель - презреть лишнее? Восхищайся собой, когда презришь необходимое. Пусть ты можешь жить без царского убранства, - это не так уж много! Пусть тебе не нужны тысячефунтовые кабаны, языки заморских птиц и прочие чудовищные выдумки роскоши, пресытившейся целыми тушками и выбирающей из каждой только те или другие части, - я буду восхищаться тобою, когда ты презришь даже грубый хлеб, когда убедишь себя, что трава родится не только для скота, но, в случае необходимости, и для человека, когда узнаешь, что молодыми побегами деревьев тоже можно наполнить желудок, который мы набиваем ценностями, словно он может их сохранить. Насытиться можно и без прихотей. Какая разница, что поглотило брюхо, которое все равно не удержит проглоченного?
[13] Delectant te disposita quae terra marique capiuntur, alia eo gratiora si recentia perferuntur ad mensam, alia si diu pasta et coacta pinguescere fluunt ac vix saginam continent suam; delectat te nitor horum arte quaesitus. At mehercules ista sollicite scrutata varieque condita, cum subierint ventrem, una atque eadem foeditas occupabit. Vis ciborum voluptatem contemnere? exitum specta.	(13) Тебе нравится видеть разложенным по блюдам все, что можно добыть на суше и на море; одно приятнее тебе, если доставлено к столу свежим, другое - если его долго откармливали и заставляли жиреть до того, что сейчас оно безудержно расплывается салом. Тебя радует наведенный с великим искусством лоск, - а между тем, клянусь, все эти с трудом добытые и разнообразно приготовленные яства, едва попав в утробу, превратятся в одинаковую

	мерзость. Хочешь научиться, как презирать чревоугодие? Взгляни, чем все выходит!
[14] Attalum memini cum magna admiratione omnium haec dicere: 'diu' inquit 'mihi inposuere divitiae. Stupebam ubi aliquid ex illis alio atque alio loco fulserat; existimabam similia esse quae laterent his quae ostenderentur. Sed in quodam apparatu vidi totas opes urbis, caelata et auro et argento et iis quae pretium auri argentique vicerunt, exquisitos colores et vestes ultra non tantum nostrum sed ultra finem hostium advectas; hinc puerorum perspicuos cultu atque forma greges, hinc feminarum, et alia quae res suas recognoscens summi imperii fortuna protulerat.	(14) Я помню, как Аттал к вящему восхищению всех говорил: "Долгое время меня ослепляло богатство; я цепенел всякий раз, как видел там или здесь его блеск, и думал, что и скрытое от глаз подобно выставляемому на обозренье. Но однажды на пышном празднестве я увидел все богатства столицы, все чеканное золото и серебро, и еще многое, что дороже золота и серебра, и одежды изысканных цветов, привезенные не только из-за нашей границы, но и из-за рубежей наших врагов. Тут были толпы мальчиков, прекрасных и убранством и наружностью, там - толпы женщин, словом, все, что выставила всевластная фортуна, обозревающая свои владения.
[15] "Quid hoc est" inquam "aliud inritare cupiditates hominum per se incitatas? quid sibi vult ista pecuniae pompa? ad discendam avaritiam convenimus?" At mehercules minus cupiditatis istinc effero quam adtuleram. Contempsi divitias, non quia supervacuae sed quia pusillae sunt.	(15) И я сказал себе: что это, как не разжигание и без того не знающих покоя человеческих вожделений? К чему это бахвальство своими деньгами? Мы собрались здесь учиться жадности. А я, клянусь, унесу отсюда меньше вожделений, чем принес сюда. Я презираю теперь богатства не потому, что они не нужны, а потому, что они ничтожны.
[16] Vidistine quam intra paucas horas ille ordo quamvis lentus dispositusque transierit? Hoc totam vitam nostram occupabit quod totum diem occupare non potuit? Accessit illud quoque: tam supervacuae mihi visae sunt habentibus quam fuerunt spectantibus.	(16) Ты видел, вся эта череда, хотя шла медленно и не густо, прошла за два-три часа? Так неужто нас на всю жизнь займет то, что не могло занять и целого дня? И еще одно прибавилось: мне показалось, что богатства так же не нужны владельцам, как и зрителям.
[17] Hoc itaque ipse mihi dico quotiens tale aliquid praestrinxerit oculos meos, quotiens occurrit domus splendida, cohors culta servorum, lectica formonsis inposita calonibus: "quid miraris? quid stupes? pompa est. Ostenduntur istae res, non possidentur, et dum placent transeunt".	(17) С тех пор всякий раз, когда что-нибудь такое поразит мой взгляд, когда попадется на глаза блистательный дом, отряд лощеных рабов, носилки на плечах красавцев-слуг, я говорю себе: "Чему ты удивляешься? Перед чем цепенеешь? Все это - одно бахвальство! Такими вещами не владеют - их выставляют напоказ, а покуда ими любуются, они исчезают.

[18] Ad veras potius te converte divitias; disce parvo esse contentus et illam vocem magnus atque animosus exclama: habemus aquam, habemus polentam; Iovi ipsi controversiam de felicitate faciamus. Faciamus, oro te, etiam si ista defuerint; turpe est beatam vitam in auro et argento reponere, aeque turpe in aqua et polenta. "Quid ergo faciam si ista non fuerint?"	(18) Обратись-ка лучше к подлинным богатствам, научись довольствоваться малым и с великим мужеством восклицай: у нас есть вода, есть мучная похлебка, - значит, мы и с самим Юпитером потягаемся счастьем! Но прошу тебя: потягаемся, даже если их не будет. Постыдно полагать все блаженство жизни в золоте и серебре, но столь же постыдно - в воде и похлебке". -
[19] Quaeris quod sit remedium inopiae? Famem fames finit: alioquin quid interest magna sint an exigua quae servire te cogant? quid refert quantulum sit quod tibi possit negare fortuna?	(19) "А как же, если их не будет?" - Ты спрашиваешь, где лекарство от нужды? Голод кладет конец голоду. А не то какая разница, велики или малы те вещи, которые обращают тебя в рабство? Важно ли, насколько велико то, в чем может отказать тебе фортуна?
[20] Haec ipsa aqua et polenta in alienum arbitrium cadit; liber est autem non in quem parum licet fortunae, sed in quem nihil. Ita est: nihil desideres oportet si vis Iovem provocare nihil desiderantem.'	(20) Эта самая вода и похлебка зависит от чужого произвола; а свободен не тот, с кем фортуна мало что может сделать, но тот, с кем ничего. Да, это так; если ты хочешь потягаться с Юпитером, который ничего не желает, - нужно самому ничего не желать".
Haec nobis Attalus dixit, natura omnibus dixit; quae si voles frequenter cogitare, id ages ut sis felix, non ut videaris, et ut tibi videaris, non aliis. Vale.	Все это Аттал говорил нам, а природа говорит всем5. Если ты согласишься часто об этом думать, то добьешься того, что станешь счастливым, а не будешь казаться, то есть будешь казаться счастливым самому себе, а не другим. Будь здоров.

CXI

[1] Quid vocentur Latine sophismata quaesisti a me. Multi temptaverunt illis nomen inponere, nullum haesit; videlicet, quia res ipsa non recipiebatur a nobis nec in usu erat, nomini quoque repugnatum est. Aptissimum tamen videtur mihi quo Cicero usus est: 'cavillationes' vocat.	(1) Ты спросил меня, как назвать "софизмы" по-латыни. Многие пытались дать им название, но ни одно не привилось; как видно, сам предмет для нас был неприемлем и настолько неупотребителен, что противились даже его имени. Мне самым подходящим кажется то, которое употреблял Цицерон:
[2] Quibus quisquis se tradidit quaestiunculas quidem vafras nectit, ceterum ad vitam nihil proficit: neque fortior fit neque temperantior neque elatior. At ille qui philosophiam in	(2) он называл их "изворотами"1, поскольку тот, кто им предался, только хитро запутывает мелкие вопросы, ничего полезного для жизни не приобретая, не став ни мужественней,

remedium suum exercuit ingens fit animo, plenus fiduciae, inexsuperabilis et maior adeunti.	ни воздержней, ни выше духом. Зато всякий, кто занимается философией ради собственного исцеления, делается велик духом и неодолим, преисполняется уверенности и кажется тем выше, чем ближе подойдешь.
[3] Quod in magnis evenit montibus, quorum proceritas minus apparet longe intuentibus: cum accesseris, tunc manifestum fit quam in arduo summa sint. Talis est, mi Lucili, verus et rebus, non artificiis philosophus. In edito stat, admirabilis, celsus, magnitudinis verae; non exsurgit in plantas nec summis ambulat digitis eorum more qui mendacio staturam adiuvant longioresque quam sunt videri volunt; contentus est magnitudine sua.	(3) Что бывает с большими горами, чья высота плохо видна смотрящим издали, и только приблизившимся становится ясно, как вознеслись их вершины, - то же самое, Луцилий, происходит и с подлинным философом, доказывающим свою подлинность делами, а не ухищрениями. Он стоит на возвышении, всем видимый снизу вверх, и величье его - истинное. Он не обувает высоких подметок и не ходит на цыпочках, наподобие тех, кто уловками прибавляет себе росту, желая казаться выше, чем на самом деле. Он доволен своим природным ростом.
[4] Quidni contentus sit eo usque crevisse quo manus fortuna non porrigit? Ergo et supra humana est et par sibi in omni statu rerum, sive secundo cursu vita procedit, sive fluctuatur et [it] per adversa ac difficilia: hanc constantiam cavillationes istae de quibus paulo ante loquebar praestare non possunt. Ludit istis animus, non proficit, et philosophiam a fastigio suo deducit in planum.	(4) Да и как ему быть недовольным, если он дорос до того, что фортуне к нему не дотянуться? Значит, рост его выше человеческого и при любых обстоятельствах остается одинаковым, будет ли теченье жизни благоприятным или же она бурно понесется через пороги трудностей. Такого постоянства не дадут хитрые извороты, о которых я только что говорил. Душа забавляется ими, но без пользы для себя, и низводит философию с ее высот в низину.
[5] Nec te prohibuerim aliquando ista agere, sed tunc cum voles nihil agere. Hoc tamen habent in se pessimum: dulcedinem quandam sui faciunt et animum specie subtilitatis inductum tenent ac morantur, cum tanta rerum moles vocet, cum vix tota vita sufficiat ut hoc unum discas, vitam contemnere. 'Quid regere?' inquis. Secundum opus est; nam nemo illam bene rexit nisi qui contempserat. Vale.	(5) Я не стану запрещать тебе иногда ими заняться, - но только тогда, когда тебе захочется побездельничать. В том-то и вся беда, что в них есть некая приятность, они держат в плену душу, соблазненную видимостью тонкости, и не отпускают, хоть ее и зовет неодолимая громада дел, хотя всей жизни едва хватает на то одно, чтобы научиться презирать жизнь. - "А не управлять ею?" - спросишь ты. Это дело второе; ведь только тот, кто презрел ее, сумеет хорошо ею управлять. Будь здоров.

CXII

[1] Cupio mehercules amicum tuum formari ut desideras etinstitui, sed valde durus capitur; immo, quod est molestius, valde mollis capitur et consuetudine mala ac diutina fractus. Volo tibi ex nostro artificio exemplum referre.	(I) Клянусь тебе, я и хочу образовать твоего друга, как ты желаешь, и решил сделать это, - да он слишком тверд, чтоб воспринимать, или вернее - и это еще хуже - слишком мягок, чтобы воспринимать, и сломлен долголетними дурными привычками. Я хочу привести тебе пример из нашего ремесла.
[2] Non quaelibet insitionem vitis patitur: si vetus et exesa est, si infirma gracilisque, aut non recipiet surculum aut non alet nec adplicabit sibi nec in qualitatem eius naturamque transibit. Itaque solemus supra terram praecidere ut, si non respondit, temptari possit secunda fortuna et iterum repetita infra terram inseratur.	(2) Не всякая лоза годна для прививки: та, что стара и изъедена, и та, что не окрепла и гнется, либо не принимают привоя, либо его не питают, не дают срастись с собой, не перенимают его свойств и природы. Поэтому мы и делаем обыкновенно надрез над землею, чтобы, если лоза не ответит, попытать счастья вторично и сделать новую прививку под землею.
[3] Hic de quo scribis et mandas non habet vires: indulsit vitiis. Simul et emarcuit et induruit; non potest recipere rationem, non potest nutrire. 'At cupit ipse.' Noli credere. Non dico illum mentiri tibi: putat se cupere. Stomachum illi fecit luxuria: cito cum illa redibit in gratiam.	(3) Тот, кого ты в письме поручал мне, не имеет сил; он предавался порокам и оттого подгнил и отвердел одновременно. Он не может ни принять, ни вскормить привой разума. - "Но ведь он сам жаждет!" - Не верь! Я не хочу сказать, что он тебе лжет; он сам воображает, будто жаждет. Роскошь ему опротивела, однако он скоро снова с нею помирится. -
[4] 'Sed dicit se offendi vita sua.' Non negaverim; quis enim non offenditur? Homines vitia sua et amant simul et oderunt. Tunc itaque de illo feremus sententiam cum fidem nobis fecerit invisam iam sibi esse luxuriam: nunc illis male convenit. Vale.	(4) "Но он говорит, что такая жизнь ему в тягость". - Не спорю; а кому она не в тягость? Люди и любят, и ненавидят свою жизнь. Вынесем ему приговор тогда, когда он на деле докажет нам свою .ненависть к роскоши, а сейчас они только в размолвке. Будь здоров.

CXIII

[1] Desideras tibi scribi a me quid sentiam de hac quaestione iactata apud nostros, an iustitia, fortitudo, prudentia ceteraeque virtutes animalia sint. Hac subtilitate effecimus, Lucili carissime, ut exercere ingenium inter inrita videremur et disputationibus nihil profuturis otium terere. Faciam quod desideras et quid nostris videatur exponam; sed me in alia esse sententia	(1) Ты требуешь написать тебе, что я думаю о вопросе, так часто обсуждаемом нашими: одушевленные ли существа - справедливость, мужество, разумность и прочие добродетели. Такими тонкостями, Луцилий, мы только одного и добьемся: всем покажется, будто мы заняты пустыми упражнениями ума и от нечего делать предаемся бесполезным

profiteor: puto quaedam esse quae deceant phaecasiatum palliatumque. Quae sint ergo quae antiquos moverint vel quae sint quae antiqui moverint dicam.	рассуждениям. Я поступлю, как ты требуешь, и изложу мненье наших. Но признаюсь, сам я сужу об этом иначе. Есть вещи, которые пристали только носящим сандалии да короткий плащ '. Итак, вот что занимало древних, или вот чем занимались древние.
[2] Animum constat animal esse, cum ipse efficiat ut simus animalia, cum ab illo animalia nomen hoc traxerint; virtus autem nihil aliud est quam animus quodam modo se habens; ergo animal est. Deinde virtus agit aliquid; agi autem nihil sine impetu potest; si impetum habet, qui nulli est nisi animali, animal est.	(2) Душа, бесспорно, одушевлена, поскольку и нас делает одушевленными, и все одушевленные существа получили от нее имя. Добродетель же есть не что иное, как душа в известном состоянии; значит, и она одушевлена. Далее: добродетель производит действие, а это невозможно для того, в чем нет самодвиженья; если же самодвиженье, присущее только одушевленным предметам, есть в ней, то и она одушевлена. - "Но если добродетель одушевлена, то она обладает добродетелью". - А почему бы ей не обладать самой собою?
[3] 'Si animal est' inquit 'virtus, habet ipsa virtutem.' Quidni habeat se ipsam? quomodo sapiens omnia per virtutem gerit, sic virtus per se. 'Ergo' inquit 'et omnes artes animalia sunt et omnia quae cogitamus quaeque mente conplectimur. Sequitur ut multa millia animalium habitent in his angustiis pectoris, et singuli multa simus animalia aut multa habeamus animalia.' Quaeris quid adversus istud respondeatur? Unaquaeque ex istis res animal erit: multa animalia non erunt. Quare? dicam, si mihi accommodaveris subtilitatem et intentionem tuam.	(3) Как мудрец все делает через добродетель, так и сама добродетель. - "Стало быть, одушевлены и все искусства, и все, что мы думаем, все, что наш дух объемлет собою, и в тесноте нашего сердца обитает много тысяч одушевленных существ, а каждый из нас - это множество живых существ, либо каждый содержит в себе множество их". - Ты спрашиваешь, что отвечают в опроверженье этого? Каждый из названных предметов одушевлен, но вместе они множеством одушевленных существ не будут. - "Как так?" - Я скажу тебе, если ты приложишь все свое вниманье и сообразительность.
[4] Singula animalia singulas habere debent substantias; ista omnia unum animum habent; itaque singula esse possunt, multa esse non possunt. Ego et animal sum et homo, non tamen duos esse nos dices. Quare? quia separati debent esse. Ita dico: alter ab altero debet esse diductus ut duo sint. Quidquid in uno multiplex est sub unam naturam cadit; itaque unum est.	(4) Отдельный одушевленный предмет должен иметь отдельную сущность, а у этих всех душа одна; значит, быть отдельными они могут, быть множеством не могут. Ведь я - и человек, и живое существо, но ты не скажешь, что нас двое. Почему? Потому что двое должны существовать порознь, иначе говоря, должны быть отделены друг от друга, чтобы их было двое. А что множественно внутри единого, то относится к одной природе

	и, значит, существует как одно.
[5] Et animus meus animal est et ego animal sum, duo tamen non sumus. Quare? quia animus mei pars est. Tunc aliquid per se numerabitur cum per se stabit; ubi vero alterius membrum erit, non poterit videri aliud. Quare? dicam: quia quod aliud est suum oportet esse et proprium et totum et intra se absolutum.	(5) И душа моя одушевлена, и сам я - существо одушевленное, однако нас не двое. Почему? Потому что душа есть часть меня самого. Любой предмет может считаться отдельно, если он самостоятелен, а где он - лишь член другого предмета, там его нельзя рассматривать как нечто особое. - "Почему?" - Я отвечу: все особое должно принадлежать самому себе и быть завершенным в себе независимым целым.
[6] Ego in alia esse me sententia professus sum; non enim tantum virtutes animalia erunt, si hoc recipitur, sed opposita quoque illis vitia et adfectus, tamquam ira, timor, luctus, suspicio. Ultra res ista procedet: omnes sententiae, omnes cogitationes animalia erunt. Quod nullo modo recipiendum est; non enim quidquid ab homine fit homo est.	(6) Я признавался тебе, что сам сужу об этом иначе. Ведь если с этим согласиться, то не одни добродетели окажутся одушевленными существами, но и противоположные им пороки и страсти, такие как гнев, скорбь, страх, подозренье. Можно пойти еще дальше: одушевленными будут все наши мысли, все сужденья, - а с этим уж никак нельзя согласиться. Ведь не все, что исходит от человека, есть человек. -
[7] 'Iustitia quid est?' inquit. Animus quodam modo se habens. 'Itaque si animus animal est, et iustitia.' Minime; haec enim habitus animi est et quaedam vis. Idem animus in varias figuras convertitur et non totiens animal aliud est quotiens aliud facit; nec illud quod fit ab animo animal est.	(7) "Что такое справедливость? Некое состояние души. Значит, если душа одушевлена, то и справедливость также". - Нет, она есть состояние души и некая ее сила. Одна душа превращается во множество обличий, но не становится другим существом всякий раз, как совершает нечто другое; и то, что исходит от нее, не есть одушевленное существо.
[8] [Si] iustitia animal est, [si] fortitudo, si ceterae virtutes, utrum desinunt esse animalia subinde aut rursus incipiunt, an semper sunt? desinere virtutes non possunt. Ergo multa animalia, immo innumerabilia, in hoc animo versantur.	(8) Если и справедливость - одушевленное существо, и мужество, и прочие добродетели, то перестают ли они порой существовать, а потом снова возникают, или же пребывают всегда? Добродетели перестать существовать не могут, значит, в одной душе теснится множество, несчетное множество живых существ. -
[9] 'Non sunt' inquit 'multa, quia ex uno religata sunt et partes unius ac membra sunt.' Talem ergo faciem animi nobis proponimus qualis est hydrae multa habentis capita, quorum unumquodque per se pugnat, per se nocet. Atqui nullum ex illis capitibus	(9) "Но их не множество, все они привязаны к одному и остаются частями и членами одного и того же". - Значит, мы представляем себе душу подобьем гидры со многими головами, из которых каждая сама по себе сражается, сама по себе жалит. Но

animal est, sed animalis caput: ceterum ipsa unum animal est. Nemo in Chimaera leonem animal esse dixit aut draconem: hae partes erant eius; partes autem non sunt animalia.	ведь ни одна из этих голов не есть одушевленное существо, все они - головы одного существа; и вся гидра - одно существо. А в химере ни льва, ни змея нельзя назвать отдельными существами: они - части химеры и, значит, отдельными существами не могут быть. Из чего ты можешь сделать вывод, будто справедливость - одушевленное существо? -
[10] Quid est quo colligas iustitiam animal esse? 'Agit' inquit 'aliquid et prodest; quod autem agit et prodest impetum habet; [quod autem impetum habet] animal est.' Verum est si suum impetum habet; [suum autem non habet] sed animi.	(10) "Она оказывает действие, приносит пользу, обладает движением, а обладающее им есть одушевленное существо". - Это было бы правильно, если бы она обладала самодвижением; но справедливость движима не самою собой, а душою.
[11] Omne animal donec moriatur id est quod coepit: homo donec moriatur homo est, equus equus, canis canis; transire in aliud non potest. Iustitia, id est animus quodam modo se habens, animal est. Credamus: deinde animal est fortitudo, id est animus quodam modo se habens. Quis animus? ille qui modo iustitia erat? Tenetur in priore animali, in aliud animal transire ei non licet; in eo illi in quo primum esse coepit perseverandum est.	(11) Всякое живое существо до самой смерти остается тем же, чем появилось на свет; человек, покуда не умрет, остается человеком, лошадь - лошадью, собака - собакой, и перейти одно в другое не может. Справедливость - то есть душа в неком состоянии - существо одушевленное. Что же, поверим! Далее, одушевленное существо есть и храбрость - также душа в неком состоянии. Какая душа? Та же, которая только что была справедливостью? Одушевленные существа остаются, чем были, им не дано превратиться в другое существо и положено пребывать в том же виде, в каком они появились на свет.
[12] Praeterea unus animus duorum esse animalium non potest, multo minus plurium. Si iustitia, fortitudo, temperantia ceteraeque virtutes animalia sunt, quomodo unum animum habebunt? singulos habeant oportet, aut non sunt animalia.	(12) Кроме того, одна душа не может принадлежать двум существам, а тем более - многим. Если справедливость, мужество, умеренность и все прочие добродетели - одушевленные существа, как же может быть у них одна душа на всех? Нужно, чтобы у каждой была своя, - или же они не будут одушевленными существами.
[13] Non potest unum corpus plurium animalium esse. Hoc et ipsi fatentur. Iustitiae quod est corpus? 'Animus'. Quid? fortitudinis quod est corpus? 'Idem animus'. Atqui unum corpus esse duorum animalium non potest.	(13) Одна тело не может принадлежать многим существам, - это и наши противники признают. Но что есть тело справедливости? Душа! А тело мужества? Опять-таки душа! Не может быть у двух существ одно тело. -
[14] 'Sed idem animus' inquit 'iustitiae	(14) "Но одна и та же душа переходит

habitum induit et fortitudinis et temperantiae.' Hoc fieri posset si quo tempore iustitia esset fortitudo non esset, quo tempore fortitudo esset temperantia non esset; nunc vero omnes virtutes simul sunt. Ita quomodo singulae erunt animalia, cum unus animus sit, qui plus quam unum animal non potest facere?	из состояния в состояние, становясь то справедливостью, то мужеством, то умеренностью". - Могло бы быть и так, если бы душа, став справедливостью, переставала быть мужеством, став мужеством, переставала бы быть умеренностью; но ведь все добродетели пребывают одновременно. Так как же могут они быть отдельными существами, если душа одна и не может стать больше чем- одним существом?
[15] Denique nullum animal pars est alterius animalis; iustitia autem pars est animi; non est ergo animal.	(15) И потом, ни одно одушевленное существо не бывает частью другого, справедливость же - часть души и, следовательно, не есть одушевленное существо.
Videor mihi in re confessa perdere operam; magis enim indignandum de isto quam disputandum est. Nullum animal alteri par est. Circumspice omnium corpora: nulli non et color proprius est et figura sua et magnitudo.	Мне кажется, я напрасно трачу силы, доказывая вещи общепризнанные. Тут скорее уместно негодование, а не спор. Ни одно существо не бывает во всем подобно другому. Осмотри все и вся: каждое тело имеет и свой цвет, и свои очертанья, и свою величину.
[16] Inter cetera propter quae mirabile divini artificis ingenium est hoc quoque existimo esse, quod in tanta copia rerum numquam in idem incidit; etiam quae similia videntur, cum contuleris, diversa sunt. Tot fecit genera foliorum: nullum non sua proprietate signatum; tot animalia: nullius magnitudo cum altero convenit, utique aliquid interest. Exegit a se ut quae alia erant et dissimilia essent et inparia. Virtutes omnes, ut dicitis, pares sunt; ergo non sunt animalia.	(16) В числе причин, по которым удивителен разум божественного создателя, я полагаю и ту, что среди такого обилия вещей он ни разу не впал в повторенье: ведь даже на первый взгляд похожее оказывается разным, если сравнить. Сколько создал он разновидностей листьев - и у каждой свои особые приметы, сколько животных - и ни одно не сходствует2 с другим полностью, всегда есть различия. Он сам от себя потребовал, чтобы разные существа были и не похожи, и не одинаковы. А добродетели, по вашим же словам, все равны: значит, они не могут быть одушевленными существами.
[17] Nullum non animal per se agit; virtus autem per se nihil agit, sed cum homine. Omnia animalia aut rationalia sunt, ut homines, ut dii, [aut inrationalia, ut ferae, ut pecora]; virtutes utique rationales sunt; atqui nec homines sunt nec dii; ergo non sunt animalia.	(17) Кроме одушевленного существа, ничто не может действовать само собою; но добродетель сама собою и не действует - ей нужен человек. Все существа делятся на разумных, как человек и боги, и неразумных, как звери и скоты; добродетели непременно разумны, но притом и не боги и не люди; значит, они не могут

	быть одушевленными существами.
[18] Omne rationale animal nihil agit nisi primum specie alicuius rei inritatum est, deinde impetum cepit, deinde adsensio confirmavit hunc impetum. Quid sit adsensio dicam. Oportet me ambulare: tunc demum ambulo cum hoc mihi dixi et adprobavi hanc opinionem meam; oportet me sedere: tunc demum sedeo. Haec adsensio in virtute non est.	(18) Всякое разумное существо, чтобы действовать, должно быть сперва раздражено видом какой-либо вещи, затем почувствовать побужденье двинуться, которое наконец подтверждается согласием. Что это за согласие, я скажу. Мне пора гулять; но пойду я гулять только после того, как скажу себе об этом, а потом одобрю свое мнение. Пора мне сесть - но сяду я только после этого. Такого согласия добродетель не знает.
[19] Puta enim prudentiam esse: quomodo adsentietur 'oportet me ambulare'? Hoc natura non recipit. Prudentia enim ei cuius est prospicit, non sibi; nam nec ambulare potest nec sedere. Ergo adsensionem non habet; quod adsensionem non habet rationale animal non est. Virtus si animal est, rationale est; rationale autem non est; ergo nec animal.	(19) Представь себе, к примеру, разумность; как может она дать согласие: "пора мне гулять"? Этого природа не допускает: разумность предвидит для того, кому принадлежит, а не для себя самой. Ведь она не может ни гулять, ни сидеть; значит, согласия она не знает, а без согласия нет и разумного существа. Если добродетель - существо, то существо разумное; но она не принадлежит к разумным, а значит, и к одушевленным существам.
[20] Si virtus animal est, virtus autem bonum omnest, omne bonum animal est. Hoc nostri fatentur. Patrem servare bonum est, et sententiam prudenter in senatu dicere bonum est, et iuste decernere bonum est; ergo et patrem servare animal est et prudenter sententiam dicere animal est. Eo usque res ~exegit~ ut risum tenere non possis: prudenter tacere bonum est, [* * * cenare bonum est]; ita et tacere et cenare animal est.	(20) Если добродетель - одушевленное существо, а всякое благо есть добродетель, значит, всякое благо - одушевленное существо. Наши это и признают. Спасти отца - благо, внести в сенате .разумное предложение - благо, решить дело по справедливости благо; значит, и спасенье отца - одушевленное существо, и разумно высказанное предложение - одушевленное существо. Тут дело заходит так далеко, что нельзя не засмеяться. Предусмотрительно промолчать - благо, хорошо поужинать - благо, значит, и молчанье, и ужин - одушевленные существа!
[21] Ego mehercules titillare non desinam et ludos mihi ex istis subtilibus ineptiis facere. Iustitia et fortitudo, si animalia sunt, certe terrestria sunt; omne animal terrestre alget, esurit, sitit; ergo iustitia alget, fortitudo esurit, clementia sitit.	(21) Право, мне хочется подольше пощекотать себя и позабавиться этими хитроумными глупостями. Если справедливость и мужество - одушевленные существа, то они и существа земные. Всякое земное существо мерзнет, хочет есть и пить; значит, справедливость мерзнет,

	мужество хочет есть, милосердие - пить.
[22] Quid porro? non interrogabo illos quam figuram habeant ista animalia? hominis an equi an ferae? Si rotundam illis qualem deo dederint, quaeram an et avaritia et luxuria et dementia aeque rotundae sint; sunt enim et ipsae animalia. Si has quoque conrotundaverint, etiamnunc interrogabo an prudens ambulatio animal sit. Necesse est confiteantur, deinde dicant ambulationem animal esse et quidem rotundum.	(22) И еще, почему бы мне не спросить, каков облик этих существ? Человеческий, лошадиный, звериный? Если они припишут им круглую форму, как богу3, я спрошу: а что, жадность, мотовство, безрассудство тоже круглы? Ведь и они - одушевленные существа. Если они их тоже округлят, я опять-таки спрошу: а гулянье в меру - одушевленное существо? Им придется согласиться, а потом сказать, что и гулянье, будучи существом одушевленным, кругло.
[23] Ne putes autem primum [me] ex nostris non ex praescripto loqui sed meae sententiae esse, inter Cleanthen et discipulum eius Chrysippum non convenit quid sit ambulatio. Cleanthes ait spiritum esse a principali usque in pedes permissum, Chrysippus ipsum principale. Quid est ergo cur non ipsius Chrysippi exemplo sibi quisque se vindicet et ista tot animalia quot mundus ipse non potest capere derideat?	(23) Впрочем, не думай, будто я первым из наших стал говорить не по предписанному, а по своему разумению. И между Клеанфом и его учеником Хрисиппом не было согласья в том, что такое гулянье. Клеанф говорит, что это дух посылается руководящим началом4 к ногам, а Хрисипп - что это само руководящее начало. Так почему бы каждому, по-примеру самого Хрисиппа, не заявить о своей самостоятельности и не' высмеять все это множество существ, которого и весь мир не вместит?
[24] 'Non sunt' inquit 'virtutes multa animalia, et tamen animalia sunt. Nam quemadmodum aliquis et poeta est et orator, et tamen unus, sic virtutes istae animalia sunt sed multa non sunt. Idem est animus et animus et iustus et prudens et fortis, ad singulas virtutes quodam modo se habens.'	(24) "Добродетели - это не многие существа, но все же существа. Как' человек бывает поэтом и оратором, оставаясь одним человеком, так и-добродетели - существа, но не многие. Душа справедливая, и разумная, и мужественная - это все одна душа, только состояние ее меняется-соответственно добродетелям". -
[25] Sublata * * * convenit nobis. Nam et ego interim fateor animum animal esse, postea visurus quam de ista re sententiam feram: actiones eius animalia esse nego. Alioqui et omnia verba erunt animalia et omnes versus. Nam si prudens sermo bonum est, bonum autem omne animal est, [sermo animal est]. Prudens versus bonum est, bonum autem omne animal est; versus ergo animal est. Ita	(25) Ладно, вопрос снят. Ведь и я покамест признаю душу существом одушевленным, а потом погляжу, какого суждения мне на этот счет держаться; но вот что деянья души суть одушевленные существа, я отрицаю. Не то и все слова окажутся одушевленными, и все стихи. Ведь если разумная речь - благо, а благо - существо одушевленное, значит, и речь тоже. Разумные стихи благо, благо - одушевленное существо, значит, и

	стихи тоже. Выходит, что"
arma virumque cano	*"Битвы и мужа пою"* -
animal est, quod non possunt rotundum dicere cum sex pedes habeat.	одушевленное существо, только его не назовут круглым, коль скоро оно о шести стопах5. -
[26] 'Textorium' inquis 'totum mehercules istud quod cum maxime agitur.' Dissilio risu cum mihi propono soloecismum animal esse et barbarismum et syllogismum et aptas illis facies tamquam pictor adsigno. Haec disputamus attractis superciliis, fronte rugosa? Non possum hoc loco dicere illud Caelianum: 'o tristes ineptias!' Ridiculae sunt.	(26) Ты скажешь: "Вот уж, право, занялся хитросплетеньями!" - А я лопаюсь со смеху, когда воображаю себе одушевленными существами и солецизм, и варваризм, и силлогизм, и придумываю для них, на манер живописца, подходящие обличья. Вот о чем мы рассуждаем, нахмуря брови и наморщив лоб. Тут я не могу не сказать вместе с Цецилием6: "О глупости унылые!" Смешно все это!
Quin itaque potius aliquid utile nobis ac salutare tractamus et quaerimus quomodo ad virtutes pervenire possimus, quae nos ad illas via adducat?	Лучше займемся чем-нибудь полезным и спасительным для нас, поищем, как нам пробиться к добродетели, где ведущие к ней дороги.
[27] Doce me non an fortitudo animal sit, sed nullum animal felix esse sine fortitudine, nisi contra fortuita convaluit et omnis casus antequam exciperet meditando praedomuit. Quid est fortitudo? Munimentum humanae imbecillitatis inexpugnabile, quod qui circumdedit sibi securus in hac vitae obsidione perdurat; utitur enim suis viribus, suis telis.	(27) Учи меня не тому, одушевленное ли существо храбрость, а тому, что ни одно существо не бывает счастливым без храбрости, если не укрепит себя против всего случайного и не усмирит в мыслях все превратности еще раньше, чем испытает их. Что такое храбрость? Неприступное укрепление, обороняющее человеческую слабость; кто возвел его вокруг себя, тот безопасно выдержит осаду жизни: ведь у него есть свои силы, свое оружие.
[28] Hoc loco tibi Posidonii nostri referre sententiam volo: 'non est quod umquam fortunae armis putes esse te tutum: tuis pugna. Contra ipsam fortuna non armat; itaque contra hostes instructi, contra ipsam inermes sunt.'	(28) Тут я хочу привести тебе изреченье нашего Посидония: "И не думай, будто оружье фортуны избавит тебя от опасностей, - бейся твоим собственным! Фортуна против себя не вооружит. Значит, даже" снаряженные против врага - против нее безоружны".
[29] Alexander Persas quidem et Hyrcanos et Indos et quidquid gentium usque in oceanum extendit oriens vastabat fugabatque, sed ipse modo occiso amico, modo amisso, iacebat in tenebris, alias scelus, alias desiderium suum maerens, victor tot regum atque populorum irae tristitiaeque succumbens; id enim egerat ut omnia potius haberet in potestate quam	(29) Александр разорил и обратил в бегство и персов, и гиркан7, и индийцев, и все племена, сколько их есть на востоке вплоть до Океана; а сам, одного друга потеряв, другого убив8, лежал в темноте, один раз горюя о своем злодеянии, в другой - тоскуя об утрате. Победитель стольких царей и народов поддался гневу и печали: ведь он старался подчинить

adfectus.	своей власти все, кроме страстей.
[30] O quam magnis homines tenentur erroribus qui ius dominandi trans maria cupiunt permittere felicissimosque se iudicant si multas [pro] milite provincias obtinent et novas veteribus adiungunt, ignari quod sit illud ingens parque dis regnum: imperare sibi maximum imperium est.	(30) Какими заблужденьями одержимы люди, которые жаждут распространить за море свое право владения, считают себя счастливей всех, если займут военной силой множество провинций, присоединив новые к старым, - и не знают, в чем состоит безграничная богоравная власть! Повелевать собою - вот право величайшего из повелителей.
[31] Doceat me quam sacra res sit iustitia alienum bonum spectans, nihil ex se petens nisi usum sui. Nihil sit illi cum ambitione famaque: sibi placeat. Hoc ante omnia sibi quisque persuadeat: me iustum esse gratis oportet. Parum est. Adhuc illud persuadeat sibi: me in hanc pulcherrimam virtutem ultro etiam inpendere iuvet; tota cogitatio a privatis commodis quam longissime aversa sit. Non est quod spectes quod sit iustae rei praemium: maius in iusto est.	(31) Пусть научат меня, сколь священна справедливость, блюдущая чужое благо и ничего не добивающаяся, кроме одного: чтобы ею не пренебрегали. Ей нет дела до тщеславия, до молвы: она сама собой довольна. Вот в чем каждый должен убедить себя прежде всего: "Я должен быть справедлив безвозмездно!" Мало того! Пусть убедит себя вот в чем: "Этой прекраснейшей из добродетелей я рад буду пожертвовать всем!" Пусть все помыслы отвернутся прочь от твоих собственных выгод! Нельзя смотреть, будет ли за справедливое деяние награда помимо самой справедливости!
[32] Illud adhuc tibi adfige quod paulo ante dicebam, nihil ad rem pertinere quam multi aequitatem tuam noverint. Qui virtutem suam publicari vult non virtuti laborat sed gloriae. Non vis esse iustus sine gloria? at mehercules saepe iustus esse debebis cum infamia, et tunc, si sapis, mala opinio bene parta delectet. Vale.	(32) Запомни и то, что я говорил тебе недавно: неважно, многие ли знают о твоей справедливости. Кто хочет обнародовать свою добродетель, тот старается не ради добродетели, а ради славы. Ты не хочешь быть справедливым, не получая взамен славы? А ведь тебе, клянусь, придется быть справедливым и получить взамен поношенье! И тогда, если ты мудр, тебе будет отрадно дурное мнение, которое ты снискал добром. Будь здоров.

CXIV

[1] Quare quibusdam temporibus provenerit corrupti generis oratio quaeris et quomodo in quaedam vitia inclinatio ingeniorum facta sit, ut aliquando inflata explicatio vigeret, aliquando infracta et in morem cantici ducta; quare alias sensus audaces et fidem egressi placuerint, alias abruptae sententiae et	(1) Ты спрашиваешь меня, почему в те или иные времена возникает род испорченного красноречия, как появляется в умах склонность к тем или иным порокам, - так что иногда преобладает напыщенное произнесение, иногда - томное и протяжное, словно песня? Почему иногда нравятся мысли смелые и неправдоподобные, иногда -

suspiciosae, in quibus plus intellegendum esset quam audiendum; quare aliqua aetas fuerit quae translationis iure uteretur inverecunde. Hoc quod audire vulgo soles, quod apud Graecos in proverbium cessit: talis hominibus fuit oratio qualis vita.	выражения недоговоренные и загадочные, в которых приходится больше постигать умом, чем слухом? Почему была пора, когда бессовестно злоупотребляли переносными значениями? - Причина в том, о чем ты часто слышал и что у греков даже перешло в пословицу: "Какова у людей жизнь, такова и речь".
[2] Quemadmodum autem uniuscuiusque actio ~dicendi~ similis est, sic genus dicendi aliquando imitatur publicos mores, si disciplina civitatis laboravit et se in delicias dedit. Argumentum est luxuriae publicae orationis lascivia, si modo non in uno aut in altero fuit, sed adprobata est et recepta.	(2) И если у каждого оратора манера говорить похожа на него самого, то и господствующий род красноречия иногда подражает общим нравам. Если порядок в государстве расшатан, если граждане предались удовольствиям, то свидетельством общей страсти к ним будет распущенность речи, коль скоро она присуща не одному-двум ораторам, а всеми принята и одобрена.
[3] Non potest alius esse ingenio, alius animo color. Si ille sanus est, si compositus, gravis, temperans, ingenium quoque siccum ac sobrium est: illo vitiato hoc quoque adflatur. Non vides, si animus elanguit, trahi membra et pigre moveri pedes? si ille effeminatus est, in ipso incessu apparere mollitiam? si ille acer est et ferox, concitari gradum? si furit aut, quod furori simile est, irascitur, turbatum esse corporis motum nec ire sed ferri? Quanto hoc magis accidere ingenio putas, quod totum animo permixtum est, ab illo fingitur, illi paret, inde legem petit?	(3) Не может быть душа одного цвета, а ум другого. Если душа здорова, если она спокойна, степенна и воздержна, то и ум будет ясным и трезвым; развратят душу пороки - ум станет напыщенным. Разве ты не видел: у кого в душе томность, тот волочит ноги и двигается лениво; у кого душа порывиста и жестока, тот ускоряет шаг; у кого душа охвачена неистовством или так похожим на неистовство гневом, у того все телодвижения беспорядочны, тот не ходит, а мечется? Так неужели, по-твоему, того же самого не будет и с умом, тем более что он слит с душой воедино, ею создается, ей повинуется, от нее получает закон?
[4] Quomodo Maecenas vixerit notius est quam ut narrari nunc debeat quomodo ambulaverit, quam delicatus fuerit, quam cupierit videri, quam vitia sua latere noluerit. Quid ergo? non oratio eius aeque soluta est quam ipse discinctus? non tam insignita illius verba sunt quam cultus, quam comitatus, quam domus, quam uxor? Magni vir ingenii fuerat si illud egisset via rectiore, si non vitasset intellegi, si non etiam in oratione difflueret. Videbis itaque eloquentiam ebrii hominis involutam et errantem et licentiae plenam. [Maecenas de cultu suo.]	(4) Как жил Меценат, известно настолько хорошо, что мне нет нужды здесь об этом рассказывать: как он разгуливал, каким был щеголем, как хотел, чтобы на него смотрели, как не желал прятать свои пороки. Так что же? Разве речь его не была такой же вольной и распоясанной, как он сам? Разве его слова - под стать его одежде, слугам, дому, жене - не должны были больше всего удивлять? Он был бы человеком большого дарования, если бы повел его правильным путем, если б не избегал быть понятным, если бы знал границы хотя бы в речи. Его красноречие - ты увидишь сам - это красноречие пьяного,

	темное, беспутное и беззаконное. Есть ли что позорнее? [Меценат, "О моем образе жизни"]
[5] Quid turpius 'amne silvisque ripa comantibus'? Vide ut 'alveum lyntribus arent versoque vado remittant hortos'. Quid? si quis 'feminae cinno crispat et labris columbatur incipitque suspirans, ut cervice lassa fanantur nemoris tyranni'. 'Inremediabilis factio rimantur epulis lagonaque temptant domos et spe mortem exigunt.' 'Genium festo vix suo testem.' 'Tenuisve cerei fila et crepacem molam.' 'Focum mater aut uxor investiunt.'	(5) "По реке вдоль берегов, что лесами курчавятся, взгляни, как челны взбороздили русло, как, вспенивши мели, сад заставляют назад отбегать". Или это: "Завитки кудрявой женщины голубит губами, - начинает, вздыхая, - так закинув усталую голову, безумствуют леса владыки". - "Неисправимая шайка: на пирах они роются жадно, за бутылкой обыскивают домы, и надежда их требует смерти". - "Гений, который свой праздник } едва ли заметит, нити тонкого воска, и гремучая мельница, - а очаг украшают жена или мать". -
[6] Non statim cum haec legeris hoc tibi occurret, hunc esse qui solutis tunicis in urbe semper incesserit (nam etiam cum absentis Caesaris partibus fungeretur, signum a discincto petebatur); hunc esse qui [in] tribunali, in rostris, in omni publico coetu sic apparuerit ut pallio velaretur caput exclusis utrimque auribus, non aliter quam in mimo fugitivi divitis solent; hunc esse cui tunc maxime civilibus bellis strepentibus et sollicita urbe et armata comitatus hic fuerit in publico, spadones duo, magis tamen viri quam ipse; hunc esse qui uxorem milliens duxit, cum unam habuerit?	(6) Разве не сразу по прочтении ты увидишь, что это тот самый, кто всегда расхаживал по Риму в неподпоясанной тунике (даже когда он замещал отсутствовавшего Цезаря, пароль получали 2 от распоясанного полководца)? тот, кто и на суде, и на ораторском возвышенье, и на любой сходке появлялся с закутанной в плащ головой, оставляя открытыми только оба уха, наподобье богатых беглецов в мимах? 3 тот. кто в разгар гражданской войны, когда город был в страхе и все вооружились, ходил по улицам в сопровожденье двух скопцов - больше мужчин, чем он сам? кто тысячу раз женился - и брал ту же самую жену? 4
[7] Haec verba tam inprobe structa, tam neglegenter abiecta, tam contra consuetudinem omnium posita ostendunt mores quoque non minus novos et pravos et singulares fuisse. Maxima laus illi tribuitur mansuetudinis: pepercit gladio, sanguine abstinuit, nec ulla alia re quid posset quam licentia ostendit. Hanc ipsam laudem suam corrupit istis orationis portentosissimae delicis; apparet enim mollem fuisse, non mitem.	(7) Эти слова, так беззаконно соединенные, так небрежно расставленные, употребленные вопреки общепринятому смыслу, свидетельствуют о нравах не менее невиданных, извращенных и странных. Больше всего его хвалят за незлобивость: он не касался меча, не проливал крови, и если чем и выставлял напоказ свое могущество, так только вольностью нравов. Но он сам подпортил эту свою славу затейливостью чудовищных речей.
[8] Hoc istae ambages compositionis, hoc verba transversa, hoc sensus	(8) По ним видно, что он был изнежен, а не кроток. Это станет ясно любому, кто

miri, magni quidem saepe sed enervati dum exeunt, cuivis manifestum facient: motum illi felicitate nimia caput. Quod vitium hominis esse interdum, interdum temporis solet.	увидит его кудрявый слог, и перевернутые слова, и мысли, нередко величавые, но теряющие силу еще прежде, чем высказаны до конца. Чрезмерное счастье вскружило ему голову; иногда в этом повинен сам человек, иногда - время.
[9] Ubi luxuriam late felicitas fudit, cultus primum corporum esse diligentior incipit; deinde supellectili laboratur; deinde in ipsas domos inpenditur cura ut in laxitatem ruris excurrant, ut parietes advectis trans maria marmoribus fulgeant, ut tecta varientur auro, ut lacunaribus pavimentorum respondeat nitor; deinde ad cenas lautitia transfertur et illic commendatio ex novitate et soliti ordinis commutatione captatur, ut ea quae includere solent cenam prima ponantur, ut quae advenientibus dabantur exeuntibus dentur.	(9) Там, где счастье широко разливает страсть к удовольствиям, роскошь начинается с заботливого ухода за телом: потом хлопочут об утвари; потом с усердьем занимаются домом, стараясь, чтобы он был обширнее поместья, чтобы стены сверкали заморским мрамором, чтобы кровля сияла золотом и штучным потолкам отвечали блеском плиты пола. Потом изысканность распространяется и на обеды; тут ищут отличиться новизной блюд и переменой обычного их порядка: чем принято обед заканчивать, то подают сначала, что раздаривалось при входе, то дарят при выходе.
[10] Cum adsuevit animus fastidire quae ex more sunt et illi pro sordidis solita sunt, etiam in oratione quod novum est quaerit et modo antiqua verba atque exoleta revocat ac profert, modo fingit ~et ignota ac~ deflectit, modo, id quod nuper increbruit, pro cultu habetur audax translatio ac frequens.	(10) Когда душа привыкнет гнушаться всем общепринятым, а обычное считать слишком дешевым, - тогда ищут новизны и в речах, то вытаскивают на свет старинные забытые слова, то выдумывают новые или переиначивают общеизвестные, то принимают за верх изящества частые и смелые переносы смысла, которых стало так много в последнее время.
[11] Sunt qui sensus praecidant et hoc gratiam sperent, si sententia pependerit et audienti suspicionem sui fecerit; sunt qui illos detineant et porrigant; sunt qui non usque ad vitium accedant (necesse est enim hoc facere aliquid grande temptanti) sed qui ipsum vitium ament.	(11) Есть такие, что обрывают мысль, видя всю прелесть речи в недоговоренности, в том, чтобы дать слушателю только намек на смысл. Но есть и такие, что каждую мысль тянут и не могут кончить. Есть такие, что не случайно подходят вплотную к пороку (для всякого, кто отваживается на что-нибудь великое, это неизбежно), но этот самый порок любят.
Itaque ubicumque videris orationem corruptam placere, ibi mores quoque a recto descivisse non erit dubium. Quomodo conviviorum luxuria, quomodo vestium aegrae civitatis indicia sunt, sic orationis licentia, si modo frequens est, ostendit animos quoque a quibus verba exeunt	Словом, где ты увидишь, что испорченная речь нравится, там, не сомневайся, и нравы извратились. Как пышность пиров и одежды есть признак болезни, охватившей государство, так и вольность речи, если встречается часто, свидетельствует о падении душ, из которых исходят слова.

procidisse.	
[12] Mirari quidem non debes corrupta excipi non tantum a corona sordidiore sed ab hac quoque turba cultiore; togis enim inter se isti, non iudicis distant. Hoc magis mirari potes, quod non tantum vitiosa sed vitia laudentur. Nam illud semper factum est: nullum sine venia placuit ingenium. Da mihi quemcumque vis magni nominis virum: dicam quid illi aetas sua ignoverit, quid in illo sciens dissimulaverit. Multos tibi dabo quibus vitia non nocuerint, quosdam quibus profuerint. Dabo, inquam, maximae famae et inter admiranda propositos, quos si quis corrigit, delet; sic enim vitia virtutibus inmixta sunt ut illas secum tractura sint.	(12) И не приходится удивляться, если испорченность речи благосклонно воспринимается не только слушателями погрязнее, но и хорошо одетой толпой: ведь отличаются у них только тоги, а не мнения. Удивительнее то, что хвалят не только речи с изъяном, но и самые изъяны. Первое было всегда: без снисхождения не понравятся и самые великие. Дай мне любого, самого прославленного мужа - и я скажу тебе, что его век прощал ему и на что намеренно закрывал глаза. Я укажу тебе много таких, кому изъяны не повредили, и даже таких, кому они были на пользу, - укажу людей самых прославленных, которыми принято восхищаться; кто попробует что-нибудь исправить, тот все разрушит: изъяны здесь так неотделимы от достоинств, что потянут их за собою.
[13] Adice nunc quod oratio certam regulam non habet: consuetudo illam civitatis, quae numquam in eodem diu stetit, versat. Multi ex alieno saeculo petunt verba, duodecim tabulas loquuntur; Gracchus illis et Crassus et Curio nimis culti et recentes sunt, ad Appium usque et Coruncanium redeunt. Quidam contra, dum nihil nisi tritum et usitatum volunt, in sordes incidunt.	(13) Прибавь к этому, что для речи нет строгих правил. Их изменяет привычка, господствующая среди граждан, а она никогда не задерживается долго на одном. Многие ищут слова в далеких веках, говорят языком Двенадцати таблиц; для них и Гракх, и Красе, и Курион слишком изысканны и современны, они возвращаются к Аппию и Корунканию5. Другие, наоборот, признавая только избитое и общепринятое, впадают в пошлость.
[14] Utrumque diverso genere corruptum est, tam mehercules quam nolle nisi splendidis uti ac sonantibus et poeticis, necessaria atque in usu posita vitare. Tam hunc dicam peccare quam illum: alter se plus iusto colit, alter plus iusto neglegit; ille et crura, hic ne alas quidem vellit.	(14) И то и другое - порча, хотя и разного рода, - не меньшая, право, чем желанье пользоваться только словами яркими, звучными, поэтическими, а необходимых и общеупотребительных избегать. По-моему, и то, и другое неправильно. Один холит себя больше, чем нужно, другой небрежен больше, чем нужно: один и на бедрах выщипывает волосы, другой даже под мышками не выщипывает.
[15] Ad compositionem transeamus. Quot genera tibi in hac dabo quibus peccetur? Quidam praefractam et asperam probant; disturbant de industria si quid placidius effluxit; nolunt sine salebra esse iuncturam;	(15) Перейдем к слогу. Сколько примеров всяческих погрешностей могу я тебе привести! Некоторым по душе слог изломанный и шероховатый: где речь льется плавно, там они нарочно приводят ее в беспорядок, не допуская

virilem putant et fortem quae aurem inaequalitate percutiat. Quorundam non est compositio, modulatio est; adeo blanditur et molliter labitur.	ни одного заглаженного шва; что задевает слух своей неровностью, то им кажется мужественным и сильным. А у некоторых - не слог, а напев, до того мягко скользит их речь и ласкает уши.
[16] Quid de illa loquar in qua verba differuntur et diu expectata vix ad clausulas redeunt? Quid illa in exitu lenta, qualis Ciceronis est, devexa et molliter detinens nec aliter quam solet ad morem suum pedemque respondens?	(16) А что сказать о таком слоге, где слова переставляются подальше и, давно ожидаемые, появляются перед самою концовкой? Или о слоге медлительном, как у Цицерона, полого скатывающемся с мягкими замедлениями, ни на миг не отступающем от некого обыкновения, размеряемом привычными стопами?
Non tantum * * * in genere sententiarum vitium est, si aut pusillae sunt et pueriles aut inprobae et plus ausae quam pudore salvo licet, si floridae sunt et nimis dulces, si in vanum exeunt et sine effectu nihil amplius quam sonant.	И у высказываемых мыслей изъян может состоять не только в том, что они ничтожны, или простоваты, или бесчестны, или оскорбляют стыд чрезмерной дерзостью, но и в том, что они цветисты, что произносятся впустую и звучат громко, но никого не трогают.
[17] Haec vitia unus aliquis inducit, sub quo tunc eloquentia est, ceteri imitantur et alter alteri tradunt. Sic Sallustio vigente anputatae sententiae et verba ante expectatum cadentia et obscura brevitas fuere pro cultu. L. Arruntius, vir rarae frugalitatis, qui historias belli Punici scripsit, fuit Sallustianus et in illud genus nitens. Est apud Sallustium 'exercitum argento fecit', id est, pecunia paravit. Hoc Arruntius amare coepit; posuit illud omnibus paginis. Dicit quodam loco 'fugam nostris fecere', alio loco 'Hiero rex Syracusanorum bellum fecit', et alio loco 'quae audita Panhormitanos dedere Romanis fecere'.	(17) Все эти изъяны вводятся в обиход одним - тем, кто об эту пору главенствует в красноречии; остальные ему подражают и заражают один другого. Так, когда был в силе Саллюстий, верхом изысканности считались недоговоренные мысли, речи, прерывающиеся раньше, чем ожидаешь, темная краткость. Аррунтий6, человек редкой порядочности, написавший историю Пунической войны, был саллюстианцем и очень усердствовал в этом. У Саллюстия7 сказано: "Серебром сделал войско", то есть набрал его за деньги. Это полюбилось Аррунтию, ион начал на каждой странице писать так же. В одном месте он говорит: "Они сделали нашим бегство", в другом: "Гиерон, царь сиракузский, сделал войну", еще где-то: "Услышанное известие сделало так, что панормнтанцы сдались римлянам".
[18] Gustum tibi dare volui: totus his contexitur liber. Quae apud Sallustium rara fuerunt apud hunc crebra sunt et paene continua, nec sine causa; ille enim in haec incidebat, at hic illa quaerebat. Vides autem quid sequatur ubi alicui vitium pro exemplo est.	(18) Я дал тебе только образцы на пробу, а у него вся книга из этого состоит. Что у Саллюстия редкость, то у него попадается часто и чуть ли не постоянно, и не без причины: у Саллюстия такие реченья - случайность, Аррунтий отыскивал их нарочно. Видишь, что получается, когда за

	образец берется изъян.
[19] Dixit Sallustius 'aquis hiemantibus'. Arruntius in primo libro belli Punici ait 'repente hiemavit tempestas', et alio loco cum dicere vellet frigidum annum fuisse ait 'totus hiemavit annus', et alio loco 'inde sexaginta onerarias leves praeter militem et necessarios nautarum hiemante aquilone misit'. Non desinit omnibus locis hoc verbum infulcire. Quodam loco dicit Sallustius 'dum inter arma civilia aequi bonique famas petit'. Arruntius non temperavit quominus primo statim libro poneret ingentes esse 'famas' de Regulo.	(19) Саллюстий сказал: "Воды повернули к зиме". Аррунтий в первой книге о Пунической войне пишет: "внезапно погода повернула к зиме", и в другом месте, желая сказать, что год был холодный, пишет. "Ведь год повернул к зиме". И еще в одном месте: "Он послал шестьдесят грузовых судов, посадив на них только солдат и необходимое число моряков, так как северный ветер повернул к зиме". Аррунтий не перестает совать эти слова куда попало. Саллюстий сказал где-то: "Среди междоусобиц он старался, чтобы молвы признали его честным и справедливым". Аррунтий не удержался и в первой же книге поставил: "Молвы широко разгласили о Регуле".
[20] Haec ergo et eiusmodi vitia, quae alicui inpressit imitatio, non sunt indicia luxuriae nec animi corrupti; propria enim esse debent et ex ipso nata ex quibus tu aestimes alicuius adfectus: iracundi hominis iracunda oratio est, commoti nimis incitata, delicati tenera et fluxa.	(20) Эти и подобные изъяны, перенятые через подражание, не будут приметами испорченной и падкой до наслаждений души; те, по которым можешь судить о страстях человека, должны принадлежать только ему, от него родиться. У гневливого речь сердитая, у беспокойного - возбужденная, у избалованного - мягкая и плавная.
[21] Quod vides istos sequi qui aut vellunt barbam aut intervellunt, qui labra pressius tondent et adradunt servata et summissa cetera parte, qui lacernas coloris inprobi sumunt, qui perlucentem togam, qui nolunt facere quicquam quod hominum oculis transire liceat: inritant illos et in se avertunt, volunt vel reprehendi dum conspici. Talis est oratio Maecenatis omniumque aliorum qui non casu errant sed scientes volentesque.	(21) Ты видишь, чего добиваются те, кто выщипывает бороду, местами или всю целиком, кто тщательно выбривает и выскабливает губы, оставив и отпустив волосы на щеках и подбородке, кто надевает невиданного цвета плащ поверх прозрачной тоги, кто не захочет сделать ничего такого, что осталось бы незамеченным, кто дразнит людей, лишь бы на него оглянулись, и согласен быть выруганным, лишь бы на него смотрели. Такова же речь Мецената и всех прочих, допускающих ошибки не случайно, а заведомо и намеренно.
[22] Hoc a magno animi malo oritur: quomodo in vino non ante lingua titubat quam mens cessit oneri et inclinata vel prodita est, ita ista orationis quid aliud quam ebrietas nulli molesta est nisi animus labat. Ideo ille curetur: ab illo sensus, ab illo verba exeunt, ab illo nobis est	(22) Причина тут - тяжелый душевный недуг. Как после вина язык начинает заплетаться не прежде, чем ум, не выдержав тяжести, подломится или изменит нам, так и этот род речи (чем он отличается от пьяных речей?) ни для кого не в тягость, если только душа не пошатнулась. Поэтому лечить надо

habitus, vultus, incessus. Illo sano ac valente oratio quoque robusta, fortis, virilis est: si ille procubuit, et cetera ruinam sequuntur.	душу: ведь от нее у нас и мысли, и слова, от нее осанка, выраженье лица, походка. Когда душа здорова и сильна, тогда и речь могуча, мужественна, бесстрашна; если душа рухнула, она все увлекает в своем паденье.
[23]Rege incolumi mens omnibus una est: *amisso rupere fidem.*	(23) Ежели царь невредим, живут все в добром согласье, Но лишь утратят его, договор нарушается.
Rex noster est animus; hoc incolumi cetera manent in officio, parent, obtemperant: cum ille paulum vacillavit, simul dubitant. Cum vero cessit voluptati, artes quoque eius actusque marcent et omnis ex languido fluidoque conatus est.	Наш царь - это душа; пока она невредима, все прочие исполняют свои обязанности и послушно повинуются; но стоит ей немного пошатнуться, и все приходит в колебанье. А стоит сдаться наслаждениям, тотчас сходят на нет все ее уменья, вся деятельная сила, и за что она ни берется, все делается вяло и лениво.
[24] Quoniam hac similitudine usus sum, perseverabo. Animus noster modo rex est, modo tyrannus: rex cum honesta intuetur, salutem commissi sibi corporis curat et illi nihil imperat turpe, nihil sordidum; ubi vero inpotens, cupidus, delicatus est, transit in nomen detestabile ac dirum et fit tyrannus. Tunc illum excipiunt adfectus inpotentes et instant; qui initio quidem gaudet, ut solet populus largitione nocitura frustra plenus et quae non potest haurire contrectans;	(24) Если я уж взялся за это сравненье, то продолжу его. Наша душа то царь, то тиран: царь, когда стремится к честному, заботится о здоровье порученного ей тела, не требует от него ничего грязного, ничего постыдного; а когда она не властна над собою, жадна, избалована, тогда получает ненавистное и проклятое имя и становится тираном. Тут-то ею овладевают безудержные страсти, одолевают ее и сперва ликуют, наподобье черни, которой мало насытиться вредоносной раздачей и которая старается перещупать все, чего не может проглотить.
[25] cum vero magis ac magis vires morbus exedit et in medullas nervosque descendere deliciae, conspectu eorum quibus se nimia aviditate inutilem reddidit laetus, pro suis voluptatibus habet alienarum spectaculum, sumministrator libidinum testisque, quarum usum sibi ingerendo abstulit. Nec illi tam gratum est abundare iucundis quam acerbum quod non omnem illum apparatum per gulam ventremque transmittit, quod non cum omni exoletorum feminarumque turba convolutatur, maeretque quod magna pars suae felicitatis exclusa corporis	(25) Но по мере того как болезнь все больше подтачивает силы, а удовольствия входят в плоть и в кровь, одержимый недугом доволен и видом того, на что чрезмерная жадность сделала его негодным, и возмещает собственные наслажденья зрелищем чужих, став поставщиком и свидетелем похотливых забав, которых сам себя лишил невоздержностью. Не так отрадно ему обилие услаждающих вещей, как горько то, что не всю эту роскошь он может пропустить через глотку и утробу, что не со всеми распутными бабами и юнцами может переспать; он печалится, что упускает

angustiis cessat.	немалую часть своего счастья оттого, что тело так мало вмещает.
[26] Numquid enim, mi Lucili, [non] in hoc furor est, quod nemo nostrum mortalem se cogitat, quod nemo inbecillum? immo quod nemo nostrum unum esse se cogitat? Aspice culinas nostras et concursantis inter tot ignes cocos: unum videri putas ventrem cui tanto tumultu comparatur cibus? Aspice veteraria nostra et plena multorum saeculorum vindemiis horrea: unum putas videri ventrem cui tot consulum regionumque vina cluduntur? Aspice quot locis terra vertatur, quot millia colonorum arent, fodiant: unum videri putas ventrem cui et in Sicilia et in Africa seritur?	(26) Разве безумье в том, мой Луцилий, что мы забываем о неизбежности смерти? о собственной слабости? Нет, оно в другом: никто из нас не подумает, что он только один! Погляди на наши кухни, сколько там бегает между очагами поваров: неужто, по-твоему, не покажется, что в такой суматохе пища приготавливается не для одного брюха? Взгляни на наши винохранилища, на погреба, где собран урожай за много столетий: неужто, по-твоему, не покажется, что не для одного брюха запечатаны эти вина, выжатые во многих краях при многих консулах? Погляди, в скольких местах переворачивают землю, сколько тысяч пахарей пашет и копает, - неужто, по-твоему, не покажется, что не для одного брюха сеют и в Африке, и в Сицилии?
[27] Sani erimus et modica concupiscemus si unusquisque se numeret, metiatur simul corpus, sciat quam nec multum capere nec diu possit. Nihil tamen aeque tibi profuerit ad temperantiam omnium rerum quam frequens cogitatio brevis aevi et huius incerti: quidquid facies, respice ad mortem. Vale.	(27) Мы будем здоровы, будем воздержны в желаньях, если каждый поймет, что он - один, если измерит свое тело и узнает, как мало оно вместит и как ненадолго! Ничто так не способствует умеренности во всем, как частые мысли о краткости нашего века и ненадежности срока. Что бы ты ни делал, не упускай из виду смерть! Будь здоров.

CXV

[1] Nimis anxium esse te circa verba et compositionem, mi Lucili, nolo: habeo maiora quae cures. Quaere quid scribas, non quemadmodum; et hoc ipsum non ut scribas sed ut sentias, ut illa quae senseris magis adplices tibi et velut signes.	(1) Мне не хочется, мой Луцилий, чтобы ты слишком уж тревожился по поводу слов и слога: у меня есть для тебя заботы поважнее. Ищи, о чем писать, а не как; старайся, что пишешь, то и думать, а что думаешь, то усвоить и как бы запечатлеть собственной печатью.
[2] Cuiuscumque orationem videris sollicitam et politam, scito animum quoque non minus esse pusillis occupatum. Magnus ille remissius loquitur et securius; quaecumque dicit plus habent fiduciae quam curae. Nosti comptulos iuvenes, barba et coma nitidos, de capsula	(2) Чья речь покажется тебе придирчиво вылощенной, у того, так и знай, душа тоже занята пустяками. Великий муж говорит небрежней и уверенней; что бы он ни сказал, во всем больше убедительности, чем тщательности. Ты знаешь многих молодых людей с красивой бородой и прической, словно

totos: nihil ab illis speraveris forte, nihil solidum. Oratio cultus animi est: si circumtonsa est et fucata et manu facta, ostendit illum quoque non esse sincerum et habere aliquid fracti. Non est ornamentum virile concinnitas.	только что вынутых из сундука: от них не жди ничего мужественного, ничего основательного. Речь убранство души: если она старательно подстрижена и подкрашена, и отделана, то ясно, что и в душе нет ничего подлинного, а есть некое притворство'. Стройность речи - украшенье не для мужчины.
[3] Si nobis animum boni viri liceret inspicere, o quam pulchram faciem, quam sanctam, quam ex magnifico placidoque fulgentem videremus, hinc iustitia, illinc fortitudine, hinc temperantia prudentiaque lucentibus! Praeter has frugalitas et continentia et tolerantia et liberalitas comitasque et (quis credat?) in homine rarum humanitas bonum splendorem illi suum adfunderent. Tunc providentia cum elegantia et ex istis magnanimitas eminentissima quantum, di boni, decoris illi, quantum ponderis gravitatisque adderent! quanta esset cum gratia auctoritas! Nemo illam amabilem qui non simul venerabilem diceret.	(3) Если бы нам дано было увидеть душу человека добра, - какой святостью, каким кротким величием светилась бы она! Как блистали бы в ней и справедливость, и отвага, и воздержность, и разумность2, а кроме них и скромность, и сдержанность, и терпимость, и щедрость и общительность, и (кто бы этому поверил?) редчайшее в человеке благо - человечность сливали бы свое сиянье. А предусмотрительность, а тонкость вкуса, а самое возвышенное из свойств - благородство - сколько бы они прибавили красоты, сколько степенности и величавости! Всякий сказал бы, что не одну любовь, но и почтенье внушает эта душа.
[4] Si quis viderit hanc faciem altiorem fulgentioremque quam cerni inter humana consuevit, nonne velut numinis occursu obstupefactus resistat et ut fas sit vidisse tacitus precetur, tum evocante ipsa vultus benignitate productus adoret ac supplicet, et diu contemplatus multum extantem superque mensuram solitorum inter nos aspici elatam, oculis mite quiddam sed nihilominus vivido igne flagrantibus, tunc deinde illam Vergili nostri vocem verens atque attonitus emittat?	(4) Если бы кто увидел ее лик возвышенней и блистательней всех лиц, какие он привык видеть у людей, разве он не остановился бы, не оцепенел, словно встретив божество? Не стал бы молча умолять, чтобы взгляд на нее не был сочтен за грех? а потом, ободренный призывной кротостью лика, не приблизился бы, не молился бы коленопреклоненно, не созерцал бы долго, глядя снизу вверх - ибо она намного выше привычного для наших глаз роста, - в ее пылающие кротким, но ярким огнем очи? не повторил бы наконец изумленно и благоговейно строки нашего Вергилия:
[5]O quam te memorem, virgo? *namque haut tibi vultus* *mortalis nec vox hominem sonat . .* *sis felix nostrumque leves* *quaecumque laborem.*	(5)Как мне тебя называть? Ты лицом непохожа на смертных, Голос не так звучит, как у нас... Счастлива будь, кто б ты ни была! Облегчи нам заботу!
Aderit levabitque, si colere eam voluerimus. Colitur autem non taurorum opimis corporibus	И она снизойдет и облегчит заботу, если мы захотим чтить ее! А чтят ее не жирными тушами зарезанных быков, не

contrucidatis nec auro argentoque suspenso nec in thensauros stipe infusa, sed pia et recta voluntate.	повешенным на стену золотом и серебром, не вкладом в храмовую казну, но волею к праведности и благочестью.
[6] Nemo, inquam, non amore eius arderet si nobis illam videre contingeret; nunc enim multa obstrigillant et aciem nostram aut splendore nimio repercutiunt aut obscuritate retinent. Sed si, quemadmodum visus oculorum quibusdam medicamentis acui solet et repurgari, sic nos aciem animi liberare inpedimentis voluerimus, poterimus perspicere virtutem etiam obrutam corpore, etiam paupertate opposita, etiam humilitate et infamia obiacentibus; cernemus, inquam, pulchritudinem illam quamvis sordido obtectam.	(6) Всякий, повторяю, загорелся бы к ней любовью, если бы нам посчастливилось ее увидеть; а теперь многое нам препятствует, либо поражая наш взгляд чрезмерным блеском, либо удерживая его темнотою. Но мы, если бы захотели освободить от всех преград зрение души, так же как мы очищаем лекарствами глаза и делаем их взгляд острее, - могли бы раз глядеть добродетель даже в прячущем ее теле, даже сквозь бедность, даже сквозь униженность и поношенье; мы увидели бы, повторяю, эту красоту даже сквозь скрывающую ее грязь.
[7] Rursus aeque malitiam et aerumnosi animi veternum perspiciemus, quamvis multus circa divitiarum radiantium splendor inpediat et intuentem hinc honorum, illinc magnarum potestatium falsa lux verberet.	(7) И наоборот, мы разглядели бы злонравие и вялость горемычной души, даже если бы нам мешал яркий блеск, излучаемый богатствами, и бил в глаза лживый свет почестей и могущества.
[8] Tunc intellegere nobis licebit quam contemnenda miremur, simillimi pueris, quibus omne ludicrum in pretio est; parentibus quippe nec minus fratribus praeferunt parvo aere empta monilia. Quid ergo inter nos et illos interest, ut Ariston ait, nisi quod nos circa tabulas et statuas insanimus, carius inepti? Illos reperti in litore calculi leves et aliquid habentes varietatis delectant, nos ingentium maculae columnarum, sive ex Aegyptiis harenis sive ex Africae solitudinibus advectae porticum aliquam vel capacem populi cenationem ferunt.	(8) Тогда бы мы и поняли, каким презренным вещам мы дивимся, словно дети, для которых любая игрушка драгоценна. Ведь они и родителям, и братьям предпочитают купленные за медные деньги бусы. "Какая разница между ними и нами, - говорит Аристон4, - помимо той, что мы сходим с ума из-за картин и статуй и наша глупость обходится дороже?" Им доставляют удовольствие обкатанные камешки с побережья, если они пестрые, а нам - разноцветные пятна на огромных колоннах, привезенных из египетских песков или из африканских пустынь и поддерживающих какой-нибудь портик или потолок столовой, вмещающей целый город.
[9] Miramur parietes tenui marmore inductos, cum sciamus quale sit quod absconditur. Oculis nostris inponimus, et cum auro tecta perfudimus, quid aliud quam mendacio gaudemus? Scimus enim	(9) Мы восхищаемся стенами, облицованными тонкими плитами мрамора, и хотя знаем, что под ними скрыто, сами обманываем свои глаза. А наводя позолоту на кровли, разве не лживой видимости мы радуемся? Ведь

sub illo auro foeda ligna latitare. Nec tantum parietibus aut lacunaribus ornamentum tenue praetenditur: omnium istorum quos incedere altos vides bratteata felicitas est. Inspice, et scies sub ista tenui membrana dignitatis quantum mali iaceat.	знаем же мы, что под нею - неприглядное дерево! Но не только стены и потолки украшаются тонкою облицовкой; и у всех тех, кто гордо шествует у тебя на виду, счастье облицовано. Вглядись - и узнаешь, сколько зла скрыто под тонким слоем достоинства.
[10] Haec ipsa res quae tot magistratus, tot iudices detinet, quae et magistratus et iudices facit, pecunia, ex quo in honore esse coepit, verus rerum honor cecidit, mercatoresque et venales in vicem facti quaerimus non quale sit quidque sed quanti; ad mercedem pii sumus, ad mercedem impii, et honesta quamdiu aliqua illis spes inest sequimur, in contrarium transituri si plus scelera promittent.	(10) А та вещь, которая дает работу стольким должностным лицам, стольким судьям, и стольких делает должностными лицами и судьями деньги! С тех пор как они в чести, ничему больше нет заслуженной чести: делаясь поочередно то продавцами, то товаром, мы спрашиваем не "какова вещь", а "какова цена"? Смотря по мзде, мы верны долгу, смотря по мзде неверны. Мы следуем правилам честности, пока она сулит нам что-нибудь, но тотчас перебежим к ее противникам, если понадеемся больше получить за злодейства.
[11] Admirationem nobis parentes auri argentique fecerunt, et teneris infusa cupiditas altius sedit crevitque nobiscum. Deinde totus populus in alia discors in hoc convenit: hoc suspiciunt, hoc suis optant, hoc dis velut rerum humanarum maximum, cum grati videri volunt, consecrant. Denique eo mores redacti sunt ut paupertas maledicto probroque sit, contempta divitibus, invisa pauperibus.	(11) Родители приучили нас восхищаться золотом и серебром, внушенная в нежном возрасте алчность, засев глубоко, растет вместе с нами. К тому же весь народ, ни в чем не единодушный, сходится в одном: на деньги смотрят с почтеньем, близким желают побольше денег, деньги, словно это величайшее достоянье человека, жертвуют богам, когда желают угодить им. Наши нравы дошли до того, что бедность стала проклятьем и бесчестьем, богачи ее презирают, бедняки ненавидят.
[12] Accedunt deinde carmina poetarum, quae adfectibus nostris facem subdant, quibus divitiae velut unicum vitae decus ornamentumque laudantur. Nihil illis melius nec dare videntur di inmortales posse nec habere.	(12) А тут еще поэты с их стихами: пуще распаляют они наши страсти, восхваляя богатство как единственное украшенье и прелесть нашей жизни. Им кажется, что даже бессмертные боги ничего лучшего ни дать, ни иметь не могут.
[13]Regia Solis erat sublimibus alta columnis, *clara micante auro.*	*(13) Солнца высокий дворец поднимался на стройных колоннах,* *Золотом ясным сверкал..,*
Eiusdem currum aspice:	Взгляни и на колесницу Солнца:
Aureus axis erat, temo aureus, aurea summae *curvatura rotae, radiorum argenteus*	*Ось золотая была, золотое и дышло, и обод* *Вкруг колеса золотой на серебряных*

ordo.	*спицах держался.*
Denique quod optimum videri volunt saeculum aureum appellant.	И даже век, который они хотят представить самым лучшим, именуется у них золотым.
[14] Nec apud Graecos tragicos desunt qui lucro innocentiam, salutem, opinionem bonam mutent.	(14) И у греческих трагиков представлены такие, кто меняет на барыш невинность, здоровье, доброе имя.
Sine me vocari pessimum, [simul] ut dives vocer. *An dives omnes quaerimus, nemo an bonus.* *Non quare et unde, quid habeas tantum rogant.* *Ubique tanti quisque, quantum habuit, fuit.* *Quid habere nobis turpe sit quaeris? nihil.* *Aut dives opto vivere aut pauper mori.* *Bene moritur quisquis moritur dum lucrum facit.* *Pecunia, ingens generis humani bonum,* *cui non voluptas matris aut blandae potest* *par esse prolis, non sacer meritis parens;* *tam dulce si quid Veneris in vultu micat,* *merito illa amores caelitum atque hominum movet.*	*Дан слыть мерзавцем - лишь бы богачом прослыть. . .* *Не спрашивают, кто да что, а "сколько есть?"..* *Кто чем владеет, во столько же и ценится. ..* *Такого нет, чем стыдно было б нам владеть...* *Богатым - жить хочу, а бедным - лучше смерть. .* *Коль умирать - так тоже лучше с прибылью.. .* *Превыше блага для людей, чем деньги, нет:* *Ни наслажденье матери, ласкающей* *Детей, ни отца опека не сравнится с ним.* *И если лик Венеры так же сладостен,* *Ее недаром любят боги и смертные.*
[15] Cum hi novissimi versus in tragoedia Euripidis pronuntiati essent, totus populus ad eiciendum et actorem et carmen consurrexit uno impetu, donec Euripides in medium ipse prosilivit petens ut expectarent viderentque quem admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula poenas Bellerophontes quas in sua quisque dat.	(15) Когда последние слова были произнесены, все зрители как один вскочили, чтобы прервать эту трагедию Еврипида и прогнать актера, - и тогда сам Еврипид вышел на середину и попросил их подождать и посмотреть, чем кончит этот поклонник золота. Беллерофонт в этой драме поплатился карой, как любой из нас платится в своей драме.
[16] Nulla enim avaritia sine poena est, quamvis satis sit ipsa poenarum. O quantum lacrimarum, quantum laborum exigit! quam misera desideratis, quam misera partis est! Adice cotidianas sollicitudines quae pro modo habendi quemque discruciant. Maiore tormento	(16) Жадность не бывает без кары, хотя она и сама по себе есть немалая кара. Во сколько она обходится слез, во сколько трудов! Сколько горести доставляет ей желаемое, сколько горести приобретенное!7 Прибавь еще ежедневные тревоги, чья мучительность соразмерна богатству. Владеть деньгами

pecunia possidetur quam quaeritur. Quantum damnis ingemescunt, quae et magna incidunt et videntur maiora. Denique ut illis fortuna nihil detrahat, quidquid non adquiritur damnum est.	- большая пытка, чем добывать их. Как стонем мы над убытками, которые и на самом деле велики, и еще больше кажутся. И потом, пусть фортуна ничего не отнимает, - для таких людей убыток все, чего они не заимели. -
[17] 'At felicem illum homines et divitem vocant et consequi optant quantum ille possidet.' Fateor. Quid ergo? tu ullos esse condicionis peioris existimas quam qui habent et miseriam et invidiam? Utinam qui divitias optaturi essent cum divitibus deliberarent; utinam honores petituri cum ambitiosis et summum adeptis dignitatis statum! Profecto vota mutassent, cum interim illi nova suscipiunt cum priora damnaverint. Nemo enim est cui felicitas sua, etiam si cursu venit, satis faciat; queruntur et de consiliis et de processibus suis maluntque semper quae reliquerunt.	(17) "Но их-то все и называют богатыми и счастливыми и мечтают сравняться с ними достоянием". - Согласен, но что с этого? Кому живется хуже тех, которых преследуют и горести, и зависть? Вот если бы мечтающие о богатствах посоветовались с богачами, а искатели почестей - с честолюбцами, достигшими высших степеней! Тогда они изменили бы желанья, между тем как теперь, предав проклятью прежние, тотчас же загораются новыми. Нет человека, довольного своим счастьем, даже если бы оно шло к нему в руки. Все недовольны и своими замыслами, и успехами, всем кажется лучшим то, от чего отказались.
[18] Itaque hoc tibi philosophia praestabit, quo equidem nihil maius existimo: numquam te paenitebit tui. Ad hanc tam solidam felicitatem, quam tempestas nulla concutiat, non perducent te apte verba contexta et oratio fluens leniter: eant ut volent, dum animo compositio sua constet, dum sit magnus et opinionum securus et ob ipsa quae aliis displicent sibi placens, qui profectum suum vita aestimet et tantum scire se iudicet quantum non cupit, quantum non timet. Vale.	(18) Но это как раз и даст тебе философия (ничего важнее, по-моему нет): ты никогда не будешь раскаиваться. К такому прочному счастью, которого никакая буря не поколеблет, не приведут тебя ни складные слова, ни плавно льющаяся речь. Пусть слова текут как хотят, лишь бы строй души не нарушался, лишь бы она была высока и не заботилась о чужом мнении, довольная собою как раз за то, за что другие недовольны, лишь бы жизнью поверяла свои успехи и о своем знании судила по тому, многого ли она не желает, многого ли не боится. Будь здоров.

ПРИЛОЖЕНИЕ

С. А. Ошеров
СЕНЕКА. ОТ РИМА К МИРУ

Философское мировоззрение есть сам дух личности человеческой... Это - не биография, не душа с ее страстями и страданиями, ие колеблющийся отк- лик, то радостный, то болезненный, на события дня и на полночные мысли. Это - стержень самой души и биографии. Густа Шлет. Философское имровеаэревие Герцена.

По своему философскому мировоззрению Сенека был стоиком, и стоиком достаточно правоверным. Говорить о развитии этого мировоззрения нелегко, так как в своей стоической основе оно не менялось, и в поздних "Нравственных письмах к Луцилию" нередко повторяются вещи, сказанные в трактатах, датируемых более ранними годами1. Зато хорошо известна внешняя биография Сенеки: его имя часто встречается у историков, где он выс- тупает отнюдь не свидетелем, а участником важнейших событий эпохи, хотя при первом же упоминании и Тацит, и Светоний2 говорят, что Сенека успел прославиться научными занятиями и речами. По этой причине образ его стал как бы двоиться в глазах потомства. Жизнь Сенеки, полную взлетов и падений, определяющихся перипетиями столичной политики, трудно согласовать с образом философа-моралиста и со многими собственными его писаниями. Бесполезно рассуждать о том, что толкало Сенеку в гущу политики: честолюбие и корыстолюбие, в которых его часто обвиняли современники и потомки и которым он, по всей видимости, действительно не был чужд, либо доктринерское убеждение, что философ, став рядом с властителем, способен принести пользу людям. Живые черты облика Сенеки утрачены и невосстановимы. Но можно попытаться понять основное противоречие жизни Сенеки, исходя из исторической ситуации, из мироощущения философа, каким оно видится в его сочинениях, и из традиции того учения, к которому он примыкал. И если мы внимательно вглядимся в те положения, в которые ставила Сенеку история, и соотнесем с ними его сочинения, то легко будет убедиться в одном: почти каждый трактат был ответом на очередной вопрос, заданный жизнью, - и ответ этот давался не столько другим, сколько самому себе3. "Ты", к которому обращен трактат, - это почти всегда и "я" автора. Между жизнью и философией протягиваются силовые линии и возникает напряжение, которым отличается философствованье Сенеки в лучших его работах. Там, где проблема пережита им, он уходит от бесконечного варьирования одной мысли, от скучного разбора всех возможных случаев, от примеров, избитых в сотнях риторических упражнений. Напряженная связь с жизнью была необ- ходимым стимулом к подлинному творчеству для Сенеки-писателя4. Но связь с жизнью предполагает определенное отношение к ней. Жизнеот- ношение Сенеки формировалось под воздействием не только запросов дня, но и глубоких традиций, без знания которых нельзя понять ни его жизненного поведения, ни его философствования.

1. Традиции

В своем жизнеотношении Сенека был писателем и римлянином - и это главное. Первое предполагает пристальное внимание к жизни. Второе - ощущение нормы, более ценной, чем жизненная прагматика. Как писатель Сенека был обостренно зорок к конкретным ее проявлениям, к их характерности и порой гротескности (вспомним хотя бы анекдоты - в

